OPVS EPISTOLARVM
DES. ERASMI ROTERODAMI

DENVO RECOGNITVM ET AVCTVM

PER

P. S. ALLEN, M.A., D.Litt.
COLLEGII CORPORIS CHRISTI PRAESIDEM

ET

H. M. ALLEN

TOM. VIII

1529–1530

COMPENDIVM VITAE P. S. ALLEN

ADDIDIT

H. W. GARROD, M.A.
COLLEGII MERTONENSIS SOCIVS
ET BIBLIOTHECARIVS

OXONII
IN TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

Oxford University Press, Walton Street, Oxford OX2 6DP
Oxford New York Toronto
Delhi Bombay Calcutta Madras Karachi
Petaling Jaya Singapore Hong Kong Tokyo
Nairobi Dar es Salaam Cape Town
Melbourne Auckland
and associated companies in
Berlin Ibadan

Oxford is a trade mark of Oxford University Press

Published in the United States
by Oxford University Press, New York

First published 1934
Re-issued 1992

British Library Cataloguing in Publication Data
Data available

Library of Congress Cataloging in Publication Data
Data available

ISBN 0–19–820348–9

Printed and bound in
Great Britain by Biddles Ltd,
Guildford and King's Lynn

COMPENDIVM VITAE
PERCY STAFFORD ALLEN

PERCY STAFFORD ALLEN natus est in festo translationis S. Thomae martyris anno 1869, in oppidulo suburbano quod Twickenham vocatur, patre Iosepho Allen, argentario Londiniensi. Primum posuit in litteris tirocinium apud Rottingdean, com. Sussex., in ludo cui praeerant fratres Willelmus et Iacobus Hewitt; ubi utriusque linguae elementa imbibit sub Francisco Riley, dilecto magistro. Annos natus xii translatus est Collegio Cliftoniensi, quod tunc regebat Iacobus Wilson, postea Canonicus Wigorn., vir tam indole quam aspectu aliquid prophetarum antiquorum referens. Wilsoni debebat quod superstitionem oderat, theologiam nisi liberam mortuam esse reputabat. Cliftoniensium condiscipulorum memoratu dignissimus Bernardus Pyne Grenfell, studiis papyrologicis olim toto orbe notus futurus. Accidit quod puello timide scholae portas intranti ille primus occurrerat, qualia pueri solent garriens, ortaque ex eo colloquio amicitia nulla vitae vice dirimenda. Quippe multis post annis Grenfelli virium et corporis et mentis deficientium aderat Allen custos et consolator indefessus.

Cum iam satis maturus esset academiae, factus est Collegii Corporis Christi apud Oxonienses Scholaris. Id Collegium, eodem anno fundatum quo Novum Testamentum primum edidit Erasmus, eis studiis florebat, floretque, unde Henrico rege octavo litterae renatae. Collegii ‘trilinguem bibliothecam’ celebrat Erasmus epistula qua Romam Oxonio cedere monet, ipsamque societatem ‘inter praecipua Britanniae decora’ collocat. Cui societati cum se adiunxit Allen praesidebat Thomas Fowler, vir iustus, benignus, sensuque communi praeditus. Inter Socios erant Arturus Sidgwick, quem natum ad docendum dixeris; Carolus Plummer, sanctae indolis notus, cuius dextra, ignorante laeva, bona faciebat; Cuthbertus Shields, homo magnanimus et magniloquus, licet insaniae genium propinquans—bardum barbatum aspicere videbar, et Sinaitica audire tonitrua; Robinson Ellis, Oxoniensium id temporis, uno excepto Ingramo Bywater, doctissimus, senex mustelini coloris, aspectu moribusque Casaubonem imaginans vel Dominum illum Sampsonem qualem rettulit Walterus Scott.

Erasmus scholam ubi elementa didicerat ‘barbaram’ dicit, et postea in Buscoducis se ‘tres annos vixisse, hoc est perdidisse’, queritur. Neque mirum fortasse magnum virum αὐτοδίδακτον sibi videri, nec caelestibus animis surgere aliquid superbi. At ingenium habebat Allen nihil sibi arrogans, vitia sua—quae prorsus nulla erant—sibi, virtutes suas aliis imputans. Si ipsi crederes, nihil eum in se habere diceres quod non prius fuisset in preceptoribus. Per quattuor annos studia fecit in litteris Graecis et Latinis: prima pars curriculi poetas et oratores, posterior philo-

sophos et historicos complectebatur: haec Oxoniensibus consuetudo. Cum in arenam descenderet, in priore parte prima classe dignatus est, in posteriore secunda. Hoc ne mireris, respuebat puto animus iam Erasmo satis similis scholasticorum praestigia et captiones, quicquid in philosophia Megara sapit aversatus. Gradu baccalaureatus accepto, Oxonii aliquot menses commoratus Erasmo se initiavit modo minus felici. Forte enim hoc anno propositum est scholaribus praemium Cancellarii oratione Anglica ambientibus ut dissererent de vita et moribus Erasmi. Inter alios praemium petiit Allen. Libellum obtulit diligenter conscriptum. Sed et non sua fata habent saepius libelli, acciditque, quod fieri non posse crederes, ut aut se aut Erasmo non digna scripsisse iudicaretur.[1]

Vere anni 1893 Antipodes invisit, comitante nescio quo discipulo, aberatque maiorem partem anni. De hoc itinere nihil comperi, neque ipsum memini unquam mentionem eius fecisse, seu nimis sibi in eo seu parum placuit. Initio hiemis Oxonium rediit. Per duos terminos continuos audivit Iacobum Antonium Froude, celebrem illum Erasmi patronum, seu causidicum: ingentes stimulos animo iuvenili addidit senex eloquentia praepotens. Errant autem qui verba ipsius Alleni[2] ita interpretati sunt tamquam his praelectionibus deberet quod omnino se Erasmo vovisset. Iam enim hieme anni 1892 commentariolum illud composuerat quo Cancellarii favorem frustra petiit. Ipsum Froude ne viderat quidem ante mensem Octobrem anni 1893. Eo mense notat in diariis suis tamquam rem memorabilem se cum Froudio ientasse.

Levis scholasticorum mens; varia res et mutabilis mens Cancellariorum. Subito enim quod hieme anni 1892 fuerat Erasmus, fit vere 1894 Alcibiades, thema praemio propositum; quodque magis mireris, meliore successu Latine de Alcibiade quam Anglice de Erasmo scripsit Allen. Orationem legi, gravem, moralem, bonae latinitatis scatentem. Oratorem agnovi, Alcibiaden requisivi—aberat vis flammea ingeni, aberat protervitas, petulantia, aberat omne illud molle et facetum, aberant solutis zonis gratiae.

Anno 1895 fit magister glomeriae in ludo litterario Collegio sanctae Mariae Magdalenae annexo; ubi quicquid doceri seu volunt pueri seu nolunt assidue docebat, exceptis tantum mathematicis et lingua gallica. Ineunte anno 1897 electus est Professor Historiae in Collegio Lahore, in septentrionalibus partibus Indiae sito. Revisens tamen Angliam aestate sequentis anni uxorem duxit Helenam Mariam Allen, consobrinam suam, Erasmianorum studiorum per triginta quinque annos consortem futuram. Quippe ea studia languere non passus erat, neque praemii academici spe deiectus, neque exilii causa, neque professoriis negotiis immersus. Ubicumque esset, erat ei Erasmus quod

[1] Iudices erant hi: W. W. Merry, Orator Publicus, F. T. Palgrave, Poesis Professor, R. W. Raper, A. E. Haigh, S. G. Hamilton. Aequiores iudices non requireres: de Erasmo minus doctos aegre invenires.

[2] In initio Praefationis primi voluminis.

bulga sua seni Luciliano;[1] cum Erasmo cenabat, dormiebat, lavabat; omnis in uno animus Erasmo. Mense Septembri huius anni vocavit eum ad cenam in hospitio suo Thomas Fowler, ut cum episcopo Oxoniensi, Willelmo Stubbs, de ratione Epistolarum Erasmi edendarum consilium caperet. Monebat Praesul Erasmum ex India edi non posse; posse ex magnis Europaei continentis bibliothecis. Lahoram repetiit Allen; prudentis episcopi monitu non deterritus Erasmo se vovet; Erasmum inter tenebras Indicarum aestatum, Erasmum per valles inaccessas Kashmiriae sequitur.

Caelum autem orientale graviter afficiebat valetudinem et suam et uxoris; annoque 1901 constituit Angliam redire. Dum navigat, otium consumpsit in libelle parando qui Flores Iacobi Antoni Froude colligeret. Finem fecit libello Romae, mense Aprili, θρέπτρα φίλοις reddere sibi visus: semper enim vel extra modum Froudii opera et ingenium admirabatur. Froudii *Vitam Erasmi* ceteris eiusmodi longe praeponebat; *Historiam Anglicam*, licet multis locis partium studio vitiatam, in universo veritati historicae propius accedere volebat quam volunt critici. Etiam Erasmo profuit hoc tempore Roma: Vaticanis enim latebris elicuit Allen duas sui auctoris epistolas novas. Roma transiit Venetias, Venetiis Basileam, exploratis trium urbium famosis bibliothecis. Aliquantum post festum S. Michaelis rediit Oxoniam, laeto quidem omine: ecce enim in bibliotheca sui collegii pennas et chartas suas eadem sede iacentes repperit qua quattuor abhinc annis digrediens eas posuerat. Domusculam sibi paraverat prope Portam Orientalem urbis: Casa Longi Muri appellabatur. Lautius habitare vetabat fortunae mediocritas; cum praeter ducentum et quinquaginta libras quae annuatim suppetebant a patre, litterarum bonarum benigno fautore, pecunias habebat prorsus nullas; nisi quod tenues has opes auxit aliquando ex octonis aeribus quae discipuli referebant vel mercede rara et exigua aut moderatoris aut magistri scholarum. Memini narrantis se per aliquot menses servisse a secretis Vice-Cancellario, David B. Monro, Collegii Orielensis Praeposito, viro ob studia Homerica bene noto; alias per aliquantum temporis fuisse Secretarium, quod aiunt, Facultatum: ex his laboribus quaestum percepisse modicum quidem at acceptissimum, simul multa didicisse de statu et regimine Universitatis quae postea valde sibi prodessent.

Interea, Casa Longi Muri casa erat; quae camera cenatio, eadem studium; una mensa capiebat et inelaboratas dapes et laboriosa scripta. At indolem habebat priscae duritiae; at tempora sua disponere callidus erat; at animi mira serenitate praeditus erat. Hanc animi serenitatem, qua meo iudicio mortales omnes anteibat, naturane accepisset an disciplina comparavisset, nescio. Disciplinae imputabant qui eum iuvenem optime noverunt. Quod si verum est, simile est quod Erasmus de iuvene Coleto narrat. Testor pro mea parte, qui per triginta annos familiarissime usus eram, me nunquam vidisse eum vel ira commotum vel tristem vel morosum; maerentem bis terve vidi, sed ut maerent sancti,

[1] Lucilius, 185 Baehrens.

nec immodice nec sine spe. Fatali morbo cubantem paene cottidie visitabam ; nec mirabar aequa mente mori quem non novi nisi aequa mente viventem.

Corpus Epistularum Erasmi postremus ediderat Clericus. Ex quo fere ducenti anni transierant ; et iam innumera nova materia novum editorem provocabat ; nec tamen quemvis ; sed qui res dissimiles in se coniungeret, ut nec indoctus esset nec senex. Proposuerant sibi opus Adalbertus Horawitz Vindobonensis, K. Hartfelder Monacensis : sed utriusque spem mors diremerat. Anno quo Allen Oxonium reversus est, edidit Franciscus Morgan Nichols, Oxoniensis, Collegii Wadhamensis olim Socius, primam partem Anglicae versionis Epistularum. Susceperat opus cum iam aetate appropinquaret terminis Psalmistae, primumque volumen prelo tradidit annos natus quinque et septuaginta. Finem posuit tertio volumini octogesimo secundo anno : nec tamen edidit : post mortem eius emittitur a filio, praefixa funebri laudatione quam scripsit Allen. Verterat Nichols octingentas Epistulas, additis doctis commentariis quibus permulta illustrantur ad vitam et indolem Erasmi pertinentia.

Consilio quod conceperat Allen Nicholsianum opus nec simile nec aemulum ; nec Allen aliunde aliquid rivale metuebat, sed libero campo sibi visus est exspatiari. At vix emissum est primum volumen versionis Nicholsianae cum audivit Berolinensem Academiam v abhinc annis commisisse Max Reich, doctori philosophiae, ut quicquid ubique extaret Epistolarum Erasmi evestigaretur et in lucem protraheret. De homine ipso parum compertum ; posse tantum opus ordinare indicio fuit quod vellet quodque Berolinensibus posse videretur. Valde perturbatus Allen ; decennii maiorem partem se iam consumpsisse in materia colligenda digerendaque ; fortunam suam neglexisse ; omnia reliquisse ut Erasmum sequeretur ; opus Epistolarum edendum Delegatos Preli Clarendoniani probasse certe ipsorumque sumptibus suscipere voluisse ; sed id cum ne minimus quidem rumor esset de consilio Reichii. Academiae Berolinensi aemulari et temerarium videri posse et inutile ; et ut bis ederentur ne Erasmi quidem epistulas mereri. Ilico cum Delegatis anxie consultum ; qui cum de Reichio nihil cognoscerent, de Allen multum, cumque optimo iure divinarent inter susceptum tale opus et absolutum intervenire mille vices, utpote valetudinem, mortem, bellum, defectum opum, promissis antea datis steterunt. Et biennio postea gravi morbo afflictus est Reich, fatoque concessit anno 1904. Mortui scrinia a Delegatis Preli empta sunt in usum Allen ; ex quibus tamen apparebat plura illum voluisse quam valuisse.

Sed metu Berolinensi composito alius ortus metus. Quippe Batava Historica Commissio divulgavit anno 1904 consilium a se initum Epistulas Erasmianas denuo edendi. Iam vero philologis et Batavis et Belgicis bene notus Allen, notumque quid vellet quidque posset, nec longius differri primitias. Commissarii Batavi per virum doctum Petrum Iohannem Blok admoniti statuerunt expectare primum volumen editionis Oxoniensis, quod si expecta-

tioni responderet, se velle desistere. Iamque omnia fausta, nisi subito descendisset novus rivalis. Is erat J. K. F. Knaake, notus editione Lutheri Epistularum, qui nunc Erasmum Luthero aequiparare velle intellectus est. Breves infaustosque esse Erasmi amores testatus erat Reich, testaturus erat Knaake, morte ademptus anno 1905. Chartae relictae chartis Reichii similes significabant quantum distent incohata navatis.

Horum virorum memoriam studio Erasmi sibi coniunctorum servabat Allen nullo non tempore. Memini viri minime superstitiosi saepius requirentis an aliquid fatale in se haberet consilium Erasmi edendi. Ipse nihilominus laboribus suis felicem exitum augurabatur.

Erat autem adhuc iuvenis, hoc est, omnia sperans. Ex Casa Longi Muri non magis quam ex Lahora Erasmus edi poterat. Materia operis e longinquo petenda ; adeundae bibliothecae Germaniae, Belgiae, Bataviae, Hispaniae, Italiae, Poloniae etiam. Non modo investigare opus erat, sed effodere, nec accessus modo lenes invenire, sed vel cuniculos saepe agere. Diximus eum, ab India revertentem, Romae, Venetiis, Basileae commoratum, si forte novum aliquid Erasmianum indagare posset. Sed multo antea, viserat reviseratque notiores Europae bibliothecas, academicis vacationibus ita usus ut ipse nulla aestate vacaret. Fallit exacta annorum ratio ; sed inter annum 1892, quo baccalaureatum adiit, et annum 1897, quo Indiam primum visit, exploraverat bibliothecas Hamburgi, Friburgi in Brisgoia, Argentorati, Bruxellae, Gandavi, Goudae. Cum Oxonium revertisset anno 1901, defectus pecuniae scrupum iniciebat peregrinanti. Verum est anno 1906 accepisse eum a Prelo Clarendoniano centum libras ut Europam viseret. Sed ante id tempus, nempe aestate anni 1902, et vere trium annorum sequentium, collegerat nescio quo modo unde plerasque bibliothecas adiret de quibus opus suum pendebat. Anno 1902 inveneris eum Parisiis et Sletstadi, anno sequente Lugduni Batavorum, Ultraiecti, Bruxellae, Lovani, Gandavi—Gandavi hospitio acceptus est a doctis viris Ferdinando Vander Haegen et R. Vanden Berghe, qui nuper susceperant laboriosum illud opus, *Bibliothecam Erasmianam* ; anno 1904 Parisiis, Sletstadi, Basileae, Sancti Galli, Monaci ; anno 1905 Bruxellae, Gandavi, Lugduni Batavorum, Daventriae, Goudae—hoc anno Goudae invenit novos libros manu scriptos in quibus continebantur epistolae Erasmi et Corneli et Willelmi Hermani, quique intra unius mensis spatium in eius usum translatae sunt ad Bodleianam Bibliothecam.

Mense Februario anni 1903 commisit impressoribus quinquaginta Epistulas primi sui voluminis ; mense Maio redditae sunt primae paginae probatoriae. Pepigerat secum ultimam manum imponere primo volumini ante finem anni 1903. Sed ita pacto suo stare non poterat ut annus 1906 et mensis Iulius ante intercederent quam absolveret volumen. Eadem aestate fere totas ferias consumpsit peregrinando. Basilea ἕρμαιον obtulit, scilicet chirographa Bonifacii Amerbachii, si quidem chirographa vocanda sunt quae formicarum tramitibus similiora. Concessit Turregium

Helvetiorum duas epistulas Erasmi ad Zwinglium scriptas ipsius manu. Inter urbes antea non visas adiit Stuchardiam et Nurinbergam. Versus finem Octobris proposuit Robinson Ellis Sociis Collegii Corporis Christi ut in Societatem adscisceretur Allen. Sed in optima causa concidit. Nimis fortasse cauta academicorum indoles, praesertim in re pecuniaria; cum enim vellent Allen omnes, causabantur nonnulli accisos redditus stipendiis emeritorum sociorum iam incertum an pares. Hunc annum funestavit unica filia mortua nascens.

Aestas sequentis anni ceteris similis; peregre itur; percurruntur bibliothecae: in bibliotheca Wolfenbutteliana latere creduntur libri manu Erasmi scripti; eruuntur, examinantur, redarguuntur; nusquam Erasmi manus. Pars anni data est Floribus Erasmi Epistularum excerpendis, factaque corolla simul bella simul quaestuosa quodammodo: *Selecta ex Erasmo* dico, librum per aliquot annos iuvenum manibus tritum modernae historiae mysteria praelibantium. Ineunte hieme deliberabant Socii Collegii Mertonensis de Allen Socio eligendo. Differtur sententia; sed ita ut optimae spei locus esset; et v° die Martii anni sequentis facta est electio. Certe eo gratior sors cecidit quod repulsam biennio antea acceptam compensaret. Officio Socii Mertonensis usus est Allen per sedecim annos. Moribus eius conveniebat quod hunc Martii diem, quasi candido lapillo notatum, inhonoratum transire numquam passus est, sed religioni fuit eo die collegii muros intrare, ut amicos salutaret: hac consuetudine uti perstitit cum non iam Socius esset.

Decorum academicorum hoc primum fuit, et hoc quidem serius oblatum quam oportuit. Quod quindecim annis dilatum esset tale ornamentum, partim temporum conditioni imputandum—haerebat enim adhuc Oxonium medio quodam loco inter gymnasium et academiam—, partim homini ipsi, cui Natura, cum multa dedisset dona, non dedisset ut se venditare vel vellet vel sciret. At si per hos annos deerat publicus honos, certe non deerant amici. Merita eius ab initio agnoverat Carolus Cannan, Delegatorum Preli Clarendoniani Secretarius, vir ingeni perspicacis, litteraturae politioris acutissimus existimator. Fretus ille aliqua ex parte, ut opinor, iudicio episcopi Oxoniensis, patronus exstitit gratiosus et Erasmi et Erasmi editoris. Allen multum sentire se debere Ellisio, iam dixi. Simplicissima indoles Ellisii melius posse vivi quam litteris Latinis otiando, vix concipiebat; comparaverat ipse immensam eruditionem, nullo fine proposito nisi ut esset quam eruditissimus; discere, docere, doctis viris subvenire, illi tota vita erat. Sed ipsa simplicitate pollebat inter academicos; laudarique ab Ellisio nonnihil profuit Allen et aliis. At omnium amicorum plurimum censeo Allen hoc tempore debuisse Ingramo Bywater. Memini mense Ianuario anni quo mortuus est, cum in Devonia nequiquam convalescere sibi videretur, me accepisse ab illo cartam tabellariam picturatam, qua depicta erat ora finitima Salcombiae, quaque (ut vir erat amicorum numquam immemor) subscripserat haec verba: 'In hac valle sepultus est magister noster' (in Salcombia enim anno 1914

una videramus terrae mandari Bywater). Certe neminem tam vere suum magistrum habebat Allen; nec ab ulla pagina operis Erasmi Epistolarum longius abesse senseris doctissimi illius senis imaginem. Ipse Bywater, vir in praeconiis parcus et minime assentator, salutaverat Allen, memini, laude ' Oxoniensium eruditissimi '. Eruditionis varia genera; insigne in Allen erat quod (dicto sit venia) genus Bywaterianum vocarim: in quod cadit non modo accurata doctrina lateque divagans vis memoriae, sed nescio quae ethica facultas. In illa enim summa eruditione debet inesse quaedam puritas et sinceritas, purgatis et dissipatis eis mentis vitiis quibus in philologia plerumque peccatur, velut cum ita quis ingeniosus sit ut fiat molestus, vel cum exempla adducat aut arcessitiora aut aliena, vel cum quae nescit scire velit videri, vel denique cum nimis accuratus sit in re leviuscula.[1] Quod ad Erasmum pertinet, licet ipsum Allen audire:

> Cum Delegati (inquit) Preli Clarendoniani Opus Epistolarum Erasmi edendum suscepissent sponte se obtulit Bywater monitorem et adiutorem. Si sibi parcere voluisset, satis faciebat vel exiguus labor. At ille textum et commentarios legit minutissima perscrutatus. Tria volumina, quorum unum quidque sescentas paginas continebat, manibus eius excussa redduntur mihi miro modo meliora: inveniebam hoc loco verba Erasmi certa manu emendata, alio loco commentarios id additum quo ad fontem suum aliquid a me dictum reduceretur; alias monebar consulere Acta alicuius societatis archaeologicae; alias citabatur libellus nescio quis Cantabrigiensis, iuventutis academicae lusorius fetus; alias vero nomine vel praenomine dicebatur doctus aliquis Germanus, cum formam nominis mea inscitia depravasset. Numquam mos erat illi laudanda laude prosequi, nedum adulatione. Si opus esset, vel uno verbo vel ipso silentio mendose aut putide scripta indicabat. Iudicium acre et promptum nullam moram fecit inter probandum aliquid et probatum.

Usque ad finem vitae erat Bywater unus e Delegatis Preli Academici, inter quos tamquam oraculi vice fungebatur. Religioni fiebat, quicquid diceret; et imprimebatur de quo ' imprimatur ' pronunciaverat.

Cum Collegio Mertonensi primum ascitus est, appropinquabat Allen quadragesimum annum suum. Socii collegiorum alii regnante Victoria, alii Edwardo et Georgio regibus. Iuveni Alleno vir sanctus erat magister artium. Iam vero magistros non baccalaurei modo sed vel iuniores familiariter praenomine salutabant; usitatum vel *τὸ ὑποκορίζεσθαι*. Nil admirari, nil vereri, saeculum vocabatur. Multa mutata, plura mutari, sensit Allen; sed ita sensit ut qui antiqua malit. Certe si quid sit Collegium interrogasses, ille locum esse respondisset ubi religio colatur bonaeque floreant litterae: sic avos nostros Collegium concepisse. Anima eius naturaliter Christiana iamdiu tamen pleraque dedidicerat de quibus pendere olim credebatur religio. Nihilominus persuaserat sibi focum et tamquam *ὀμφαλόν* collegiatae vitae esse Collegii ecclesiam. Ecclesia Mertonensis, Di. Iohanni Baptistae dedicata,

[1] De tota hac re consulat lector quae scripsit ipse Bywater in fine libelli quem edidit sub titulo *Four Centuries of Greek Learning*.

ut est ecclesiarum collegiatarum antiquissima, ita aspectu est inter formosissimas, ceteris spatio amplior, columnis suffulta Edwardo primo rege artificiosissime positis, fenestris illuminata parem antiquitatem referentibus, quarum luminaria picturatis apostolis solemniter flammant. Hanc aedem cuius speciosa vetustate totus capiebatur animus cottidie, saepius bis in die, frequentabat Allen. Neque tamen praetermittere debeo quod cum sacris adesset ita Symbolum recitare solebat ut eas clausulas omitteret quibus credi non posse censebat mens credulitatis expers. Interrogabam, an ideo tantum adesset ut criticen exerceret. At cavillanti ille suaviter subridens dictitabat se ideo adesse ut melior et tranquillior fieret. Incusabam tamquam assentator esset nimis Erasmianus. Nimis Erasmianum quenquam fieri non posse credebat. Censebat, opinor, latius patere sententiam Erasmi de una dumtaxat Symboli clausula dictam: nam ut est, inquit ille, prudentiae Christianae non facile pro certo credere quod non expressum est in sacris litteris, ita modestiae Christianae est non reiicere petulanter quod piorum hominum religiosa contemplatio prodidit vel ad solatium vel ad eruditionem credentium.[1] Cum Praeses factus esset Collegii Corporis Christi, praeconari solebat in capella collegiata, aliosque laicos ut praeconarentur saepius invitavit.[2]

Unus articulus fidei eius singularis et dignus memoratu. Nempe quamquam venerabatur ut paene nemo antiquitatem, et memoriae et exemplo magnorum et bonorum hominum quos tulit antiquitas impense serviret, omne eiusmodi tamen leve aestimabat prae miraculo divinae animae in vivis hominibus expressae: quod plene sibi visus est aspicere in frequentia cottidianae vitae. Socratem, Thomam Morum, vel ipsum Christum ita venerabatur ut tamen minus *esse*, et minorem quodammodo veritatem habere, sentiret quam viros et feminas quibuscum viveret: minus sibi significare quam tales viros quales essent (ut ipsius exemplis utar) Scott Holland et Osler. Hoc facillime explicaris ex re quae per ipsam plerisque explicari non posse visa est; nunquam enim sibi persuadere poterat quin homines quos nosset ubicumque longe meliores esse putaret, magisque benevolos et sinceros, quam re vera aut essent aut putari possent:—aequivoca fecerit quis seu dixerit, at optimo certe fine proposito. Neque hoc propter eam animi mollitiem quam 'sentimentalitatem' vocant Anglici: a qua prorsus alienus, usque ad vitium. Sed naturae convenire arbitrabatur amicos suos anima divina impleri.

Sociorum Mertonensium maior pars nullum docendi officium exercebant. Et Allen quidem, cum extra muros Collegii habitaret, iuvenum scholarium consuetudine, nisi ipse occasionem faceret, carebat. Itaque mirabantur collegae seniorem iunioribus paene universis notum acceptumque. Quippe semel in una quaque semana vocabat ad Cameram Communem, quae dicitur, duodenos fere iuvenes Mertonenses, ut ientaculum una caperent. Iam antiquitatem redolebant ientacula illa Oxoniensia, avis

[1] *Symboli Catechesis*, iv.

[2] Extant inedita quinque Praeconia ab eo habita, ingeni teneri generosique mire redolentia.

nostris admodum nota, quibus moris erat magistris discipulos suos hospitio accipere. Sed is erat Allen qui vetera obsolescere aegre pateretur: nec facile inveneris quenquam eius temporis Mertonensem cui non contigerit beiano cum Allen ientare. Dapibus positis in colloquendo mira comitas. Dixi eum omnes homines meliores reputare quam essent. Simili modo, iuvenes plura scire, quam probabile erat, et graviora sentire, aut credebat aut credere visus est. Libebat cum eis de litteris loqui, de litteratis hominibus, de personis fictarum narrationum, de locis famosis (quorum pleraque ipse inviserat), deque eis mundi angulis quos fama omisit quique expertis praeter omnes rident. Loquebatur ut qui putaret omnibus insitum miranda mirari, venusta amare, remota cognoscere velle. Ex eis quibuscum colloquebatur poterat esse cui Bonifacius Amerbachius aut Hieronymus Balbus aut, si domestica attingeret, ipse Marcus Pattison inaudita essent nomina, vel cui Septimanca et Tarudant idem fere sonarent quod Kiskildrivium.[1] Is non habebat tamen cur erubesceret, tamquam in eis indoctus quae ignorare dedecus; nam tractabat eum Allen ut doctum hominem cui casu contigisset omittere rem notabilem quidem at parvi momenti. Credebat certe finem colloquendi docere et doceri; neque multum studebat desipere in loco. Ut decebat tamen virum de ea ratione iuventutem instituendi doctum quam tradiderat aetas litterarum renatarum, non parvi aestimabat studia athletarum: de omnimodis iuvenum ludis libens colloquebatur: disserebat artem remigandi expertus. Plerumque tamen cum iuvenibus serio agebat: inter vitium et virtutem strictius fortasse iusto distinguebat: quippe quam prona esset quibusdam vitiis communis natura suo exemplo colligere non poterat.

Pars feriarum anni 1908 consumpta in bibliothecis Belgicis, pars Argentorati, Darmstadi, Sletstadi, Basileae. Mense Februario anni sequentis imprimi coeptum est secundum volumen Erasmi Epistolarum: mense Aprili Parisios, Romam, Florentiam, Bononiam, Basileam visebat—Basileae effodiebat exemplaria *Iulii Exclusi* manibus scripta Beati Rhenani et Bonifacii Amerbachii: hunc libellum procul dubio a se scriptum tanquam nothum abnuerat ipse Erasmus. Die xxii mensis Decembris testatur Allen se in lecto cubantem circa mediam noctem ultimam manum posuisse chartis impressis voluminis secundi Epistolarum. Hic fortasse dignum narratu eum in lecto legere solitum esse opera non modo Erasmi sed et Pelhami Grenville Wodehouse. O festivum locum, lectum qui horum utriusque sit capax!

Ex diariis eius colligo tertium volumen coeptum esse xvii die mensis Ianuarii anno 1910. Priores centum epistulae prelo commissae sunt iv die Ianuarii anno 1912: xx die eiusdem mensis anni sequentis recepta sunt ab impressoribus prima exemplaria.

Annorum 1910–12 verna tempora peregrinando data sunt. Neque hoc loco absonum erit, cum finem peregrinandi mox bellum interpositurum esset, dicere quantum gaudium haec itinera per

[1] De quo vide Erasmi Epistolas viii, p. 156.

longam seriem annorum continuata nostro obtulissent. Magnam partem felicitatis vitae suae in his ponebat; in hoc utrum Erasmo similis an dissimilis nescio; Erasmo enim reprobabant inimici, et saepius quidem amici, itinerandi libidinem; et nequibat certe domi restare. At notum quantis querimoniis, seu veris seu fictis, Erasmus itinera sua prosequebatur; quae plerumque tamen quaestus causa suscipiebat. Sed nostro itinerari mera voluptas; nec quaestum ullum petebat. Erasmi vestigiis insistebat; Erasmianis viris occurrebat; urbes visebat quarum plures quasi sacrae; domo ita aberat ut quae sola domus, uxor eius, sequeretur; mores externorum hominum amabat discere, eorumque lingua se exercere; multi ex carissimis eius amicis externi erant; bellum, ubique calamitosum, nulli calamitosius intervenire poterat quam homini cui cum doctis hominibus externarum gentium arcta esset necessitudo. Locorum ubi libentissime commorabatur praecipua mentione dignum est Sletstadium: recordabatur ille grato animo oppiduli amoeni situm, grato animo anum quae praesidebat hospicio humili ubi habitabat; inter quam et ipsum saepe contentionem ortam esse, cum ipse nimis offerret, illa parum rogaret, pecuniae; grato animo bibliothecarium, reverendum virum Iosephum Geny, amicum benevolentissimum.

Longum erat enarrare quot urbes inviserit, quot in quaque amicos habuerit vel fecerit.[1] Sed non absque re erit pauca dicere de ratione qua usus sit in bibliothecis. Ubicumque enim extaret exemplar manu scriptum epistulae aut ab Erasmo compositae aut ab alio ad illum datae, id exemplar diligentissime transcripsit in ipsa bibliotheca. Textum ita transcriptum nec ipse postea rescribendo periclitatus est, nec librariis committendo,—inde enim plerumque menda propagari; sed ut erat primum transcriptum prelo tradidit. Cum exemplar impressum recepisset, ad ipsam bibliothecam cum schedis redibat, ibique ex manu scriptis impressa experiebatur. Evenit hac ratione quod unamquamque bibliothecam bis saltem invisit, plures invisit iterum atque iterum. In re palaeographica erat—quod ad manus Erasmianae aetatis pertinet—omnium hominum peritissimus, obscuras notas vel infaustissimi calami mira arte interpretatus. Deplorat Erasmus *κακογραφίαν* suam; quae tamen prae manu nonnullorum ex amicis eius *καλλιγραφία* fuit. Ad literarum, seu potius liturarum, formas quibus utebatur (ut unum exemplum adhibeam) Amerbachius adferebat Allen non modo singulare oculorum acumen, serpenti Epidaurio aemulum, sed et eximiam facultatem divinandi. Errare humanum,

[1] Horum tamen amicorum gratia exhibeo hoc loco annales itinerum his temporibus factorum. Invisit ergo :—
anno 1910: Middelburgum Zelandiae, Veram, Gandavum, Bruxellam, Lucernam, Einsildam, Basileam, Friburgum, Sletstadium, Cusam, Lacum, Bonnam;
anno 1911: Nemausum, Carpentoractum, Parisios;
anno 1912: Parisios, Tolosam, Tarraconem, Barcinonem, Valentiam, Hispalin, Toletum, Matritum, Cocam, Septimancam, Vallisoletum;
anno 1913: Cenomanum, Parisios, Mediolanum, Sanctum Danielem, Utinum, Pontem Aeni, Basileam, Andemantunum;
anno 1914: Parisios, Tornacum, Carpentoractum.

et dormitare quandoque Homericum. Vel homine vel Homero felicior in tali re Allen, cuius vigilantiam fallere ne minutissima quidem posse visa sunt. Et in manu scriptis transcribendis et in schedis corrigendis aderat fidissima adiutrix uxor eius. Recentioribus annis auxilio, ut par erat, artis photographicae non nihil debuit.

Cum Oxonii esset, tenor vitae mirum quam aequalis. Anno 1910 mortuus est pater eius; patrimoniolo allevata est angusta adhuc fortuna, et Casam Longi Muri mutavit domicilio in Vico Mertonensi sito. Lautior conditio ob id in primis grata quod latiorem hospitalitatem exercendi occasionem dabat: habebat enim praeter ceteros hospitale pectus. Docendi officio, ut iam memoravi, carebat. Hoc autem tempore saepius praelegebat, sponte et gratuito. Iterabat praelectiones de Transmissione Classicorum Scriptorum iam anno 1906 habitas. In autumno anni 1910 enarrabat Erasmum in Collegio Mertonensi et anno 1914 Londini: eae praelectiones originem dederunt libro quem iv post annis titulo *Aetas Erasmi* emisit. De Erasmo et de aliis doctis hominibus saeculi sexti decimi praelegebat breviter per occasionem aliis locis ubi scholae florebant. In universo autem dies diem ita excepit ut nil novi adferret. xxii die mensis Aprilis anni 1913 finem fecit tertio volumini Epistolarum operis: ipse adnotat se ultimam schedam correxisse in Bibliotheca Mertonensi, loco boni ominis. Mense Novembri eiusdem anni adscitus est inter Curatores Bibliothecae Bodleianae, publica electione.

Successit annus inter annales humanae gentis funestissimus. Frangi fatis omnia procellaque ferri. Iam qui docti viri sunt habiti, ne homines quidem videri. Reserata ianua belli; nec ullo tempore magis anceps Ianus. Quid Philologia, cum vel Philanthropia nusquam? Quantum valeant bonae literae, testatur incensa Lovani bibliotheca, testantur ceterarum bibliothecarum clausae opes. Oxonii per quadriennium fere vacant scholae; quique restant magistri vel scholares personam gerunt non suam. Ex ephemeridum libro tria haec de nostro collegi mire moribus eius incongruentia. xii die Augusti anno 1914 coeperat iam senior militaria exercitia in Parcis, seu hortis, academicis discere. Aestate anni 1916 arvis raro suppetente colono frumentum terebat, fraga carpebat, fenum colligebat, eruebat lappasque tribulosque—querebatur conductor corpus eius procerius esse quam ut tali operi incumbere posset, industriam tamen commendavit ut in homine utilium laborum adhuc expertem. xix die mensis Octobris anni 1917 excubabat per tres horas nocte in Bibliotheca Bodleiana dum parcerent transirentve angeli illi mortis, aeriae naves Zeppelinae, bombis fetae, excultissimae gentis singulare inventum.

Non omnino cessabant tamen opera utiliora et humaniora. Anno 1914 electus est Curator Indici Instituti. Factus est anno 1915 Bibliothecarius Collegii Mertonensis. Ea bibliotheca ceteris omnibus Britannicis aetate prior; aedificium nobile et verendum, visum susurrare, si verbis licet uti magni poetae, ultima incantamenta medii aevi; dives libris manu scriptis scholasticorum

doctrinam illustrantibus. Nostro nullus labor carior quam quem impendebat libris bibliothecae ordinandis et scrutandis; permultorum fata fortunamque per saecula investigabat, quis quemque scripserit, quis dederit, quis ligaverit, quis annotaverit, quis pigneraverit, quis mutuatus sit aut furatus. His laboribus eius innituntur magna ex parte tres libri qui collegii antiquitates illustrant; primus *Registrum Annalium Collegii Mertonensis*, ab Herberto E. Salter praeclare editus; secundus *Mertonensia Munimenta*, cuius ipse praecipuus auctor fuit; tertius *Libri Mertonenses Medii Aevi*, auctore Frederico M. Powicke. Durante bello, bibliothecis Europaei continentis exclusus, exploravit bibliothecas Anglicas notabiliores, videlicet Westmonasteriensem, Eboracensem, Gloverniensem, Herefordiensem, Petriburgensem, Wellensem, Cicestrensem, Lincolniensem, Norvicensem: quarum postremas duas ut inviseret memoratu dignum puto quod iter ccccxl milium Anglicarum fecerit machina rotali pedibus propulsa: quippe eiusmodi machina passim vehi semper in deliciis habuit. Anni 1919 mense Iunio receptae sunt quarti voluminis primae schedae probatoriae; mense Iulio electus est in locum Vice-Custodis Collegii Mertonensis: anni sequentis eodem mense in locum Decani. Vice-Custodis officium, velle facere quicquid nolit Custos; Decani, iuvenes gradus capessentes Vice-Cancellario praesentare; utrumque officium dignitatis quam emolumenti plenius, eoque nostro gratius. In officio Decani hoc novavit quod soleret gradum capessentes omnes invitare ut secum in magna Aula solemniter cenarent: exemplo tum dato obsequuntur exinde Decani Mertonenses omnes.

Anno 1920, cum pacatae conditiones rursus peregrinari permitterent, in Gallia ver, in Belgia aestatem terebat[1]—Antwerpiae commoratus orationem habuit in festo quatercentenario Christopheri Plantin. Incipiente auctumno quintum volumen operis sui imprimendum tradidit. Vere sequentis anni in Italia erat, ubi duas semanas Romae consumpsit, hospitio acceptus a reverendo viro A. Cauchie, Canonico, in Schola Belgica; duos dies Sienae, duos Mutinae commoratus est. Sienae et Mutinae nihil ad Erasmum aut nihil quod alicuius momenti esset. In reditu, Basileam invisit.

Annus 1922 multis nominibus gratus. Bataviam invisit, a Batavis honorificentissime acceptus: in pluribus urbibus Batavis praelegit Erasmum; Luguduni indutus est gradu Doctoris, qui honos quindecim annis anteactis sex tantum viris tributus erat, quorum tres ex eis erant qui paci confirmandae nuper adfuerant oratores: postremus Anglorum cui hic gradus contigerat erat Iacobus Bryce Vice-comes. Pacis confirmatae indicium erat quod aestate Berolinum adiit, perque Poloniam et Hungariam iter fecit.

xix die Martii anni 1923 excudendum dedit impressoribus sextum volumen Epistolarum. Mense Iulio electus est Socius

[1] Urbes quas invisit hae sunt: Vesontio, Lausanna, Basilea, Bruntrutum, Dola, Castrum Sinemurum, Ternodorense Castrum, Parisii, Rotomagus, Antwerpia, Gandavum, Lovanium.

Britannicae Academiae: cuius Academiae postea ex consiliariis fuit; eodem et sequente mense Parisios invisit, ubi in bibliotheca Baronis Iacobi de Rothschild transcripsit epistulam idiographam Erasmi ad Montioium scriptam, alteramque ad Georgium Agricolam. Claromontium eo consilio adiit ut cursum investigaret itineris ab Erasmo Caletio Parisios anno 1500 facti. Duos dies etiam in oppidulo Broiaco fuit, in cuius ecclesiae sedibus quae 'misericordiae' dicuntur audierat insculptam esse figuram Erasmi: sed nec in ecclesia figurae illius usquam vestigium, nec in Museo nec in Archivis ulla eius notities. Ab hoc oppidulo Campanulam invisit, vestigiis insistens Gilberti Cognati, famuli et discipuli Erasmi, prope Campanulam nati. Revisit Galliam aestate sequentis anni, a Gallia Basileam et Turregum transvectus. Hic erat annus vitae in universo felicis felicissimus: quippe hoc anno evectus est in dignitatem Praesidis Collegii Corporis Christi, miro omnium assensu, cum non doctrinae modo sed moribus is honos tribui videretur. Mundanorum honorum hic fortasse solus erat quem ambiisse dici poterat indoles alioqui ambitu carens. Delatum sibi honorem cognoverat primum per legatos missos Carolum Plummer et Albertum Curtis Clark; nec quicquam in ea re gratius eius animo quam quod his duobus acciderat euangelia ferre; ab his probatus probare se poterat; cum Carolo quidem Plummer amicitiam habebat triginta annorum consuetudine inveteratam.

Initia novi officii consonabant et indoli eius et studiis; cum inter prima acta adsisteret caeremoniis quibus Collegium suum renovabat memoriam Ludovici Vivis, olim Collegii praelectoris; tabulae memoriali, quae dicitur, ponendae in bibliotheca adfuit Marchio Alphonsus Merry del Val, Hispani regis legatus, Cardinalis eiusdem nominis frater; bibliothecam invisit non multo postea ipse rex Alphonsus. Harum caeremoniarum memor, aestate anni 1925 Allen Hispaniam adibat; Matritensibus bibliothecis totam semanam dedit; in Casa Alba librum manu scriptum Iacobi Gratiani diligenter excussit. Porro aliquot dies Septimancae commorabatur; cuius oppidi amoenitatibus paginulas nonnullas dicavit aureolas. Quippe moris erat ei oppidorum vel oppidulorum ad quae studia Erasmica eum ducebant commentariola conscribere in usum suum et amicorum. Horum commentariolorum nonnulla edidit: extant alia adhuc inedita, tenuia exempla ingeni in hoc genere compositionis singulariter felicis.[1]

Praesidebat Collegio Corporis Christi annos novem, quorum cuiusque ferme idem tenor.[2] Anno 1925 factus est Socius Honorarius Collegii Mertonensis. Mense Aprili anni 1926 emissum est prelo sextum volumen Operis, recipique coeptae sunt schedae

[1] Inter oppida quae huiusmodi narratiunculis celebrabat erant, praeter Septimancam, Complutum, Coca, Pruvinum, Mons Benedictus, Thannae Pinetum, Dunelmum, Tarudant: scripsit etiam paginulas nonnullas de statu Hungariae post belli quinquennium revisitatae.

[2] Paene solam varietatem faciebant peregrina itinera, quorum annales hi sunt. Invisit—anno 1926, Parisios, Basileam, Curiam: super montem Speluscam pedes secutus est ipsius Erasmi iter: super montem S. Bernadini vehiculo motorio Mesocconem petiit, Boelinorum monumentorum

probatoriae voluminis septimi: sed septimi finis in finem anni 1928 differebat, Collegii negotiis occupatus. Anno 1927 Universitas Lovaniensis quingenum annum agens detulit ei gradum doctoris honorarium; eodem anno similem gradum dedit Universitas Birminghamensis, similem sequente anno Universitas Dunelmensis. Anno 1928 electus est in societatem Academiae Neerlandicae; in qua re multum placuit ei epistula gratulatoria a viro docto J. Huizinga accepta. Circa idem tempus plurimum intererat consiliis Aulae S. Petri nuper Oxonii fundatae, cuius initiis valde favebat. In annum 1928 cecidit commemoratio quatercentenaria mortis Ricardi Fox, Collegii Fundatoris. Duabus rebus insignita celebratio: primum quod completum est patefactumque scholaribus quinto die Octobris novum aedificium, pecuniis Emiliae Thomas extructum, deinde quod ipse Praeses editionem Epistularum Foxi a se sedulo praeparatam edidit: tum circa librum, tum circa aedificium, grandes per totam aestatem labores impenderat. Notandum est obiter quod non multo postea dedit Collegio suis sumptibus acquisitam effigiem Foxi lignea tabula depictam, quae nunc in Praesidis Hospicio pendet. Anno 1929 ipse se pingi passus est. Pingitur ad scrinium sedens, manuque tenens Opus Epistolarum; pone ostenditur pars bibliothecae Collegii Corporis Christi. Hanc picturam ab Herberto Olivier felicissime factam Collegio legavit; alterum exemplum eodem artifice factum habet Collegium Mertonense, ex dono Helenae Mariae Allen. Hoc anno electus est in Concilium Hebdomadale Universitatis—ad hoc Concilium pertinet leges Universitatis scribere. Anno 1930 electus est in Academiam Gandavensem; et ad curiam Universitatis Bristoliensis factus est legatus Cancellarii Oxoniensis. Huic anno referenda sunt initia eius valetudinis qua tertio post anno mortuus est. Omnibus laboribus carendum monebant medici. Balnea Royati, Galliae oppiduli, adiit; quibus nonnihil valetudo adiuta est. At res semper improba litterarum studium: Galliam Belgiam Helvetiamque percurrebat: Erasmum Lugdunum, Erasmum Bruxella, Erasmum Basilea clamabant. Veris autem anni 1931 duas semanas Baiocae consumpsit, si non feriatus, otiatus tamen ut numquam fere antea laboribusque vacans omnibus. Septimo die Septembris tulit manu volumen octavum Epistolarum impressoribus committendum. Recipiebat primas schedas decimo die Octobris. Vere anni sequentis iterum incerta valetudo. Ille schedarum laeto

indagator: anno 1927, Bruxellam, Lovanium, Mariae Montem, Abbatis Villam, Argentoratum, Sletstadium, Basileam, Solothurnam, Genevam, Camberiacum; anno 1928, pererravit varias regiones Galliae et Helvetiae, studiis Erasmicis penitus vacans; anno 1929 studia fecit Insulae, Bruxellae, Coloniae, Friburgi, Basileae, Reichenaviae, Constantiae, Merseborchi (propter poema Erasmi), Yberlengi, Thannae, Spinali: anno 1930, Icciodurі, Podii, Lugduni, Anneci, Leysini, Basileae, Bruxellae.

Adde quod per intervalla praelegebat Oxonii et alibi Erasmum studiaque Erasmo cognata. Praelectionum nonnullae editae: aliae ita supersunt ut edi possint: aliarum extant indigestae notae—in quod genus cadunt praelectiones *De Studiis saeculi decimi sexti*. Nonnullae perierunt: e.g. lectiunculae de Iohanne Claymond habitae nullum vestigium.

negotio immersus satis valere sibi visus est, longaque capiebat consilia. Mense Maio villam conduxit iuxta oppidulum Temple Guiting, Oxonio fere quadraginta milia distans. Mense Iunio epulas paravit in honorem amici sui Aurelii Stein, a Persico itinere redeuntis. Eiusdem mensis die vicesimo uno Wintoniam adiit, enthronismo episcopi Wintoniensis, Collegii Corporis Christi patroni, interfuturus. Ibi vehementer perfrixit: supervenit vesicae gravis dolor. Adhibitus medicus chirurgi opem postulabat. Quid posset chirurgia bis in duabus semanis experiebatur. Et primo quidem multum posse videbatur. Quippe secundo die Augusti lecto adhuc affixus schedas tamen perlegebat. At duodecimo die omnia in deterius versa. Londinium transvectus manui chirurgicae iterum traditus est, perque multos dies inter vitam mortemque graviter dimicatum est. Proculcatam mortem testabatur more suo iterum legens schedas Operis tertio die Septembris. Undecimo die Octobris domum rediit laremque suum, praeter spem. Hoc erat quod unum erat pro laboribus tantis. Sua sibi habebat, amicis librisque rursus colloquebatur. Totius mensis spatium domi mansit; deinde omnia sibi promittens ad oram maritimam Devoniae, dilectissimae sibi regionis, profectus est. Narrant commentarii eius eum primo die Decembris ita convaluisse ut adversis iugis non modo ambularet sed paene curreret, cantuque et iubilis silvas resonaret. Vim tamen corporis plus quam credebat imminuerat diuturna aegritudo. Decimo die Ianuarii subita gravedine afflictus est. Postquam duas semanas occubuit, iterum visus convalescere Oxonium rediit. Cenavit in Aula Collegii secundo Februarii, vinumque bibit solemniter cum Sociis in Communi Camera. Tertio die interfuit concilio Bibliothecae Bodleianae. Sed quarto die nova gravedine quassatus est, vicesimo secundo comperit diagnosis medicorum sanguinem eius certis streptococcis infici. Per quatuor menses frustra adhibita remedia solita et insolita. Octavo die Martii scripsit Sociis valetudinem suam officio Praesidis non iam parem esse: mense Maio loco suo alius succederet. Illi reclamare, omnia malle: multos et prosperos annos vaticinari. Quorum epistula ille mirum quantum se consolabatur. Per intervalla morbi schedas Erasmicas tremulis digitis tractabat, cum saepius fasciculi pondus maius esset quam quod manu sustineret. Immensam voluptatem praebuit traditum ei in fine mensis Aprilis unicum exemplar versionis Luciani *Longaevorum* quam fecerat Erasmus; hunc libellum diu quaesiverat, omnino periisse ratus.[1] Tempus longius protractae aegritudinis inter cubiculum suum et hortum divisit; nec enim quicquam potius quam umeris Scholarium vecto in hortuli angulum apricum descendere, ubi sub umbra multicoloris tentorii stratus flores aspiceret, papilionum volatus oculo sequeretur, aestiva murmura, aestivos odores perciperet. Sic positus se vivere sentiebat, causasque vivendi habere. Poterat interdum cum amicis colloqui. Vicesimo septimo die Maii mensis inter manus habebat ultima vice paginulas sui

[1] Id exemplar habet nunc Bibliotheca ex dono morientis.

auctoris. Die sexto decimo Iunii aurora dilucescente transiit in lucem largiorem anima gratia et veritate plena. Die vicesimo funus prosequebatur studiosorum magna multitudo. Ossa Radingae cremata in sacrario ecclesiolae Collegii Corporis Christi reposita sunt.

Quoniam brevis hominum memoria brevisque vel simillima pictura, pretium erit ut in fine nonnulla de forma figuraque amici nostri commemorem. Statura ergo fuit procera, macro propior. Gradus erectus, tamquam sibi confidentis. Cute corporis candida facies ad pallorem vergens. Capilli subnigri, serioribus annis canitie leviter aspersi. Labrum superius insigniebat barbula. Oculi spadices, vividi, attentiores: plerumque autem utebatur perspicillis. Manus belle formatae nitidaeque, quales delineavit Herbertus Olivier. Nitide semper vestiebatur; postquam Praeses Collegii factus est, et nitide et bene; antea, ut obsoleti saepius vestitus non pudebat, ita sordes vel minimas respuebat. In circulis urbanus, quemque pro bene nato et bene nutrito statim agnosceres. Vel ruris vel coenobii ne suspicio quidem: sed in quolibet hominum coetu is erat qui sibi ceterisque placeret. Vocem habebat ut resonam ita suavem. Lente loquebatur, et deliberatius fortasse quam opus erat: quippe loquela mentis imago nihil tumultuarie concludentis.

Non erat propositi mei indolem velle pingere hominis qui meo quidem iudicio propius ceteris hominibus quos novi omnibus ad normam sapientis et boni viri accedebat. Homines vitiosi, usquam esse virtutem aegre credimus. Vel fuisse diffidimus, sed rumor et inania verba et fabula sollicito par somnio videntur heroicae illae sanctaeque animae quas praeconatur antiquitas. Rari tamen et breves apparent quos nosse redintegrat fidem. Quorum ex numero unus erat Percy Stafford Allen. Mihi equidem visus est in hanc saeculi deformitatem ex meliore rerum ordine lapsus deerrasse; neque mirabar talem virum velle citius se populis eripere et habenti nubila terrae.

PREFACE

THIS volume has had my husband's care almost to its end. The whole was in proof and had been corrected by him, when a sudden operation became necessary on the night of 22 June 1932. He had the proofs by his bedside, and they beguiled the weary months that followed. In October he was back again among his books, and the work made progress. He continued it at Sidmouth whither he went to regain strength, and many sheets of the revise bear dates in December, when he was correcting them there: it was his custom to add the date of any work completed. Just as he was returning for term, influenza seized him; but he overcame it, and a fortnight later went home to Corpus. There was one happy week when he dined in College, gave thanks in Chapel, worked in the Bodleian and took up the many threads that had been hanging loose. Then on 4 February, after a morning in Bodley collating the Copenhagen MS., came a second attack of influenza, and the fever began which never left him. This was finally traced to a streptococcal infection in the blood. Still he worked on, fighting against illness. The proofs were always near him, and when the fever lessened he would turn them over and get others to look out some question to be settled. During the Hilary term Mr. J. R. Liddell, scholar of Corpus, now assistant at the Bodleian Library, worked regularly, verifying references and helping in many ways.

In April, Mr. Falconer Madan sent word of a rare book in Messrs. J. & J. Leighton's catalogue: *GERUASII AMENI DRUCENSIS. Lucubratiunculae quaedam non inuenustae . . . Historia longaeuorum . . . Luciani etiam latino donata. . . .* I B⟨adius⟩ s. l. et a. My husband at once recognized this as being Erasmus' translation of Lucian's *Longaevi*, mentioned in the letter to Botzheim (Vol. I. p. 8, which gives a catalogue of his works). No copy of this book was known, and my husband's researches had been unavailing. Erasmus told Botzheim that he had translated the *Longaeui* by dictation, and that his secretary, Gervase Amoenus, had published the work as his own. In October 1513 Badius had written to Hummelburg that he was printing *Lucubratiunculas Geruasii Chuaeni, discipuli Erasmi nostri*: but it seemed as if all the copies of the book had disappeared. Here at last it was, to my husband's satisfaction. He bought the *unicum*, and it has now been given to the Bodleian.

It was at the end of May that my husband tried for the last time to work at the proofs. But he soon laid them down, saying: 'How heavy they are!' The improvement, which had encouraged the doctors and made recovery seem possible, gave way to increasing weakness, and as day dawned on 16 June 1933 he left his work here to go as he himself had said 'to further service beyond the

gate of death'. He charged me to finish Erasmus and to ask his friend, Professor H. W. Garrod, to help. Mr. Garrod has undertaken the task, and this volume has had his searching scrutiny in its last stages. The *Compendium Vitae Percy Stafford Allen* is written by him; it is written in Latin because both of us thought that my husband would have liked it so.

My husband's sister, Miss A. M. Allen, accompanied me to Basle to collate the proofs with the originals. With Erasmus' move to Freiburg the intimate correspondence between him and Boniface Amerbach becomes more frequent. There are forty-six letters in this volume printed from the manuscripts at Basle. We have to thank Dr. Roth, keeper of the manuscripts, for ready help during our work among them; and Dr. Binz, chief librarian, for his kindness in extending to us the same privileges my husband had found such an advantage. The personnel of the library were equally helpful.

We have also to thank Dr. Alfred Hartmann, who brought to our aid his expert skill in deciphering the hurried scratches of Boniface's rough drafts. Dr. Hartmann is undertaking for the *Historische und antiquarische Gesellschaft zu Basel* the publication of the *Amorbachiana*, the great collection of letters and papers made by Boniface Amerbach and his son Basil. My husband had for many years drawn attention to the importance of the collection, and his last public lecture, the Murray Lecture at Glasgow, was on this theme. He hoped thus to make more widely known the task awaiting a scholar. It was a solace to him in his illness to hear that an editor so well equipped as Dr. Hartmann had undertaken the work.

At Sélestat I was unfortunate in finding the library closed, but I have to thank l'Abbé Walter, the librarian, for the kind readiness with which he made good my omission by collating Epp. 2266, 2273, 2275, 2282 himself.

There are many friends and helpers whom my husband would have wished to thank:

Dr. O. Clemen, of Zwickau, who found Epp. 1127[a], 1192[a] and who communicated these and other discoveries with generous readiness.

Professor de Vocht of Louvain, who added to his earlier large-hearted help by drawing attention to Ep. 1837[a].

Dr. P. a Marca at Mesocco and Dr. E. Tagliabue at San Bernardino, who told us about the Boelini, and showed their graffiti in the church when we visited the Valle Mesolcina in September 1926.

Dr. Hefele, Stadtarchivar of Freiburg i. B. who gave information and facilitated our work, when in 1929 we were tracing Erasmus' stay there four hundred years before.

Dr. Hermann Keussen, late Stadtarchivar of Cologne, who has been unwearied in his friendly assistance.

Dr. Bruno Claussen, who has given collations for Epp. 2343 and 2358.

The Director of the University Library at Amsterdam, who

arranged for the loan of Titelman's *Collationes quinque super Epist. ad Rom.* Antwerp. 1529.

Professor E. Bensley, whose unrivalled skill tracked elusive quotations.

Prince Paul Esterhazy who, in August 1922, entertained us at Kismarton, Frakno, and Esterhaza, while he allowed us to work at the Olah Codex. Dr. Horvath, his secretary, and Dr. Hajnal, his librarian, now Professor at Budapest, who made that work easy.

Miss Kronenberg of the Hague, Professor Huizinga of Leiden, and Professor Marcel Bataillon of Algiers, friends who were always ready to help. Miss Kronenberg's article on my husband in *Het Boek*, Professor Huizinga's allocution to the Dutch Academy, Dr. Hartmann's sketch in the *Basler Nachrichten*, and Professor van der Essen's account in *Le Vingtième Siècle* show how intimate the tie of common studies can become.

Dr. Emil Reicke, formerly Stadtarchivar of Nuremberg, who from our visit to that city in 1906 has been a constant friend and helper, especially in all questions about Pirckheimer.

Nor can I fail to mention the friends and helpers in Oxford.


The Secretaries, Printer, and staff of the great University Press which has given this edition its body, volume by volume. There are some pages of the first proof against which my husband has written IMMACULATE in red ink.

The Librarians and staff of Bodley's Library, of which he was a Curator, and where he worked so happily, for over forty years (for over thirty in the same seat, S. 8, at the Selden End). The little references in the notes (p. 156 &c.) show how often he discussed difficulties, obscure quotations, or unusual words, with the friend who is now helping to carry on his work.

There are yet two and a half volumes left to complete this edition. My husband has collected all the letters for these, and some few are annotated. He has amassed a number of notes. Many books are filled with his neat writing recording facts gathered all over Europe. He felt the work had, to use his phrase, 'been blessed', and he looked forward to finishing it himself: but with characteristic thought for others he tried to make all easy 'for the editor, who will have to deal with Erasmus if we are swept away together in a railway accident'. These last volumes will therefore, in a measure, still be his.

HELEN MARY ALLEN.

The President's Lodgings.
C.C.C. Oxford.
27 October 1933.



LIST OF PLATES

TABLE OF LETTERS

[* Not in LB. ** Printed here for the first time. ‡ Autograph.
|| Original, but not autograph.
Letters indented are written to Erasmus.]

1520

Letter	Date	Place
*1127a. Luther. S. P. Egranum . .	1 Aug. ⟨1520⟩	Louvain.

1521

Letter	Date	Place
*1192a. Spalatinus. S. Hic metus . .	13 March 1521	Louvain.

1526

Letter	Date	Place
**‡1739a. M. Pistor. S. D. Exilii . .	⟨1526	Spires.⟩

1527

Letter	Date	Place
**1837a. Titelmans. Solent incerti . .	⟨1527	Louvain.⟩

1528

Letter	Date	Place
**‡1994a. Goclenius. S. P. D. Iamdudum . .	10 May ⟨1528⟩	Louvain.

1529

Letter	Date	Place
**‡2082. L. Ammonius. Quam laetis . .	6 Jan. 1529	Bois-St.-Martin.
*‡2083. Morillon. S P. Salutauit . .	6 Jan. 1529	Saragossa.
2084. Mornyeu. Qui pigri . .	10 Jan. 1529	Basle.
*‡2085. Carlowitz. . . Burgundica . .	10 Jan. 1529	Besançon.
2086. Eppendorff. Tanta . .	⟨c. Jan. 1529	Basle.⟩
**‡2087. Ber. Humanissime . .	⟨c. Jan. 1529	Basle.⟩
2088. Vlatten. Quod fatum . .	24 Jan. 1529	Basle.
*‡2089. Gilles. Minoritae . .	25 Jan. ⟨1529⟩	Antwerp.
2090. Ferdinand. Pro mea. . .	27 Jan. 1529	Basle.
2091. Tomiczki. In ipso . .	Jan. 1529	Basle.
*2092. The Reader. His epistolis . .	⟨c. Feb. 1529	Basle.⟩
2093. C. Utenhove. Quam multos . .	1 Feb. 1529	Basle.
2094. The Reader. Quis expectasset . .	⟨c. Feb. 1529	Basle.⟩
*2095. The Reader. Indies . .	⟨c. Feb. 1529	Basle.⟩
*‡2096. Amelius. S. P. Cum variae . .	3 Feb. 1529	Freiburg.
*‖2097. Jo. Faber. S. Tandem . .	4 Feb. 1529	Innsbruck.
2098. Salamanca. Non mediocri . .	6 Feb. 1529	Basle.
2099. Eppendorff. Literas . .	⟨c. Feb.⟩ 1529	Strasburg.
2100. Mary of Hungary. Inter . .	⟨c. Feb. 1529	Basle.⟩
2101. Zuichemus. Inter tot . .	15 Feb. 1529	Dole.
*‡2102. Bovollinus. O lux . .	15 Feb. 1529	Sondrio.
2103. T. Gravius. Non desinis . .	20 Feb. 1529	Basle.
*‡2104. Salamanca. Post . .	21 Feb. 1529	⟨Freiburg.⟩
2105. Egnatius. Qui has . .	21 Feb. 1529	Basle.
‡2106. Bembo. S. P. Graui . .	22 Feb. 1529	Basle.
2107. Cles. Spero futurum . .	24 Feb. 1529	Basle.
2108. H. Phrysius. Remitto . .	25 Feb. 1529	Basle.
*‡2109. A. Valdes. S. P. Accepi . .	25 Feb. 1529	Toledo.
2110. Henckel. Ex quatuor . .	26 Feb. 1529	Basle.

2111. Zuichemus. Illud scias . .	1 March 1529	Basle.
2112. Ber. Sane quam. . .	2 March 1529	Basle.
*2113. Talesius. D. Erasmus . .	6 March 1529	Basle.
2114. Grapheus. Lubens . .	7 March 1529	Basle.
**‡2115. Schets. S.P. Ab Idibus . .	7 March 1529	Antwerp.
2116. Lotzer. Non est . .	8 March 1529	Basle.
*‡2117. Botzheim. S.P. Nusquam . .	8 March 1529	Ueberlingen.
2118. Salamanca. Duabus . .	10 March 1529	Basle.
2119. Tusanus. Demiror quid . .	13 March 1529	Basle.
‡2120. Cochlaeus. S. P. Venerabilis . .	13 March 1529	Dresden.
2121. Cles. Ornatissime . .	14 March 1529	Basle.
2122. Pistorius. Miseram . .	14 March 1529	Basle.
2123. Mercklin. Iam diu . .	15 March 1529	Basle.
‖2124. Geo. of Saxony. S., gra. . .	15 March 1529	Dresden.
2125. F. Vergara. O nimium . .	17 March 1529	Basle.
2126. A. Valdes. De Pantalabo . .	21 March 1529	Basle.
2127. J. Valdes. Vt mihi . .	21 March 1529	Basle.
*‡2128. Stibarus. Si vales . .	21 March 1529	Frankfort.
*2129. Zuichemus. Etsi non . .	23 March 1529	Dole.
*‡2130. Rex. S. P. Accipe . .	23 March 1529	Spires.
*‡2131. J Ricius. Nolim . .	23 March 1529	Linz.
*2132. The Reader. Studiosus . .	⟨c. March 1529	Basle.⟩
2133. J. Vergara. Literas . .	24 March 1529	Basle.
2134. Fonseca. Paulus . .	25 March 1529	Basle.
*‡2135. B. Niger. S. D. Posset . .	27 March 1529	Dole.
‡2136. L. Ber. S. P. Amicorum . .	30 March 1529	Basle.
*‡2137. Herm. of Neuenahr. S. P. De illo . .	31 March 1529	Spires.
2138. Bercin. Nec erat . .	1 April 1529	Basle.
2139. Gruyères. Quum haec . .	1 April 1529	Basle.
2140. Pratensis. Pro opera . .	1 April 1529	Basle.
2141. Janandus. Mihi vero . .	1 April 1529	Basle.
2142. Bonvalot. Opinor . .	1 April 1529	Basle.
2143. Cochlaeus. Accepi . .	1 April 1529	Basle.
2144. Bembo. Incredibili . .	4 April 1529	Padua.
2145. Fugger. Quo minus . .	5 April 1529	Basle.
*‡2146. Vlatten. S. Serius . .	7 April 1529	Spires.
2147. Oecolampadius. Ante dies . .	⟨c. 10 April 1529	Basle.⟩
*‡2148. Bercin. S. Recepi . . .	12 April 1529	Besançon.
2149. L. Ber. Sapuisti . .	13 April 1529	Basle.
2150. J. Ricius. Quod me . .	21 April 1529	Freiburg.
*‡2151. Bo. Amerbach. S. P. Multo . .	25 April 1529	Freiburg.
**‡2152. Bo. Amerbach. S. Profectionem . .	1 May 1529	Basle.
*‡2153. Welser. Salutem . .	3 May 1529	Augsburg.
*‡2154. Aemilius. Et si . .	4 May 1529	Brescia.
*‡2155. Bo. Amerbach. S. Accepi . .	5 May 1529	Freiburg.
2156. Brysgoicus. Pro singulari . .	6 May 1529	⟨Freiburg.⟩
‖2157. Fonseca. En totus . .	⟨May⟩ 1529	Freiburg.
2158. Pirckheimer. Tandem . .	9 May 1529	Freiburg.
**‡2159. Schets. S. P. Amicissime . .	9 May 1529	Freiburg.
*‡2160. Bo. Amerbach. Huic fasciculo . .	⟨May 1529?	Freiburg.⟩
2161. Stibarus. Binas ad te . .	14 May 1529	Freiburg.
2162. Mornyeu. Quanquam . .	⟨c. 14 May⟩ 1529	Freiburg.
*‡2163. A. Valdes. S. P. Hodie . .	15 May 1529	Barcelona.
2164. Thuengen. Rhetores . .	16 May 1529	Freiburg.
2165. Aemilius. S. P. Scito . .	17 May 1529	Freiburg.

**‡2224. Bo. Amerbach. Recte . .	18 Oct. ⟨1529⟩	Basle.
**‡2225. L. Ber. S. P. Opinor . .	22 Oct. 1529	Freiburg.
*‡2226. Tunstall. S. P. Ex litteris . .	24 Oct. 1529	London.
*‖2227. Longlond. Reddidit . .	28 Oct. ⟨1529⟩	London.
*‡2228. More. S. P. Diu meditans . .	28 Oct. ⟨1529	Chelsea.⟩
2229. J. E. Froben. Epistolium . .	2 Nov. 1529	Freiburg.
2230. Henckel. Saltem hoc . .	2 Nov. 1529	Freiburg.
*‡2231. Bo. Amerbach. S. Vtinam . .	4 Nov. 1529	Freiburg.
*‡2232. G. Phrysius. Habes . .	4 Nov. 1529	⟨Westminster.⟩
‡2233. M. Roper. Quam illud . .	4 Nov. ⟨1529	Chelsea.⟩
‖2234. Wm. of Cleves. S. D. Dici non . .	10 Nov. 1529	Büderich.
**‡2235. Bo. Amerbach. In negocio . .	⟨Nov. 1529	Basle.⟩
*‡2236. Bo. Amerbach. S. Non obstabam . .	18 Nov. 1529	Freiburg.
*‡2237. Z. Deiotarus. S. P. Tam . .	21 Nov. 1529	London.
2238. Geldenhauer. Doleo . .	3 Dec. 1529	Freiburg.
*‖2239. P. Barbirius. S. P. Pater . .	7 Dec. 1529	Tournay.
*‡2240. Cantiuncula. S. Non . .	7 Dec. ⟨1529	Vic ?⟩
2241. Bonvalot. Alterum e . .	10 Dec. 1529	Freiburg.
*2242. Bonvalot (?). Dilfus . .	10 Dec. 1529	Freiburg.
**‡2243. Schets. S. P. Ex mense . .	13 Dec. 1529	Antwerp.
*‡2244. Vanderkammen. Quod ad . .	26 Dec. 1529	Mechlin.
*2245. Titelmans. Accepimus . .	Dec. 1529	Louvain.

1530

*‡2246. Riquinus. S. D. Literae . .	1 Jan. 1530	⟨Cologne⟩.
*‡2247. Hasenberg. Salutem . .	6 Jan. 1530	Leipzig.
*‡2248. Bo. Amerbach. Caue vanum . .	9 Jan. 1530	Basle.
2249. Egnatius. Ex Vtenhouii . .	⟨c. Jan.⟩ 1530	⟨Freiburg.⟩
2250. Maldonatus. Accepi . .	13 Jan. ⟨1530⟩	Freiburg.
2251. ⟨J.⟩ Valdes. Nihil non . .	13 Jan. 1530	Freiburg.
2252. ⟨A.⟩ Valdes. An proximas . .	13 Jan. 1530	Freiburg.
2253. J. Vergara. Decreueram . .	⟨c. 13 Jan. 1530	Freiburg.⟩
2254. F. Vergara. Quod Dilfum . .	13 Jan. ⟨1530⟩	Freiburg.
2255. Boerii. Quum hic . .	13 Jan. ⟨1530⟩	Freiburg.
*‡2256. Bo. Amerbach. S. p. Vereor . .	16 Jan. ⟨1530⟩	Freiburg.
*2257. Episcopius. Aequo animo . .	17 Jan. 1530	Freiburg.
**‡2258. L. Ammonius. Binas . .	17 Jan. 1530	Bois-St.-Martin.
**‡2259. Bo. Amerbach. S. P. Rogat . .	⟨? Jan. 1530	Basle.⟩
*2260. P. Gilles. Sic visum . .	28 Jan. 1530	Freiburg.
*2261. H. Phrysius. Petis prolixam . .	31 Jan. 1530	Freiburg.
2262. Herema. Quod te . .	31 Jan. 1530	Freiburg.
2263. Tunstall. Vt vetus . .	31 Jan. 1530	Freiburg.
2264. ? Absolutissime . .	⟨Jan. 1530 ?	Freiburg.⟩
*2265. Cortehoevius. Quo equidem . .	1 Feb. 1530	Antwerp.
2266. Boleyn. Eximiae . .	⟨Feb. 1530	Freiburg.⟩
*‡2267. Bo. Amerbach. S. Ea temporum . .	2 Feb. 1530	⟨Basle.⟩
**‡2268. Schets. S. P. Obruo te . .	2 Feb. 1530	Freiburg.
*‡2269. Choler. S. P. D. Ad IIII . .	3 Feb. 1530	Augsburg.
**‡2270. Schets. S. P. Ex mense . .	4 Feb. 1530	Antwerp.
*‡2271. Bo. Amerbach. S. Superest . .	⟨Feb. 1530	Freiburg.⟩
‡2272. Sadoleto. Annus est . .	12 Feb. 1530	Carpentras.
2273. Fugger. Non sine causa . .	13 Feb. 1530	Freiburg.
2274. Conritz. Euolui . .	18 Feb. 1530	Freiburg.

BRIEF TABLE OF EDITIONS OF ERASMUS' LETTERS

(*A fuller description will be found in vol. i, app.* 7)

A = Iani Damiani Senensis Elegeia. 4°. Basle. J. Froben. Aug. 1515.

B = Epistole aliquot ad Erasmum. 4°. Louvain. Th. Martens. Oct. 1516.

C = C^1 C^2

C^1 = Epistole sane quam elegantes. 4°. Louvain. Th. Martens. Apr. 1517.

C^2 = Idem. 4°. Basle. J. Froben. Jan. 1518.

D = D^1 D^2

D^1 = Auctarium selectarum epistolarum. 4°. Basle. J. Froben. Aug. 1518.

D^2 = Idem. 4°. Basle. J. Froben. March 1519.

E = Farrago noua epistolarum. Fol. Basle. J. Froben. Oct. 1519.

F = Epistolae ad diuersos. Fol. Basle. J. Froben. 31 Aug. 1521.

G = Selectae epistolae. 4°. Basle. J. Herwagen & H. Froben. 1528.

H = Opus epistolarum. Fol. Basle. H. Froben, J. Herwagen & N. Episcopius. 1529.

J = Epistolae floridae. Fol. Basle. J. Herwagen. Sept. 1531.

K = Epistolae palaeonaeoi. Fol. Freiburg. J. Emmeus. Sept. 1532.

L = De praeparatione ad mortem. 4°. Basle. H. Froben & N. Episcopius. ⟨c. Jan.⟩ 1534.

M = De puritate tabernaculi. 4°. Basle. H. Froben & N. Episcopius. ⟨c. Feb.⟩ 1536.

N = N^1 N^2 N^3

N^1 = Operum tertius tomus. Fol. Basle. H. Froben & N. Episcopius. 1538.

N^2 = Idem. Fol. Ibid. 1541.

N^3 = Idem. Fol. Ibid. 1558.

O = O^1 O^2

O^1 = Vita Erasmi. 4°. Leiden. T. Basson. 1607.

O^2 = Idem. 12°. Leiden. G. Basson. 1615.

P = Pirckheimeri opera. Fol. Frankfort. J. Bringer. 1610.

Q = Epistolae familiares. 8°. Basle. C. A. Serin. 1779.

Lond. = Epistolarum libri xxxi. Fol. London. M. Flesher & R. Young. 1642.

LB. = Opera omnia. Tomus tertius. Fol. 2 vols. Leiden. P. Vander Aa. 1703.

NOTE.—At the head of each letter is printed a list of the editions in which it is found, with the necessary references. The references to Lond. serve also for H and N. Sources, printed or ms., other than the editions above catalogued, are indicated, when necessary, by Greek letters.

In the critical notes any of these editions or sources which is not specified by the sigla must be understood to follow the reading of its immediate predecessor. Thus, in Ep. 106. 1, E stands for E, F, H, N^1, N^2, N^3, Lond. and LB. Similarly, with the Greek alphabet this principle is generally followed; but occasionally, when the sources are diverse or there is some special reason for it, e.g. in Ep. 296, all the authorities are specified by their sigla.

The Corrigenda found in some of the volumes of letters have usually been treated as the true readings of those editions; but occasionally the uncorrected text and the correction have both been given; the latter following immediately after the former.

The small superior figures attached to letter-numbers refer to letters answered, the inferior to letters answering.

Angular brackets ⟨ ⟩ denote additions by an editor, square brackets [ ] denote omissions.

LIST OF ABBREVIATIONS COMMONLY USED

(For A, B, C, ... Q, Lond., LB., denoting editions of Erasmus' letters, see p. xxxiii and vol. i, pp. 599–602.)

Collections of Letters

AE. = Les correspondants d'Alde Manuce, 1483–1514; par P. de Nolhac (Studi e documenti di storia e diritto, 1887, 8). Rome, 1888.

Agr. E. = Epistolae Henrici Cornelii Agrippae ad familiares et eorum ad ipsum: pp. 681–1061 in Agrippae . . . Operum pars posterior. Lugduni per Beringos fratres, s. a. ⟨c. 1601⟩.

Al. E. = i. Lettres familières de Jérôme Aléandre, 1510–40; par J. Paquier. Paris, 1909.
ii. Jérôme Aléandre et la principauté de Liège; par J. Paquier. Paris, 1896.

Am. E. = Bonifacius Amerbach und die Reformation; von Th. Burckhardt-Biedermann. Basel, 1894.

BE.[1] = Epistolae Gulielmi Budaei. Paris, J. Badius, 20 Aug. 1520.

BE.[2] = Epistolae Gullielmi Budaei posteriores. Paris, J. Badius, March 1522.

BE.[3] = G. Budaei Epistolarum Latinarum lib. v, Graecarum item lib. i. Paris, J. Badius, Feb. 1531.

BE.[4] = Répertoire de la correspondance de Guillaume Budé; par L. Delaruelle. Toulouse—Paris, 1907.

Bemb. E. = Petri Bembi Card. Epistolarum familiarium libri VI. Eiusdem Leonis X Pont. Max. nomine scriptarum lib. XVI. Venetiis apud Gualterum Scottum, 1552.

Bl. E. = Briefwechsel der Brüder Ambrosius und Thomas Blaurer, 1509–1567; bearbeitet von T. Schiess (Badische historische Kommission). t. 3. Freiburg i. Br., 1908–12.

Boh. E. = i. Listář Bohuslava Hasišteinského z Lobkovic: ed. J. Truhlář. Praze, 1893.
ii. Dva Listáře Humanistické: (a) Dra. Racka Doubravského, (b) M. Václava Píseckého s Doplňkem Listáře Jana Šlechty ze Všehrd: ed. J. Truhlář. Praze, 1897.
(Sbírka Pramenův ku Poznání Literárního Života v Čechách, na Moravě a v Slezsku. Skupina Druhá: Korrespondence a Cizojazyčné Prameny, čislo 1, 3.)

BRE. = Briefwechsel des Beatus Rhenanus; herausg. von A. Horawitz und K. Hartfelder. Leipzig, 1886.

Bugen. E. = Dr. Johannes Bugenhagens Briefwechsel, 1512–58, herausg. durch O. Vogt. Stettin, 1888.

Bun. E. = Petri Bunelli Galli praeceptoris et Pauli Manutii Itali discipuli Epistolae Ciceroniano stylo scriptae, ⟨Parisiis⟩, H. Stephanus, 1581.

Calc. E. = Epistolicarum quaestionum et Epistolarum familiarium libri XVI. pp. 1–217 in Caelii Calcagnini Ferrariensis . . . Opera aliquot. Basileae, H. Froben & Nie. Episcopius, March 1544.

Calv. E. = Thesaurus epistolicus Caluinianus (1528-64), ed. G. Baum, E. Cunitz, E. Reuss (CR. XXXVIII-XLVIII). t. 11. Brunsuigae, 1872-79.

Cam. E. = i. Ioachimi Camerarii Bapenbergensis Epistolarum familiarium, libri VI, . . . a filiis editi. Francofurti, haer. A. Wecheli, 1583.
ii. Ioachimi Camerarii Pabepergensis Epistolarum libri quinque posteriores. A filiis . . . editae. Francofurti, Palthen, 1595.

Cat. E. = Epistole Cataldi Siculi. Pt. 1, Vlyxbone, ⟨Val. Fernandez⟩, 21 Feb. 1500; Pt. 2, s. l. et a.

CE. = i. Claude Chansonnette, jurisconsulte Messin, et ses lettres inédites, par A. Rivier (Mémoires couronnés par l'Académie royale de Belgique, t. XXIX). Bruxelles, 1878.
ii. Briefe des Claudius Cantiuncula und Ulrich Zasius von 1521-1533; von A. Horawitz (Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe der kaiserlichen Akademie der Wissenschaften, xciii, 1879). Wien, 1879.

Clen. E. = Nic. Clenardi Epistolarum libri duo. Antverpiae, Chr. Plantinus, 1566.

Cog. E. = Epistolae aliquot G. Cognati et amicorum: t. i, pp. 295-322, t. iii, p. 207 in Gilberti Cognati Nozereni Opera. t. 3. Basileae, H. Petri, 1562.

Corv. E. = Briefwechsel des Antonius Corvinus; herausg. von P. Tschackert (Quellen und Darstellungen zur Geschichte Niedersachsens IV). Hannover, 1900.

Cran. E. = Literae virorum eruditorum ad Franciscum Craneueldium, 1522-1528, ed. H. de Vocht. Louvain, 1928.

DGE. = Damiani a Goes, equitis Lusitani, aliquot Opuscula. . . . Item aliquot Epistolae Sadoleti, Bembi, et aliorum clarissimorum virorum . . . ad ipsum Damianum. Louanii, R. Rescius, Dec. 1544.

EE. = Briefe an Desiderius Erasmus von Rotterdam; herausg. von J. Förstemann und O. Günther (XXVII. Beiheft zum Zentralblatt für Bibliothekswesen). Leipzig, 1904.

EE.[2] = Briefe an Desiderius Erasmus von Rotterdam; herausg. von L. K. Enthoven. Strassburg, 1906.

EHE. = Helii Eobani Hessi . . . et amicorum ipsius Epistolarum familiarium libri XII. Marpurgi Hessorum, C. Egenolphus, March 1543.

FE. = Caroli Fernandi Brugensis, musici regii, . . . Epistole familiares. s. l. et a.

GE. = Roberti Gaguini epistole et orationes; ed. L. Thuasne. t. 2. Paris, 1904.

GHE. = Georg Helts Briefwechsel: herausg. von O. Clemen (Archiv für Reformations-Geschichte. Ergänzungsband II). Leipzig, 1907.

Gryn. E. = In librum octauum Topicorum Aristotelis Simonis Grynaei commentaria doctissima. Adiectae sunt ad libri calcem selectiores aliquot eiusdem S. Grynaei Epistolae. Basileae, Jo. Oporinus, Oct. 1556.

HE. = Epistolae Vlrichi Hutteni; ed. E. Böcking. t. 2. Lipsiae, 1859.

Hor. E. = N. Horii Remensis praefecti auxiliaris Epistolarum liber: ff. lz (= k) v^o – p^6. Bk. 14 in Nic. Horii Opus, Lugduni, J. Sacon, 27 Sept. 1507.

Hos. E. = Acta historica res gestas Poloniae illustrantia, IV, IX. Card. Hosii Epistolae, 1525-58, t. 3, edd. F. Hipler & V. Zakrzewski, Cracouiae, 1879-88.

JE. = Der Briefwechsel des Justus Jonas; herausg. von G. Kawerau (Geschichtsquellen der Provinz Sachsen, XVII). t. 2. Halle, 1884, 5.

La. E. = Lasciana; herausg. von H. Dalton. Berlin, 1898.

LE. = Dr. Martin Luthers Briefe, Sendschreiben und Bedenken; herausg. von W. M. L. de Wette. t. 5. Berlin, 1825–8.

LE.[2] = Dr. Martin Luther's Briefwechsel; bearbeitet von E. L. Enders, fortgesetzt von G. Kawerau. t. 16. Frankfurt am Main, 1884–1915.

Lo. E. = Epistolarum libri quatuor: ff. 65–163 in Christophori Longolii Orationes duae. Florentiae, haer. Ph. Iuntae, Dec. 1524.

Ma. E. = Briefe des Dr. Daniel Mauch; von A. Naegele. Römische Quartalschrift XXV, 139*–161*, 203*–225*. Rom, 1911.

Man. E. = Ioannis Manardi Ferrariensis Epistolae medicinales, Basileae, M. Isingrin, March 1540.

Marin. E. = Lucii Marinei Siculi Epistolarum familiarium libri decem et septem. Vallissoleti, A. G. Brocarius, 28 Feb. 1514.

Mart. E. = Opus Epistolarum Petri Martyris Anglerii Mediolanensis. Amstelodami, Elzevir, 1670. (The first edition, Alcala de Henares, 1530, is not readily accessible to me.)

Mas. E. = Briefe von Andreas Masius und seinen Freunden, 1538–1573, herausg. von M. Lossen. Leipzig, 1886.

ME. = Philippi Melanthonis epistolae, praefationes, consilia, iudicia, schedae academicae; ed. C. G. Bretschneider (CR. I–X). t. 10. Halis, 1834–42.

MHE. = i. Michael Hummelberger; von A. Horawitz. Berlin, 1875.
ii. Analecten zur Geschichte des Humanismus in Schwaben; von A. Horawitz. Wien, 1877.
iii. Analecten zur Geschichte der Reformation und des Humanismus in Schwaben; von A. Horawitz. Wien, 1878.
iv. Zur Biographie und Correspondenz Johannes Reuchlin's; von A. Horawitz. Wien, 1877.
(ii, iii, iv in Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe der kaiserlichen Akademie der Wissenschaften, 85, 86, 89.)

MRE. = Der Briefwechsel des Mutianus Rufus; bearbeitet von C. Krause (Zeitschrift des Vereins für hessische Geschichte, N. F., IX. Supplement). Kassel, 1885.

MRE.[2] = Der Briefwechsel des Conradus Mutianus; bearbeitet von K. Gillert (Geschichtsquellen der Provinz Sachsen, XVIII). t. 2. Halle, 1890.

NE. = Epistolarum miscellanearum ad Fridericum Nauseam Blancicampianum . . . libri X. Basileae, J. Oporinus, March 1550.

OE. = Oláh Miklós Levelezése; közli Ipolyi Arnold (Monumenta Hungariae historica: diplomataria, XXV). Budapest, 1875.

Oec. E. = DD. Ioannis Oecolampadii et Huldrichi Zuinglii Epistolarum libri quatuor, Basileae, T. Platter & B. Lazius, March 1536.

Oec. E. ii. = Das Leben Johannes Oekolampads; beschrieben von J. J. Herzog, Basel, 1843, ii. 263–304.

Peut. E. = Konrad Peutingers Briefwechsel; herausg. von E. König. München, 1923.

Pl. E. = Correspondance de Christophe Plantin, 1558–1586; publiée par M. Rooses & J. Denucé. t. 7. Antwerpen, 1883–1918.

RE. = Johann Reuchlins Briefwechsel: herausg. von L. Geiger (Bibliothek des litterarischen Vereins in Stuttgart. CXXVI). Tübingen, 1875.

Ra. E. = Religiosissimi viri fratris Ioannis Raulin, artium et theologiae pro-

fessoris scientissimi, Epistolarum . . . opus eximium. Lutetiae Parisiorum, A. Ausurdus expensis I. Petit, 1 Jan. 1521.

Sad. E. = i. Iacobi Sadoleti Epistolae ⟨pontificiae⟩. Romae, 1759.
ii. Iacobi Sadoleti Epistolae ⟨familiares⟩. t. 3 & app. Romae, 1760–7.

Sch. E. = Korrespondenzen und Akten zur Geschichte des Kardinals Matth. Schiner; herausg. von A. Büchi. t. 1 (1489–1515), Basel, 1920.

Schw. E. = Dn. Iohannis Schwebelii . . . scripta theologica. . . Addita est Epistolarum . . . centuria ⟨1519–40⟩. Biponti, C. Wittel, 1605.

SE. = Christoph Scheurls Briefbuch; herausg. von F. von Soden und J. K. F. Knaake. t. 2. Potsdam, 1867–72.

Sep. E. = Epistolarum libri VII: t. iii, pp. 71–389 in Ioannis Genesii Sepuluedae Cordubensis Opera. t. 4. Matriti, 1780.

Sich. E. = Johannes Sichardus; von P. Lehmann, pp. 23–42. München, 1912.

TE. = Ioannis Tritemii, abbatis Spanhemensis, Epistolarum familiarium libri duo. Haganoae, P. Brubachius, 1536.

VE. = Vadianische Briefsammlung; herausg. von E. Arbenz und H. Wartmann (Mitteilungen zur vaterländischen Geschichte, 24, 25, 27–30: 6 parts and 5 supplements, s[1]–s[5]). St. Gallen, 1890–1908.

Vi. E. = Ioannis Lodouici Viuis Valentini Epistolarum . . . Farrago. Antuerpiae, G. Simon, 1556.

Vulc. E. = Correspondance de Bonaventura Vulcanius, 1573–1577; publiée par H. de Vries de Heekelingen. La Haye, 1923.

VZE. = Viglii ab Aytta Zuichemi Epistolae selectae: t. ii, pt. 1 in C. P. Hoynck van Papendrecht's Analecta Belgica, Hagae Comitum, 1743.

WE. = Epistolae . . . Georgii Wicelii, Lipsiae, Nic. Vuolrab, 1537.

ZE. = Vdalrici Zasii epistolae; ed. J. A. Riegger. t. 2. Vlmae, 1774.

Zeb. E. = Epistolarum libri Andreae Zebrzydowski, 1546–1553 (Acta hist. res gestas Poloniae illustrantia 1); ed. Wlad. Wislocki. Cracow, 1878.

Zw. E. = Huldrici Zuinglii Opera, voll. VII, VIII, Epistolae; ed. M. Schuler & J. Schulthess. t. 2. Turici, 1830–42.

Zw. E.[2] = Zwinglis Briefwechsel; bearb. von E. Egli, herausg. von G. Finsler und W. Köhler (CR. XCIV, XCV). t. 2 (1510–26). Leipzig, 1911–14.

Other Sources

ADB. = Allgemeine deutsche Biographie. t. 56. Leipzig, 1875–1912.

Agric.[1] = Rodolphi Agricolae opuscula; ed. Petro Aegidio. Anuerpiae, T. Martinus, 31 Jan. 1511.

Agric.[2] = Rodolphi Agricolae lucubrationes, tomus posterior; ed. Alardo Aemstelredamo. Coloniae, J. Gymnicus, ⟨1539⟩.

Agric.[3] = Unedierte Briefe von Rudolf Agricola; von K. Hartfelder (Festschrift der badischen Gymnasien). Karlsruhe, 1886.

AHVN. = Annalen des hist. Vereins für den Niederrhein. Köln, 1855–

Val. Andreas = Fasti Academici studii generalis Louaniensis, edente Valerio Andrea Desselio. Louanii, H. Nempaeus, 1650.

ANGB. = Acta nationis Germanicae vniuersitatis Bononiensis; ed. E. Friedländer et C. Malagola. Berolini, 1887.

Antonio = Bibliotheca Hispana noua, siue Hispanorum scriptorum qui ab anno MD. ad MDCLXXXIV. floruere, Notitia: auctore D. Nicolao Antonio Hispalensi. t. 2. Madriti, 1783–8.

AT. = Acta Tomiciana; Epistole, legationes, responsa, actiones, res geste ... Sigismundi ... per Stanislaum Gorski ... collecte, 1507– . t. 13. Posnaniae, 1852– .

Athenae Cantab. = Athenae Cantabrigienses, 1500–1609; by C. H. Cooper and T. Cooper, and by G. J. Gray. t. 3. Cambridge, 1858–61, 1913.

Balan = Monumenta Reformationis Lutheranae, 1521–5, collegit P. Balan. Ratisbonae, 1884.

Balan ii = Monumenta saeculi XVI historiam illustrantia, edidit P. Balan. Oeniponte, 1885.

BEr.[1] = Bibliotheca Erasmiana, listes sommaires. Gand, 1893.

BEr.[2] = Bibliotheca Erasmiana; extrait de la Bibliotheca Belgica, publiée par F. Vander Haeghen, R. Vanden Berghe, T. J. I. Arnold, et A. Roersch.
Adagia. Gand, 1897.
Admonitio etc. 1900.
Apophthegmata. 1901.
Colloquia. t. 3. 1903–7.
Enchiridion militis Christiani. 1911.
Moriae Encomium. 1908.
Ratio verae theologiae. 1914.

Bergenroth = Calendar of letters, despatches, and state papers, relating to the negotiations between England and Spain, preserved in the archives at Simancas and elsewhere, 1485–1603; edited by G. A. Bergenroth, and continued by P. de Gayangos and M. A. S. Hume. t. 21. London, 1862–99.

BN. = Biographie nationale (A–S). t. 21. Bruxelles, 1866–1913.

Böcking = Index biographicus et onomasticus; cur. E. Böcking (Vlrichi Hutteni Operum supplementum: tomi posterioris pars altera). Lipsiae, 1870.

Bourgeois de Paris = Le Journal d'un Bourgeois de Paris, 1515–1536; par V. L. Bourrilly, Paris, 1910.

Brewer = Letters and papers, foreign and domestic, of the reign of Henry VIII, 1509–46; arranged by J. S. Brewer, and continued by J. Gairdner and R. H. Brodie. t. 33. London, 1862–1910.

Brodie = Brewer i; 2nd edit., by R. H. Brodie. t. 3. London, 1920.

Brown = Calendar of State Papers and MSS. relating to English affairs, existing in the archives and collections of Venice and in other libraries of Northern Italy, 1202–1629; edited by Rawdon Brown and continued by G. C. Bentinck, H. F. Brown, and A. B. Hinds. t. 23. London, 1864–1916.

Bulaeus = Historia vniuersitatis Parisiensis; authore C. E. Bulaeo. t. 6. Parisiis, 1665–73.

Burchard = Iohannis Burchardi Argentinensis, capelle pontificie sacrorum rituum magistri, Diarium (1483–1506); ed. L. Thuasne. t. 3. Paris, 1883–5.

Butzbach = Beiträge zur Geschichte des Humanismus am Niederrhein und in Westfalen; von C. Krafft und W. Crecelius (Zeitschrift des Bergischen Geschichtsvereins, VII, pp. 213–88, XI, pp. 1–68). Heft 1, 2. Elberfeld, 1870, 1875.

Butzbach[2] = Zur Kritik des Johannes Butzbach; von G. Knod (AHVN, lii, pp. 175–234). Köln, 1891.

Butzbach[3] = Beiträge zur Geschichte des Humanismus in Schwaben und Elsass; von W. Crecelius (Alemannia, VII, pp. 184–9). Bonn, 1879.

BWN. = Biographisch woordenboek der Nederlanden. t. 21. Haarlem, 1852–78.

Caballero = Alonso y Juan de Valdés, por Don Fermin Caballero. Madrid, 1875.

Chevalier = Répertoire des sources historiques du moyen âge: Bio-bibliographie; par U. Chevalier. 2e édition. t. 2. Paris, 1905–7.

Ciaconius = Vitae et res gestae Pontificum Romanorum et S. R. E. Cardinalium, opera A. Ciaconii; ab A. Oldoino recognitae. t. 4. Romae, 1677.

Clerval = Registre des procès-verbaux de la Faculté de Théologie de Paris; publié par A. Clerval. t. I (1505–23), Paris, 1917.

Copinger = Supplement to Hain's Repertorium bibliographicum; by W. A. Copinger. 2 parts. London, 1895–1902.

CPR. = Das Chronikon des Konrad Pellikan; herausg. durch Bernhard Riggenbach. Basel, 1877.

CR. = Corpus Reformatorum. Voll. 1–28. Melanthonis Opera; ed. C. G. Bretschneider et H. E. Bindseil. Halis et Brunsuigae, 1834–60.
Voll. 29–87. Caluini Opera; ed. G. Baum, E. Cunitz, E. Reuss. Brunsuigae et Berolini, 1861–1900.
Voll. 88– . Zwingli's Werke; herausg. von E. Egli und G. Finsler. Berlin, 1904– .

Creighton = A history of the Papacy during the period of the Reformation; by M. Creighton. t. 5. London, 1887–94.
(Vols. I and 2; new edition. London, 1892.)

de Jongh = L'ancienne Faculté de Théologie de Louvain au premier siècle de son existence (1432–1540); par H. de Jongh. Louvain, 1911.

Delisle = Un Registre des procès-verbaux de la Faculté de Théologie de Paris, 1505–33; par L. Delisle. Notices et Extraits XXXVI: Paris, 1899.

de Nolhac = Érasme en Italie; par P. de Nolhac. 2e édition. Paris, 1898.

de Reiffenberg = Histoire de l'ordre de la Toison d'Or; par le Baron de Reiffenberg. Bruxelles, 1830.

DNB. = Dictionary of national biography. t. 69. London, 1885–1912.

DRA. = Deutsche Reichstagsakten, jüngere Reihe, bearbeitet von A. Kluckhohn und A. Wrede. t. 4. Gotha, 1893–1905.

Ducange = Glossarium mediae et infimae Latinitatis, conditum a Carolo du Fresne, domino Du Cange; ed. L. Favre. t. 10. Niort, 1883–7.

EAE. = Epistolae aliquot eruditorum, nunquam antehac excusae, multis nominibus dignae quae legantur a bonis omnibus, quo magis liqueat quanta sit insignis cuiusdam sycophantae virulentia, *s. a.* (See vol. IV, p. 210.)

EEV. = Epistolae aliquot eruditorum virorum, ex quibus perspicuum quanta sit Eduardi Lei virulentia. Basle, J. Froben, Aug. 1520.

EHR. = The English Historical Review. London, 1886– .

EOV. = Epistolae obscurorum virorum, ed. E. Böcking. t. 2. Lipsiae, 1864–70.

Fredericq = Corpus documentorum inquisitionis haereticae prauitatis Neerlandicae, 1025–1528, ed. P. Fredericq. t. 5. Gent, 1889–1906.

Gabbema = Epistolarum ab illustribus et claris viris scriptarum centuriae tres, ed. S. A. Gabbema. Harlingae Frisiorum, 1663.

Gachard = Collection des voyages des souverains des Pays-Bas; publiée par L. P. Gachard et C. Piot (Collection de Chroniques Belges inédites). t. 4. Bruxelles, 1874–82.

Gams = Series episcoporum Ecclesiae Catholicae; ed. P. B. Gams. Ratisbonae, 1873.

GC. = Gallia Christiana; opera D. Sammarthani, monachorum congregationis S. Mauri, et B. Hauréau. t. 16. Parisiis, 1715–1865.

Goethals = Dictionnaire généalogique et héraldique des familles nobles du royaume de Belgique; par F. V. Goethals. t. 4. Bruxelles, 1849–52.

Hain = Repertorium bibliographicum; opera L. Hain. t. 2. Stuttgartiae et Lutetiae Parisiorum, 1826–38.

Henne = Histoire du règne de Charles-Quint en Belgique; par A. Henne. t. 10. Bruxelles—Leipzig, 1858-60.

Herminjard = Correspondance des Réformateurs dans les pays de langue française (1512–44), recueillie ... par A. L. Herminjard. t. 9. Genève, 1866–97.

Herzog = Realencyklopädie für protestantische Theologie und Kirche; begründet von J. J. Herzog. 3[e] Auflage; herausg. von A. Hauck. t. 21. Leipzig, 1896–1908.

Heumann = Documenta literaria varii argumenti in lucem prolata cura Iohannis Heumanni. Altorfii, 1758.

Hinds = Calendar of State Papers and MSS. existing in the archives and collections of Milan, 1385–1618; edited by A. B. Hinds. t. 1. London, 1912.

Horawitz = i–iv. Erasmiana; von A. Horawitz. Wien, 1878, 80, 83, 85.
v. Erasmus von Rotterdam und Martinus Lipsius; von A. Horawitz. Wien, 1882.
(in Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe der kaiserlichen Akademie der Wissenschaften, 1878, 79, 82, 84, 82.)

Jänig = Liber confraternitatis B. Marie de Anima Teutonicorum de Vrbe; ed. C. Jänig. Romae—Vindobonae, 1875.

Jöcher = Allgemeines Gelehrten-Lexicon, herausgegeben von C. G. Jöcher. t. 4. Leipzig, 1750-1.

Jortin = The life of Erasmus; by J. Jortin. t. 2. London, 1758-60.

Knight = The life of Erasmus; by S. Knight. Cambridge, 1726.

Knod = Deutsche Studenten in Bologna (1289-1562)—biographischer Index zu den ANGB: bearbeitet von G. C. Knod. Berlin, 1899.

Krafft = Briefe und Documente aus der Zeit der Reformation im 16. Jahrhundert; herausg. von K. und W. Krafft. Elberfeld, 1876.

LB. i–x = Desiderii Erasmi Roterodami opera omnia; ed. J. Clericus. t. 10. Lugduni Batavorum, 1703–6.

Lefranc = Histoire du Collège de France depuis ses origines jusqu'à la fin du premier Empire; par A. Lefranc. Paris, 1893.

Le Glay = Négociations diplomatiques entre la France et l'Autriche durant les trente premières années du XVI[e] siècle, publiées par E. Le Glay (Documents inédits sur l'histoire de France: première série). t. 2. Paris, 1845.

Legrand = Bibliographie hellénique ou description raisonnée des ouvrages publiés en grec par des Grecs aux xv[e] et xvi[e] siècles; par Émile Legrand. t. 4. Paris, 1885–1906.

Le Neve = Fasti Ecclesiae Anglicanae, by J. Le Neve; continued by T. D. Hardy. t. 3. Oxford, 1854.

Luc. Ind. = Lucubrationum Erasmi Roterodami index. Louanii, T. Martinus, 1 Jan. 1519.

Mazzuchelli = Gli scrittori d'Italia ⟨A–B⟩, del Conte G. Mazzuchelli. t. 2. Brescia, 1753–62.

Molanus = Ioannis Molani ⟨1533–85⟩ Historia Louaniensium, ed. P. F. X. de Ram (Collection de Chroniques belges inédites). t. 2. Bruxelles, 1861.

MSH. = Messager des sciences historiques. Gand, 1823– .

NAKG. = Nederlandsch Archief voor kerkelijke Geschiedenis. Leiden, 1829– .

NBG. = Nouvelle biographie générale. t. 46. Paris, 1855–66.

Nève = Mémoire sur le Collège des trois-langues à l'Université de Louvain; par F. Nève (Mémoires couronnés par l'Académie Royale de Belgique, XXVIII). Bruxelles, 1856.

Nichols = The Epistles of Erasmus, from his earliest letters to his fifty-first year, arranged in order of time. English translations . . . with a commentary . . .; by F. M. Nichols. t. 3. London, 1901–17.

NNBW. = Nieuw Nederlandsch biografisch woordenboek; ed. P. C. Molhuysen, P. J. Blok, and L. Knappert. t. 6. Leiden, 1911– .

OED. = A new English Dictionary on historical principles. t. 10. Oxford, 1888–1928.

OHS. = Publications of the Oxford Historical Society. Oxford, 1885– .

Omont = Journal autobiographique du Cardinal Jérôme Aléandre, publié par H. Omont. Notices et Extraits XXXV: Paris, 1895.

Panzer = Annales typographici, opera G. W. Panzer. t. 11. Norimbergae, 1793–1803.

Pastor = The History of the Popes from the close of the Middle Ages; from the German of Dr. Ludwig Pastor. t. 14. (1–6 ed. F. I. Antrobus; 7–14 ed. R. Kerr.) London, 1906–24.

Pellechet = Catalogue général des Incunables des bibliothèques publiques de France; par M. Pellechet: t. 3 ⟨A–Greg.⟩. Paris, 1897–1909.

Proctor = Index to the early printed books in the British Museum; by R. Proctor.
Part I, to MD: 4 sections, London, 1898, 9; and 4 supplements, 1899–1902.
Part II, MDI–MDXX: London, 1903– .

Renaudet = Préréforme et Humanisme à Paris, 1494–1517, par A. Renaudet. Paris, 1916.

Renouard = Annales de l'imprimerie des Alde; par A. A. Renouard. 3e édition. Paris, 1834.

Renouard, Badius = Bibliographie des impressions et des œuvres de Josse Badius Ascensius; par Ph. Renouard. t. 3. Paris, 1908.

Sanuto = I diarii di Marino Sanuto (1496–1533); pubblicati per cura de N. Barozzi, G. Berchet, R. Fulin, F. Stefani, M. Allegri. t. 58. Venezia. 1879–1903.

Schmidt = Histoire littéraire de l'Alsace (xvc–xvic); par C. Schmidt. t. 2. Paris, 1879.

Seebohm = The Oxford Reformers, John Colet, Erasmus, and Thomas More; by F. Seebohm. 3rd edition. London, 1887.

Stokvis = Manuel d'histoire, de généalogie et de chronologie de tous les états du globe; par A. M. H. J. Stokvis. t. 3. Leide, 1888–93.

Sweert = Athenae Belgicae, ed. F. Sweert. Antuerpiae, 1628.

Tiraboschi = Storia della letteratura italiana; del Cavaliere Abate G. Tiraboschi. 2a edizione. t. 9. Modena, 1787–94.

Trith.[1] = Liber de scriptoribus ecclesiasticis disertissimi patris domini Iohannis de Trittenhem. Basileae, Jo. de Amerbach, 1494.

Trith.[2] = Cathalogus illustrium virorum Germaniam suis ingeniis . . . exornantium domini Iohannis Tritemii. ⟨Moguntiae, P. Friedberger, c. 1495.⟩

Trith.[3] = Disertissimi viri Iohannis de Trittenhem . . . de scriptoribus ecclesiasticis collectanea, additis nonnullorum ex recentioribus vitis et nominibus. Parrhisius, B. Rembolt et Jo. Paruus, 16 Oct. 1512.

Trith.[4] = Dn. Iohannis Tritthemii . . . de scriptoribus ecclesiasticis . . . liber. . . . Appendicum istarum prior ⟨Trith.[3]⟩ nata est nuper in Galliis: posterior nunc recens additur, authore Balthazaro Werlino Colmariensi. Coloniae, P. Quentel, March 1546.

Trith.[5] = Zusätze des Trithemius zu seinem Catalogus illustrium virorum Germaniae aus der in der Würzburger Universitätsbibliothek befindlichen Handschrift: in Johannes Trithemius, von I. Silbernagl, pp. 253–63. Regensburg, 1885.

van Heussen = Historia episcopatuum foederati Belgii; ed. H. F. van Heussen. t. 2. Lugduni Batavorum, 1719.

van Iseghem = Biographie de Thierry Martens d'Alost; par A. F. van Iseghem. Malines-Alost, 1852.

Vischer = Erasmiana; von W. Vischer. Basel, 1876.

Zedler = Universal-Lexikon aller Wissenschafften und Künste. t. 64. Halle & Leipzig, J. H. Zedler, 1732–50.

ZKG. = Zeitschrift für Kirchen-Geschichte. Gotha, 1876–

ADDENDA

Vol. VII

P. 2, Ep. 1803 introd. Cox's translation of the Paraphrase of Titus is included in the edition of Erasmus' Paraphrases, London, Edw. Whitchurch, 1548–52, vol. ii. Cox writes a preface for Titus and says that when at work on Marcus Eremita he was asked by John Old to revise his translation of Titus.

P. 25, Ep. 1807. Professor M. Bataillon points out that there is a medal with a portrait of Alfonso Valdes engraved in 1531 by Christopher Weiditz and reproduced by Georg Habich, *Studien zur deutschen Renaissancemedaille iv* (Jahrbuch der königlich preuszischen Kunstsammlungen xxxiv, 1913, p. 17).

P. 59, Ep. 1818. The letter to Lazarus a Parentibus is now in the possession of Herr Carl Geigy-Hagenbach at Basle.

P. 69, Ep. 1823 introd. In the library of Saint John's College, Cambridge, MS. 389 (M. 6) is 'Fran. Titlemanns : Expositio in Job. Explicit expositio f. Francisci Titelmanni Hassellen(sis) in librum Job compilata et conscripta per me f. Jodocum Anthonium Sol, a Traiecto veteri van Oltricht, in conventu Minorum Louanii a°. domini 1534; finis in die Sancte Clare'.

P. 119, Ep. 1855 introd. For the interest of English scholars in Ambrose see J. Costerius' preface to his edition of *Ambrosii Opera*, Basle, 1555, vol. i, f°. A³ v°. 'Interim tamen vnicum exemplar in Anglia olim conscriptum mihi attulit Ricardus Brandisbaeus vir quo nihil est humanius: cuius subsidio plurima a nobis restituta sunt, in quibus priora exemplaria aut nihil aut certe parum contulerant, praesertim in iis libris quos Ambrosius de fide et spiritu sancto ad Gratianum Augustum conscripsit: vt ex hoc facile diuinare liceat quam olim fuerit Anglia literis exculta et eruditorum ac insignium virorum ferax.'

P. 230, Ep. 1901 introd. In the Bodleian Library (4° B. 39 Th. Seld.) there is a Hebrew Bible given to Bucer by Simon Grynaeus, with the inscription: 'Martino Bucero suo D. D. Simon Grynaeus.'

P. 408, Ep. 2003. Caballero p. 356 prints a letter from Fonseca to Alfonso Valdes, 18 May (1528), Madrid, in which the Archbishop writes: 'con el primero correo escriuire a Erasmo pidos S^or^. que guieis bien mi carta.'

P. 429, Ep. 2017 introd. Ep. 2315. 119. states that the Paraphrase on Psalm lxxxv was written in seven days.
1 n. See Ep. 1393. 1 n.

P. 433, Ep. 2020. Viglius Zuichem writes to Jo. Tartesius, Bourges, 5 March 1530 (Bibl. Royale, Brussels, MS. II. 1040¹, f. 17) 'Alciatus te ex Agathii litteris iampridem nouit et amat'.

P. 508, Ep. 2058. 4n. Ringelbergius matriculated at Louvain 5 Jan. 1519. See EHR. xxxvii, 100.

P. 516, Ep. 2062. 20n. For Froben's new Greek type see BRE. 261, 29 Nov. 1526.

P. 521, Ep. 2065. 10n. A letter to Tartesius from V. Zuichem of 5 March 1530 is in the Bibl. Royale at Brussels, MS. II. 1040¹, f. 17.

CORRIGENDA

Vol. V

P. 141, Ep. 1321. 27n. *For* Maximilian *read* Philip.

Vol. VII

P. viii, Ep. 1981. *For* Melanchthon *read* Melanchthon.
P. 6, Ep. 1804. 2n. *For* Luthers' *read* Luther's.
P. 14, Ep. 1805. introd. *For* 1531 *read* 1530.
P. 69, Ep. 1823. introd. *For* 1497–8 *read* Dec. fin. 1502.
P. 227, Ep. 1900. 84n. *For* Ep. 2196 *read* 2157.
P. 312, Ep. 1935. 73n. *Read* Charles v, 1902, i. ch. 8.
P. 329, Ep. 1950. 18n. *For* Ep. 2188 *read* Ep. 2093.
P. 364, Ep. 1976. 85. *For* Quamqum *read* Quamquam.
P. 401, Ep. 1997. 12n. *For* As . . . reach him. *read* See Ep. 2214. 7n.
P. 440, Ep. 2023. introd. *For* 18 Aug. *read* 25 Aug.
P. 455, Ep. 2033. 55–6n. *For* 1529 *read* 1531.
P. 494, Ep. 2047. 17. *For* Ακαιρος *read* Ἄκαιρος.
P. 532, Ep. 2073. introd. *Delete* Lond. xxiv. 26; LB. 1204.
P. 546, Ep. 2081. 29n. *For* Ep. 2087 *read* Ep. 2099.

LIST OF MANUSCRIPTS ABOUT WHICH INFORMATION IS DESIRED

A letter of Erasmus to a friend, 1533: sold by List and Franke to W. Künzel, 21 May 1883.

The originals of Epp. 210, 217, 223, 251, 257, 681, 705, 1166, 1208, 1361, 1467, 1480, 1549.

1127a. To Martin Luther.

Königsberg MS. T. 73[1]. 4°, p. 115. Louvain.
1 August ⟨1520⟩.

[This letter was discovered by Dr. O. Clemen of Zwickau, and printed by him in ZKG. xlix, 1930, p. 171. The MS. is a copy by John Poliander († c. 1541), pfarrer of the Old Town at Königsberg, in a volume now in the Town Library there. Into it he wrote many things that interested him, especially about Luther and his circle: and these include copies of Epp. 1228, 1203, 872, and, in another volume, Ep. 1033.

The year-date can be supplied with certainty from the contents. The letter was thus one of the packet (Epp. 1122–5, 1127–8) carried back by Draco to Saxony. For allusions to it see Epp. 1141. 15n, 1186. 6–7.]

S. P. Egranum mihi iampridem e libris cognitum volupe fuit etiam intueri coram. Eduardus Laeus nihil non et molitus est et molitur in meam perniciem, sed adhuc nihil illi successit. Dum studet meos amicos alienare a me, suos ipse perdidit. Docti omnes a me stant, ab illo tantum indocti quidam, et hi mali. Regis ac Regine animum nonnihil labefactarant, sed aduentus meus discussit omnes nebulas. Plane video, qui sic tumultuantur aduersus optima studia, non solum indocta promere, verumetiam insana, si cominus excutiantur.

Huius rei gustum accipe. Apud Regem ac Reginam Anglie Minorita quidam Hispanus, qui illuc accitus est vt Scotum doceat (iam enim ex communi consilio agunt illi vt Scotus vbique doceatur: alioqui perituram Christianam religionem), prouocauit theologum quendam, qui Regi est a sacris, vt defenderet Erasmum. Ille negans mihi opus esse defensione, iussit proponere quae vellet. Proposuit locum plusquam haereticum, 'In principio erat sermo'. Eum sic impugnauit: 'Sermo non significat tacitum mentis conceptum, igitur haec propositio est falsa, "In principio erat sermo'"; videlicet imaginans 'verbum' non dici nisi tacitum mentis conceptum, nec alia ratione Christum dici verbum. Et in hanc sententiam multa stultissime deblaterauit apud tantos principes et in frequenti doctorum ac torquatorum corona.

Hoc dimisso per Reginam, quae miserta est hominis haerentis in aqua, successit Standicius ille furiosus, iam episcopus. Is prouolutus in genua et sublatis in coelum manibus, coepit obtestari Regem ac Reginam vt exemplo maiorum suorum profligarent haereses ac schismata, quae plurima proderentur e libris Erasmi. Aderat Thomas Morus, qui iussit vt proferret ea quae diceret

1. 9gnitum *MS.*

---

1. Egranum] See Epp. 872. 12n, 1377.

2. Laeus] Cf. Ep. 1118. 6n.

6. aduentus meus] to Calais: see Ep. 1118 introd.

11. Minorita . . . Hispanus] I cannot identify.

Scotum] Here and elsewhere Erasmus shows that he shared Colet's opinion (Ep. 1211. 425–9) of the Scotists; but in Epp. 1002. 8–12, 1334. 915–17 he writes more tolerantly.

14. Regi . . . a sacris] Very likely Stokesley: see Ep. 1126. 44n.

22. torquatorum] Cf. Epp. 926. 3, 2266. 3, 2298. 13.

23–4. haerentis in aqua] See *Adag.* 400: 'quasi fluctuare neque in solido consistere; id quod euenire solet iis qui cum aberrent a vero, verborum fucis rem inuoluunt'.

24. Standicius] See Ep. 608. 14n. This affair is related at greater length in Ep. 1126. 90–202; and cf. the note there.

28. Morus] See Ep. 1126. 47n.

haeretica. Coepit homo vesanus partiri rem in digitos. 'Primum' inquit, 'tollit resurrectionem. Deinde nihili facit sacramentum matrimonii. Postremo male sentit de Eucharistia.' Ad hec sollicitis Rege ac Regina, collaudatus est a Moro quod dilucide proposuisset: nihil restare nisi vt probaret singula. Pollicitus est se facturum. 'Vbi nos' inquit, 'legimus "Omnes resurgemus", Erasmus legit "Non omnes quidem dormiemus". Tollit igitur resurrectionem.' Ad hoc deliramentum cum Morus tam dilucide respondisset vt idiotis etiam esset perspicuum, nec haberet stolidus ille quod hisceret, tandem hanc reperit rimam, vt diceret Hieronymum id quod hodie vulgo legimus restituisse ex Hebraeo, somnians eas epistolas Hebraice scriptas. Hic cum misere vrgeretur a theologo quodam, Rex misertus Episcopi, alio versus diremit disputationem. Si haec dicerentur in conuiuiis, nonne viderentur insana? Porro cum tanto cum supercilio dicunt eadem apud summos principes, apud eruditissimos viros, quis eos credat habere micam sanae mentis?

Huiusmodi fabulas permultas tibi queam narrare. Ioannes Turnhout theologus iam mensibus aliquot refellit tuas propositiones, sed citra nominis iniuriam. Nunc idem agit Latomus, qui non sibi temperat quin aliquando prorumpat in conuicia. Non sum idoneus, mi Luthere, qui tibi consulam; tamen, si prorsus damnes omnem philosophiam, non solum tibi res erit cum omnibus Academiis, verumetiam cum veteribus omnibus, atque etiam cum Augustino tuo, cui libenter adheres. Vt vere sit reiicienda prorsus philosophia, tamen inconsultum fuerit tam multa simul complecti. Pilatim melius reuellitur equina cauda.

Gratulor Achademie vestre tranquillitatem istam; sed hoc agendum, vt ea sit perpetua, deinde cum multis, imo cum omnibus, si fieri possit, communis. Dici non potest quam vbique conspiretur aduersus autores 'nouae doctrinae', sic enim illi vocant. Nulla est aula regum quam non occuparunt. Quid agatur in aula Regis Galliae, facile est diuinare, cum illic regnet Guil. Paruus, ordinis Praedicatorum; in nostra non vnus est Hochstratus. Rex Anglie lenis ac benigni est ingenii, sed tamen audit quottidie tales quales modo descripsi. Me rogauit quid de te sentirem. Respondi te doctiorem esse virum quam vt homo parum eruditus possem de te pronunciare. Optauit vt quaedam prudentius ac moderatius scripsisses. Idem, mi Luthere, optant qui tibi bene volunt. Graue est illos prouocare qui sine magno rerum tumultu non possunt opprimi. Tumultus eiusmodi magis etiam metuo, quod saepe alio prorumpant quam fuerit destinatum. Mare si

58. quam vbique *bis in MS.*

---

47. Turnhout] See Ep. 1163. 10n.

48. Latomus] See Epp. 934. 3n, 1113. 13, 1123. 16–19.

55. equina cauda] See *Adag.* 795.

59. nouae doctrinae] An early example of 'the New Learning' as title for the teaching of the Reformers.

60. occuparunt] *sc.* the conservative theologians.

61. Paruus] See Ep. 522. 17n. He was at one time suspected of Lutheran leanings.

62. Hochstratus] See Epp. 290. 10n, 1030. 16n.

64. Me rogauit] For a hearsay account of this conversation at Calais reported by Myconius on 20 Nov. 1520 see Hess ii. 607–8.

quis admittat, non est illi in manu cursum illius moderari. Si res tumultum poscit, malim alium quam me tumultus autorem esse. Non tamen aduersabor animo tuo, ne si is spiritu Christi agitur, aduerser illi. Hoc tantum abs te petam, ne nomen meum aut amicorum tuis scriptis odiose admisceas, quemadmodum fecisti in Responsione ad condemnationem Louanien⟨sium⟩ et Coloniensium. Nam istoc pacto facultatem adimis illis opitulandi tibi, dum suspectos reddis qui integri plus tibi prodessent. Isti nullam non quaerunt ansam quo nos vocent in odium principum. Apud Anglos detulerunt me tanquam autorem libelli de Iulio Excluso. Episcopo Leodiensi pridem miserant epistolam ad te meam Lipsiae excusam, in qua nomen illius efferebatur. Tum quidem hominem vtcumque placaui. Nuper eadem epistola oblata est Romano Pontifici : qui nonnihil succensuit Leodiensi, qui faueret aduersario Romanae sedis, cum ipse fauorem illius tot modis experiretur. Ambit abbatiam, ambit archiepiscopatum Valentinum et haud scio an etiam galerum Card⟨inalicium⟩. Et tales egent fauente Pontifice. Hac de re scripserat illi odiose atque etiam inimice amicus meus Hieronymus Aleander. Et hic vtcumque placaui hominem. Nunc excuderunt epistolam qua studui Cardinalem Moguntinum, quem audiebam in te vehementer incensum, mitiorem reddere.

Haec quo consilio fiant nescio. Certe me grauant et tuam causam non subleuant. Satis cum Eccio litigatum est, satis cum caeteris. Optarim te tractare partem aliquam diuine Scripturae, nullis admixtis affectibus. Fortasse hae turbae consilescent interim. Commentarii tui in Psalmos mihi redditi sunt, sed post sextum denique mensem. Nondum legi totos : quod legi, perplacet. Saluta meo nomine Melanchthonem, cui nuper scripsi, et Carolstadium comparem tuum. Bene vale, frater in Domino chariss.

Louanii Calen. Augusti.

Reuerendo patri D. Martino Luthero, theologo eximio.

---

76. Responsione] See Epp. 1030. 16n, 1113. 33n.
80. Iulio Excluso] See Ep. 502 introd.
81. Leodiensi] See Epp. 738, 1038.
epistolam] Ep. 980.
84. Pontifici] Erasmus was consequently obliged to write Ep. 1143.
86. abbatiam] at Antwerp : see Ep. 1166. 107n.
87. galerum] See Epp. 916 tit. n, 1166. 55n.
89. Aleander] See Ep. 1482. 6n.
90. epistolam] Ep. 1033.
93. Satis cum Eccio] Since the Leipzig Disputation, 1519, controversies with Eck (Ep. 769) had been almost incessant.
96. Commentarii] *Operationes in Psalmos*, Wittenberg, Jo. Grünenberg, 1519. See LE^2. 166.
98. nuper scripsi] Ep. 1113.
99. comparem] For conjunction of Carlstadt with Luther cf. LE^2. 268.

1192[a]. To George Spalatinus.

Hannover MS. — Louvain. 13 March 1521.

[The MS. is an early copy, in the collection of Reformation letters formed by E. W. Brückner (1809–1868), which is now in the possession of Dr. William Richter of Hannover: printed in *Arch. f. Reformationsgesch.* 1930, xxvii. 260, by Dr. O. Clemen, who kindly communicated it to us in Feb. 1931. The text here follows his.

The year-date is confirmed by the connexion with Epp. 1192, 1195.]

S. Hic metus semper habebat animum meum, cum viderem Lutherum tam multa complecti simul ac rem tam atrociter agere. Praestabat ferre malum quam non dextre tentare remedium. Nunc vereor ne nobis eueniat quod solet iis qui, dum conantur excutere compedes, si non succedat pro votis, onerantur grauius. Credi vix possit quam populus sit affectus Luthero, immo quam doctissimi quique. Iacobite aliquot et Carmelitae sic vociferantur apud populum vt non possint se magis traducere, neque magis nocere causae pontificiae neque magis commendare Lutherum affectibus hominum. Vtinam Leo, vtinam Carolus nosset rem ita vt geritur! In nullos magis fulminarent. Nunc ille nihil nouit nisi quod discit ex literis quorundam qui suum magis quam Pontificis agunt negotium.

Fortassis leuis est vnius hominis iactura. Sed tamen si quid accidat Luthero, video crudelissimos victores, qui nobis imperabunt vt credamus quae nec ipsi credunt. Deum immortalem, quis posterorum crediturus est fuisse tales theologos quales videmus esse quosdam? Orandus est Christus vt ipse tueatur sponsam suam, vt principibus suggerat salutaria consilia.

Decreueram isthic adesse; sed praeter multa dissuasit valetudo imbecillior quam vt et itineri et quadragesime sim ausus committere. Illustriss. Duci me commenda diligenter. Non me fugit quantum illi debeam. Vtinam eodem animo essent principes omnes, et priuatos affectus vtilitati publice posthaberent! Seruet te Christus.

Raptim Louanii III. Id. Martii M.D.XXI.

Erasmus.

Georgio Spalatino.

---

7. Iacobite] The Dominicans; cf. Ep. 1153. 113n.

9. commendare Lutherum] Cf. Ep. 1192. 14–15.


11. nihil nouit] Cf. Ep. 1192. 56–7.

14. iactura] Cf. Ep. 1192. 9.

20. isthic] at Worms; cf. Epp. 1195. 144n, 1342. 45–51.

valetudo] Cf. Epp. 1184. 33–6, 1190. 7–8.

21. quadragesime] This lasted from 13 Feb. to 30 March 1521.



1739a. From Mathias Pistor.

Breslau MS. Rehd. 254. 121. ⟨Spires ?⟩ ⟨1526.⟩

[An original letter, autograph throughout: omitted in EE[2], perhaps because of its singular Latinity, which is difficult to translate satisfactorily. It should have appeared in vol. vi; for, as Schlupp (l. 17n) is still living, the Diet of Spires mentioned must be that of 1526, which sat from 25 June till the recess of 27 August.

Mathias Pistor of Leiningen, 12 ms. sw. of Worms, matriculated at Heidelberg, the University of his patron's (l. 8) family, on 11 Jan. 1501: beyond that we have found nothing of him.]

S. D. Exilii mei adflatu binas, quas et hic ternas temporibus euolutis a me egeno supplicatorias recepisti literas, Erasme doctissime, et licitus ex quo ad quempiam non pateat aditus, fit vt hisce patentibus et sigillatis prestanciam sum agressurus literis, dum (paternis ex oris) testimoniales literas persone mee parentumque circumstancias depromentes alaturas.

Egressus Vuormaciam, deinde Spiram imperiali in conuentu, principis nostri illustrissimi reuerendissimique Heinrici comitis Rheni palantini Bauarieque Ducis etc., Traiectensium episcopi et Vuormaciensium electi, aduentum prestulando (dimissorii ex parte) peruentus, vtrasque illas gratiose tandem adeptus: quas, si lectitando libuerit, demonstrabo.

Spiris interea mensis ferme spacio febribus quottidianis feruentissime quassatus, conualescencie nunc vero pietatis diuine proulteriorisque gratiae profomento, promotorialibus Iohannis doctoris Fabri ad eximium sacre theologie professorem Iohannem Schlupp in Vberlingis parochum hactenus ascensurus, et corporali itinerarioque sustentacioni pro presenti exalabor remedio, ac meae necessitatis candore circumferor periodo, v⟨erum⟩ hesitamento sine vllo. Viros peritos ea quidem diligere sencio ad veram que pertineant honestatem. Confidencia ea animatus et racioni quidem consule, valitudinis dexteritatem supplici precatu rogans, quatenus inaedie vnico saltem Constantiensi ingressu aut alio quouis (vt libet) pietatis subsidio inestimabili charitatis tripudio obuiare dignetur. Non dubito in is, a Deo id optimo maximo

---

8. Heinrici] See Ep. 612. 13n.

15. promotorialibus] *sc.* epistolis. For the word cf. Ep. 2152. 26n.

16. Fabri] Ferdinand's minister (Ep. 386); whom Pistor must have found at Spires.

17. Schlupp] Jo. Schlupf († 12 April 1527) was already S.T.P. and parish-priest of Ueberlingen on 20 July 1508, when he composed a commendatory letter for inclusion in Zasius' *Quaestiones de paruulis Iudaeorum baptisandis*, Strasburg, J. Gruninger. A letter to him is printed in M. Sambucellus' *Argumenta communia*, Basle, *s.n.*, 29 March 1511 (Panzer ix. 393). In 1521 he was prominent as an opponent of Luther; in 1524 he appears as an admirer of Erasmus (Bl. E. 35, 85). In Dec. 1525 when Balth. Hubmaier was driven out of Waldshut (Ep. 1540. 20n), he took active part in suppressing reform there; and he was present at the Disputation of Baden (Ep. 1708) in 1526.

See Heumann p. 99, with an epitaph prepared for him by Mich. Hummelberg; EE and ZKG. xix. 236.

25. is] *sc.* iis.

maximaque mercede reponi vicissim is. Paucis precor valetudinem.

Per me presentem

Mathiam Pistorem, arcium magistrum,
ex Leiningis, harum ostensorem
exaratoremque.

Domino doctori Erasmo Rotherodamo Basilee suis in aedibus aut habitacioni solitae presententur.

[1823]1837[a]. FROM FRANCIS TITELMANS.

Averbode MS. ⟨Louvain.⟩
⟨1527.⟩

[For knowledge of this letter we are indebted to Prof. H. de Vocht of Louvain; who drew our attention to a note which mentions it in Père J. Goyens' *Thierri Coelde*, Malines, 1929, p. 155. The MS. is a contemporary copy in a volume belonging to the Praemonstratensian Abbey of Averbode, in the province of Antwerp, sect. iv, recueil de Voecht, vol. xxii, f. 190. At the end the copyist, who is not without blemish, reveals himself with the words 'Hec est manus fratris Theobaldi Leiden⟨sis⟩ Minorite, qui erat magnus amicus auctoris epistole'. We are indebted also to Père Lefèvre for procuring us a photograph.

At the head of the page above this letter Theobald transcribed also Ep. 1823, with the heading 'REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI M. FRANCISCANO', and the signature 'Vale ex Baselea. Erasmus Roterodamus'. The text resembles that of H; but though words and sentences are usually the same, the variations in order are innumerable, with nothing that is worth reproducing. The MS. no doubt represents the letter actually received by Titelmans, and has therefore more authority than the text printed in H, presumably from the rough-draft. Even with careless copying it is difficult to account for so much trivial variation, and for the absence of dates of time.

This letter evidently answers Ep. 1823, but no precise date can be assigned. It may be placed conjecturally with Ep. 1837, also written from Louvain; in which there is mention (ll. 55–9) of Titelmans. Erasmus was not appeased by his young antagonist's courteous rejoinder, but continued for years to complain of him. See Epp. 2205–6, 2245.]

DOMINO ERASMO ROTERODAMO, SACERDOTI ET THEOLOGO IN CHRISTO PLVRIMVM VENERANDO.

SOLENT incerti vanique rumores multarum sepe et grauium irarum prebere seminaria, quas educta in lucem veritas dissoluit. Sane ex literis quas ad me dedisti, charissime domine, perspicuum est falsis tibi rumoribus persuasum me tuo nomini parare inuidiam, et obtrectationibus odiosis tue fame suscitare calumniam. Accipe igitur breuem et veram earum rerum de quibus ad te perlatum est narrationem.

Cum viderem passim interpretacionem veterem Noui Testamenti ab omnibus conculcari, ita vt eam vix iam aspectu dignarentur vel tenuiter docti, dolenter ferebam, vt par erat, deperire vetustati suam authoritatem, et sic temere sine iudicio pro veteribus noua atque indiscussa, neque approbata vel vsu vel iudicio, paene ab omnibus recipi, vt nouarum editionum occasione vetera spernerentur. Proinde adieci animum meum ad perscrutandas modernorum interpretum editiones, et sepe conferre que per te atque Iacobum Fabrum e Greco traducta fuerant, cum Grecis et veteri interpretacione. Id cum mecum agerem, inueni passim a vobis veteris interpretis authoritatem conuelli, ac vestras illas examinationes atque annotamenta causam huic malo dedisse persensi. Videbam enim multa per vos satis acriter, immo licenter nimium, examinata, annotata, taxata, atque immutata. Cepi expendere mecum quanto id iudicio et quam recte egissetis, et

7. nerrationem *MS.*

18. veteris interpretis] See Ep. 2172. 5n.

meo iudicio visi estis in plurimis nihil nisi calumnias struere, et vix quicquam a vobis aduersus eius authoritatem afferri quod non possit vel sobrie in Scripturis atque linguis edoctus diluere.

Statui igitur in animo meo post absolutam enarrationem epistole, ad Thomae iuxta veteris interpretacionis contextum vt ad caput reuertens, que fuissent a vobis—hoc est Laurentio Vallensi, qui primus hoc negocium suscitauit, Iacobo Fa. qui successit posterior, post quem postremus tu in eandem pugnam descendisti—aduersus veteris interpretis authoritatem quomodocunque taxata aut reprehensa aut temere immutata, quantum mihi dedisset Dominus, responsionibus congruis diluerem ; meum nomen inuidie plurimorum libenter obiiciens, vt sancte veritati atque venerande antiquitati aliquod preberem obsequium (nam patrocinium non audeo dicere). Atque ex hoc clamari ceptum est ab his qui non audiuerant quo pacto hoc negocium tractarem, doceri apud Minores aduersus Erasmum, aduersus Fabrum, aduersus Vallensem, immo nominari Erasmum ac ceteros.

Atque horum rumoribus persuasus, scribis me tuum nomen perstringere in prelectionibus. Ego vero cum omni modestia, tremore et reuerentia nomina vestra, fateor, protuli, quoties aliquid dissoluerem quod fuisset per vos reprehensum; sed ad inuidiam vestram nihil actum est. Neque a Hieronymi nomine abstineo neque Ambrosium taceo, cum que illi immutarunt aut reprehenderunt dissoluo. Non igitur aduersus vestra nomina conspirationes paro, neque obtrectacionibus rem agimus, sed modestis responsionibus. Credo autem, quemadmodum Hieronymus non offenditur si cum modestia que ille aduersus veterem interpretem videtur annotasse, diluam, ita nec offensum iri hac ratione quod audeam iis respondere que sunt per te aduersus veteris interpretis (cuius mihi et Ecclesie est non vulgaris authoritas) translationem obiecta aut annotata.

Ego quod ago, secundum Deum ago in synceritate et simplicitate cordis mei, solum querens veritatis et vetustatis defensionem, testimonium mihi perhibente eo qui scrutatur cordis intima. Nihil vero eorum que audisti, in angulo aut intra parietes gestum putes. Ego semper docui in loco in quem omnes conueniunt: quo etsi tu ipse conuenires et presentem te cernerem, eadem audires que nunc audiunt quibus placitum est ad nostram humilitatem conuenire. In occulto enim locutus sum nihil, vt ne existimes conspirationes aduersus te fieri: non est enim veritatis defensio publica aut conspiratio aut obtrectatio dicenda.

Tu existimas officii tui esse vt sicubi lapsi sint veteres, non dissimules: tu passim veterum sentencias, excutis, examinas ac seuere nonnunquam diiudicas; ne Hieronimi, Ambrosii, Aug:, Hilarii, ac ceterorum nominibus abstines, neque pretereundum putas si quid vspiam aut dixerint aut scripserint quod tibi non probatur: vt interim taceam iocos illos salsissimos quibus non

26. enerrationem *MS*. 28. fuisset *MS*. 65. dissimiles *MS*.

26. epistole] For Titelman's early work on the Pauline Epistles see Ep. 1823 introd. He here describes his method of treating them individually.

27. Thomae] Aquinas; see Ep. 347. 95n.

28. Vallensi] See Ep. 182.

raro agis cum posterioribus, Thoma, Lyrensi atque Carrensi, viris quos ego neutiquam contemnendos iudico neque pro ludo habendos. Tibi igitur si licet passim eorum nomina perstringere atque etiam salibus aspergere quos credimus cum Christo in celis regnare beatos, queso te permittas mihi que a modernis adhuc in carne viuentibus video aut ignoranter scripta aut non recte in aliis reprehensa, vel modesta responsione dissoluere. Certe candidi animi non est aliis negare quod tibi permiseris, cumque omnium omnia seuere diiudicaueris ac aliorum nihil dissimulaueris, nolle tua ab vllo vel modestia attingi. Maiorem enim reuerentiam illis debes qui sunt cum Christo beata pace compositi quam a nobis tibi debeatur, qui in carne adhuc misera, donec placitum erit Domino, nobiscum deges. Quod autem feci ob Dei et veritatis amorem, quantum mihi expedire videbitur, secundum Deum et faciam; non vtique scurrilibus conuitiis aut rabiosis concionibus, sed rationibus atque modestis responsionibus secundum prudentiam consilii tui omni hauddubie acceptacione dignissimi: que autem locutus aut loquar coram auditoribus nostris, eadem forsitan tibi dabit Dominus videre oculis tuis, vt diiudices quo animo hoc negocium susceperim aut peregerim. Spero autem coram Deo manifestum esse desiderium cordis mei, Desideri charissime, qui mihi reddet secundum opera mea.

Tu si Christum habes pre oculis, nihil est quod verearis; non enim poterit tibi vllius aut lingua nocere aut calamus, si illum tota mente spectaueris. Veritas enim ipsa per se lucet, et in omnibus feliciter superuincit. Eam in te confirmet Deus veritatis, vt que digna sunt Christo, semper scribas et agas: qui est Deus benedictus in secula. Amen.


Vale et nos dilige, quia et nos quoque te diligimus. Gratia tecum.

Frater Franciscus Hasseltensis.

79. attengi *MS.*

---

70. Lyrensi] See Ep. 182. 116n. Carrensi] See Ep. 459. 71n.



1994[a]. From Conrad Goclenius.

Basle MS. Goclenii Epistolae 15. Louvain.
10 May ⟨1528⟩.

[An original letter, autograph throughout. In a provisional arrangement I unfortunately placed it in 1529; but the connexion with Epp. 1972, 1994 shows conclusively that it belongs to 1528. The letter which it answers may be dated c. 20 March: cf. Ep. 1973. 22–3.]

S. P. D. Iamdudum magnopere cupio te scire ineptias fraterculi e sodalitate Franciscanorum, quo reipsa tibi facerem fidem, quod crebris literis ad te scripsi, hoc iuuene nihil esse contemptius, nihil infantius, nihil magis a sensu communi alienum. Sed attento ad omnem occasionem nihil successit hactenus, nisi quod Gerardus Moringus nonnihil spei fecit libelli obtinendi, subodoratus per quem illae naeniae describerentur. Ac cum iam ferme ad articulum rei esset peruentum, ille ob grauissima negocia in patriam repente fuit auocatus. Sed operam suam in reditu mihi sedulo est pollicitus, putoque illum tibi per epistolam idem polliceri. Nec dubito quin sit id praestiturus, modo intelligat se tibi hoc officio gratificaturum, credatque id sibi in sua gente, quam magis metuit quam amat, sine fraude futurum. De priore tuam indicabis sententiam; alterius rei periculum ego prorsus in me recepi. Misi eiusdem Moringi epistolam haud scio ad quem; ex qua veluti e tessera intelligas quanta illi sit necessitudo cum his studiis quae tua solius opera reuixerunt.

Addidi ridiculam epistolam cum supplemento monachi Insulensis; qui per iocum consultus ⟨est⟩ a Iocabo pullo, iuuene nec indocto nec naris obesae, an fas esset suis pueris quos habet erudiendos, tuum Enchiridion praelegere. Nec id egit alio consilio quam vt ille balatro, qui assidue vociferabatur e suggesto in nomen Erasmicum, suo indicio se proderet ac periret. Nos eius responsionem hic non pauci legimus cum summa voluptate.

Ad relegenda Adagia mihi nequaquam fuit ocium, propterea quod, quo magis prodessem studiis pro mea virili, praelectionem meam geminaui; nec sine dedecore licet discedere ex eo proscenio nisi peracta fabula, posteaquam sum ingressus.

Officiorum libros quod non edidit Hiero. Frobenius, quanquam aliud speraram, cogor boni consulere. Prelegi quaedam leuioris operae, expectans quid ille responderet e nundinis Francofordiensibus: siquidem scripsisti illum non aggressurum opus priusquam ageret cum mercatoribus Francofordiae. Caeterum cum ille sen-

---

1. fraterculi] Titelmans; see Ep. 1823.
3. literis] Not extant.
6. Moringus] See Ep. 1994.
8. patriam] Bommel.
10. epistolam] Ep. 1994.
15. epistolam] See Ep. 1994. 85–6.
18–19. Insulensis] of Lille.
19. Iocabo] In *Basler Chroniken* i. 113 F. Ryff writes 'sant Jocab'.
21. Enchiridion] For attacks on this in Spain cf. Epp. 1814. 121, 196, 2165. 19–24.
25. Adagia] Erasmus was now collecting for the edition of Sept. 1528 (Epp. 2022–3).
29. Officiorum] There is a Froben edition, 1528, 'omnia denuo . . . recognita per Des. Erasmum Rot. et Conradum Goclenium'; evidently not issued till the autumn fair, though the editors' work was already done.

tentiam suam in tanta opportunitate non indicarit, equidem sic accipio, vt cui res aut non sit cordi, aut cum sodalitate sua non conuenerit. Proinde cum mihi faeriari non liceret, praesertim in spem tam longinquam incertamque, res ipsa me coegit aliud consilium inire, et ad praelectionem Titi Liuii, cuius fortefortuna aderant exemplaria, me compulit. Quod si Frobenius tamen aliter statuit, non deero officio amici: qui tametsi hic mihi non parum erat gratificaturus, idque suo, vt opinor, commodo, ego tamen illi sum aequior, si in re, vt ipse putat, dubia maluit esse se Q. Fabii similem quam Minutii. Coniecturam tuam de *medio Iano* e secundo Officiorum, ipsius eruditionis atque adeo Musarum oraculum puto; nec dubito quin ipse Cicero, si reuiuiscat, eam solam lectionem vt genuinam sit agniturus.

Franciscus Dilfus in reditu hac iter faciens non substitit. Itaque hactenus nihil ab illo audire licuit. Spero ex Vlyssea illa peregrinatione tantum illi prudentiae accessisse vt iacturam operae et dispendium rei familiaris non sit doliturus.

De anno scalari siquis alius angeretur, non mirarer vanitatem, ne dicam impietatem. Quod si is es quem ego semper consensu omnium bonorum iudicaui, nulla est vis fatorum quae possit obstare immortalitati nominis Erasmici. Ita est meritum tuum in vniuersum genus hominum vt victurus sis in memoria viuorum sempiterna. Nec video quorsum haec scribas, nisi forte libuit tibi magicam superstitionem deludere.

Eduardus Leus in Hispaniis egregie est exceptus a Senatu Imperatorio: quod legens ipse iudicabis. Nam Quirinus ad te fert libellum. Rediit ex Hispaniis Cornelius Scepperus, donatus a Caesare ordine equestri et censu. Is hic legatione fungitur, amicus bonis literis vt si quis alius; quas apud Caesarem non instrennue aduersus calumnias defendit. Cum illum proxime salutarem, monuit vt se certiorem facerem si quando ad te hinc nuncius proficisceretur: nam velle tibi scribere. Sed in reditu Quirini is fuit in extrema Flandria. Itaque illi morem gerere non

50. dispendii *MS*. 52. ne *scripsi*: nec *MS*.

43. medio Iano] Cic. *Off.* 2. 25. 90. All the early editions read *ad medium ianuae*. The convincing correction which Goclenius approves here, appears first in *Off.*, Venice, L. A. Junta, 24 March 1525; as one of many 'Additions' (for which copyright is claimed) by P. Marsus to his earlier notes (cf. Epp. 152. 19n, 1347. 258–63). Cratander's Cicero, March 1528 (Ep. 1433. 2n) has *ianuae*; but *Ianum* is found in the Froben edition ⟨Sept.⟩ 1528 (l. 29n) pp. 114–15, a correction made independently by Erasmus and claimed as such.

47. Dilfus] See Ep. 1972. 1–2.

51. anno scalari] Ptolemy's ἐνιαυτὸς κλιμακτηρικός: an interpretation which I owe to Prof. H. W. Garrod. If Erasmus was born in 1466, he would be entering his grand climacteric in Oct. 1528.

56. haec scribas] Perhaps in the letter, not extant, which this answers.

58. Leus] See Ep. 1735. 21n.

59. Quirinus] See Ep. 1955. 5n.

60. libellum] See Ep. 1744. 125n. But Carvajal, *Dulcoratio* 1530 (see p. 69), f. 78, says that the book which Erasmus attributed to Lee was really the work of Franc. Castellus and Franc. Menesius.

Scepperus] See Ep. 1747. 120n. He left Burgos c. 20 Feb. 1528 with instructions to go to Poland. On 6 May he writes from Bruges, his embassy having not yet started. See AT. x. 84–6, 246.

licuit. Res meae sunt adhuc fere eodem loco. Lis Antuerpiensis mihi adhuc litigatur, non paruo temporis dispendio; nam subinde est mihi apparendum iudici. Sed credo bene fore.

Conditionis meae incipit nonnihil taedere; ac propemodum suppoenitet quod annis superioribus tot occasiones vltro oblatas omnes sim aspernatus. Collegium nos non alit, nec potest; nec vllus alius expectatur fructus quam in diem pabulum. Onera quae volentibus et nolentibus sunt ferenda, eiusmodi sunt vt, cum vltra stipendia quae Collegii nomine penduntur, accipiam e sacerdotiis ad viginti quinque libras Flandriae, vix tamen tolerare possim. Nec Rutgero alia causa fuit instituendae familiae, quam quod sic facilius domi viuit quam apud nos gratis in tanta salutatorum turba: quam ob famam Collegii effugere non licet, nisi Collegio effugiamus. Ostenduntur quaedam spes iterum in aula: de quibus te consulam, cum eas magis et penitius cognouero.

Tragoedia Francisci Byrchmanni nunc omnibus est in ore. Cuperem certe tua causa illam conquieuisse. Apud ignaros tuae integritatis et munificentiae, addo etiam apud hostes tuos, parit nescio quid suspitionis. Nam ille non minus se tuetur strennue et linguaciter quam accusatur abs te frequenter. Cum Francisco mihi nihil est aut fuit negocii nisi ex te. Ac ne sit in posterum cauebo, nec illius causam ago, nec ille meum patrocinium requirit. Sed hostibus doleo dari ansam calumniae, quod ob paululum damni dati sine modo clamitant ringi, et palam, quantum in te sit, hominem postulare ad suspendium. Quod putaui interesse meae in te obseruantiae vt tibi indicarem; ne hac in parte apud eos qui ignorant tuas iustissimas causas, aut etiam qui non audiunt, tot virtutibus parta autoritas nonnihil labefactaretur. Vale vnicum decus religionis et literarum.

Louanii Sexto Idus Maii.

T. d. deditissimus
Con. Goclenius.

Praecipuo orbis ornamento D. Erasmo Roterodamo. Basileae.

81. consulum *MS*.

---

67. Lis] On 19 April 1525 Goclenius had been nominated to the first prebend vacant in St. Mary's at Antwerp; but the appointment was contested, and years elapsed before he secured it. See Cran. E. 95 introd., and cf. Ep. 2352. 334–40 and letters later.

70. taedere] Cf. Ep. 1388. 3n.

71. occasiones] Cf. Ep. 1765. 21–5.


75. stipendia] For the payments made to him from the Collegium Trilingue see Cran. E. 95 introd.

76. libras Flandriae] For comparison of these with sterling see Ep. 1993.

77. familiae] Cf. Ep. 1882.

78. salutatorum] Evidently visitors, flocking to see the Coll. Trilingue: for the word cf. Ep. 545. 16.

82. Byrchmanni] Cf. Ep. 1972. 4–7.



[2062]2082. FROM LEVINUS AMMONIUS.

Besançon MS. 599, p. 202.

Bois-St.-Martin.
6 January 1529.

[This letter comes from L. Ammonius' autograph letter-book; see Ep. 1463. It was sent to Schets to be forwarded (Ep. 2197. 29–33), but was delayed so long in transit (Ep. 2167. 21–3) that Erasmus had no time to answer before Levinus wrote again (Ep. 2197).]

L. AM. D. ERASMO ROTERODAMO THEOLOGO FACILE SVMMO S. D. PL.

QVAM laetis amplexibus quamque obuiis, quod aiunt, vlnis tuas, Erasme, literas exceperim, non possem, vel si maxime velim, perscribere. Tantine te fecisse tantilli homuncionis gratiam, vt istis articulis tam doctae manus ad epistolam meam rescriberes! Vix mihi persuadere potui, ne cum inter digitos quidem meos tenerem, literas esse tuas, prius quam totas hausissem. Quod et ipsum quam sitienter, quam auide, quamque plenis faucibus factum mihi fuerit, nequeam literis commendare. Satis abunde mihi magnum fueras praestaturus beneficium, si vel per amanuensem quemlibet vel alio quouis pacto tuum erga me animum declarasses: hoc enim solum quaerebam, vt mihi constaret nequaquam aegre tulisse te meum officium. Sed hoc humanitati tuae parum esse visum fuit, nisi et certioribus argumentis confirmares. Quonam igitur loco *αὐτόγραφα ταῦτα τὰ γράμματα* sum habiturus? Ne, quaeso, me existimes, Erasme, iniquum tanti beneficii aestimatorem. Si eruditissimi quique, si principes viri, si denique magni pontifices magni faciunt (et merito faciunt) literas Erasmi ad ipsos datas; si in sinu circumferre solent, vt apud amiculos sibi gratulentur; si inter *τὰ φίλτατα* religiose custodiunt, ne quis eripiat casus: quid aequum putas imi subsellii homunculum facere, nulla nec eruditione nec autoritate nec dignitate commendatum?

Vtinam mihi fuisset integrum huius non gaudii solum sed etiam laeticiae magnitudinem praesenti coram demonstrare! cum excuteret mihi lachrymas tui desiderium, quem in ipsis mihi characteribus tantum non tenere videbar. Quoties relegi, quoties a calce rursus ad caput redii, quoties repositas in manus resumpsi, vix mihi satis credens attente lectas! Non potui profecto satiari legendo. Auxit autem tam magnum gaudium temporis ratio, quod eas pene prius accepi quam meas ad te fuisse datas cognoscerem. Vsqueadeo enim Audomarus meus, imo iam noster, caute, celeriter ac summa fide reddendas tibi curauit, vt non prius se misisse scriberet mihi quam responsum iam tuum recepisset; nimirum celeritate volens beneficium commendare suum, haud ignarus

18. in sinu] As did Herm. Lethmatius; see vol. i, p. 612.
29. meas] Ep. 2016.
30. Audomarus] Edingus; see Epp. 2060, 2062 introd., and cf. Levinus' letter there printed.

τὰς ὠκείας χάριτας εἶναι γλυκερωτέρας. Quas et ipsas tamen dies aliquot tantisper domi penes se habuit, donec cum certissimo nuncio (sic enim petieras) in manum mihi dandas curaret.

Iam si gratias agam, nimis profecto frigidum videbitur, o Erasme, meo erga te animo, nec sine pudore faciam, vt pro tantis in me tuis beneficiis tam vili munere defungar orationis; magisque cupio, si quis vsus mei esse potest, totum me tibi dedere et in obsequium nuncupare. Quanquam illud fateri cogit res ipsa, pluribus me tibi nominibus obstrictum esse quam vt vnquam soluendo sim futurus, etiam si auctione facta frustillatim me meaque omnia (si quid tamen dici meum potest) diuendam. Quid enim hinc corradi posset tuis dignum beneficiis? Tibi secundum Christum pene totum debeo, quicquid in me bonae mentis est: quod ab illis sordidis opinionibus sum liberatus, quibus tametsi non immersus eram—reclamabat enim semper animus liber—, eram tamen plus satis aspersus, quod inter illas adoleueram. Denique si quid eruditionis est, hoc in solidum vni debeo tibi; atque ob id tanquam discipulo, tuo iure potes quicquid visum fuerit imperare. Quod si animum inducas facere, senties longe alium quam sit ille cuius in epistola meministi, homo inamoenus, ob ingratitudinem insigniter execrandam Deo hominibusque pariter inuisus, et profecto dignus in quem seuerissime Persarum more animaduertatur. Caeterum quando nequit fieri vt paria tecum faciam, hoc saltem grati hominis argumentum mordicus tenebo, vt et debere me profitear et debeam non illibenter, intentus in omnem occasionem bene vicissim de te, si qua vsquam existat, merendi. Quanquam interim Christum dominum precor, vt ita res tuas rationesque ex animi tui sententia καὶ ἐξ οὐρίας ferri sinat, nequando fiat vt huius clientuli cogaris opem desiderare.

Accessit autem praeterea simul cum literis tuis noui nonnihil, nec illud quidem parui, beneficii; quod iisdem articulis Audomaro quoque nostro scribere non es grauatus, idque mea causa. Is mihi gratissimis verbis egit gratias, sese multum eo mihi nomine debere testatus. Quin audias licet ipsum loquentem. 'Mitto' inquit 'exemplum Erasmianae quod petis epistolae, quam ad me tua causa dedit. Profecto iam abunde me felicem existimo quod Erasmum his oculis vsurparim; feliciorem quod epistolam ipsius ad me manu scriptam penes me habeam; felicissimum quod tantus vir in numerum meorum adscribi non sit dedignatus. Quae sane duo posteriora tibi, mi Ammoni, accepta refero. Vtinam ei non habere solum possem, sed etiam referre gratiam!' Hactenus ille. Quid amantius dici poterat? Dignus est profecto quem ames, Erasme, vir plus quam dici potest candidus, et in omneis bonarum literarum veraeque pietatis studiosos benignus. Iam quando considero triplicem hanc felicitatem quam sibi gratulatur, animaduerto me posterioribus quidem posse quadantenus cum illo comparari, sed prima duntaxat cedere. Nam de tua erga me

53. homo inamoenus] The *ludimagister* of Ep. 2062. 27–32: whom Ammonius supposed to be Gerv. Amoenus. See ll. 240–246 *infra*.

68. epistolae] Ep. 2060. Cf. Ep. 2062 introd., l. 45.

charitate dubitare iam minime possum, cui tam amanter respondisti; nec mihi persuadeo te, qua es integritate, nisi synceriter scripsisse quod sis vere meus. Hactenus itaque me cum amicissimo mihi homine confero. Sed illo me vincit, quod etiam de facie nouit Erasmum, quem his equidem oculis vidi nunquam. Atqui non arbitror aequum esse vt ob id animo discrucier, quod te fortasse nihilominus norim *ἀπὸ τῶν συγγραμμάτων*: in quibus optime totus Erasmus quantus quantus est expressus videtur, in quibus quoties collibuit animo complector Erasmum, et suauissime cum tanto viro confabulor. Id quod facio sane quam lubens, vt nullus pene dies transeat quin hic Erasmum visam et officiosissime consalutem.

Quin existimo mihi non omnino male vertere quod te nunquam viderim. Hoc certe, si praeterea nihil, hinc lucrifecero, quod ne suspicari quidem possit quispiam ei necessitudini quae mihi tecum intercedit, inesse fucum; quod nec e familiaritate domestica nec e priuata quapiam gratia nata sit, sed exacto iudicio maximaque tuarum virtutum admiratione. Amor autem qui praeuertit iudicium, et fingitur poetis, et est, plane caecus. Caeterum vbi iudicium praeit admirationem ac deinde amor sequitur ex admiratione, is amor nisi syncerus esse non potest. Proinde non est ita magnum de facie nosse, nec in vlla felicitatis parte ponendum; quando quidem et Christus ipse, qui discipulis dixerat 'Beati oculi qui vident quae vos videtis', de nonnullis ait 'et viderunt et oderunt': id quod etiam tu verissime de compluribus dicere potes. Sed illud magni faciendum existimo, si mentem eius quem iudicaris amandum, penitus perspectam habeas, atque per omnia cum animo tuo noris consentire; quod tam facile nihil conciliet amorem atque par animorum consensus. Quis autem velit ab illo dissentire quem negocium Christi synceriter agere cognoscit, nisi plane maliciosus et Spiritui sancto repugnans? Attamen haec nequaquam eo spectant vt felicitati mei Audomari, cui summam quoque felicitatem exopto, quicquam detractum velim: quem et ipsum sic existimare satis habeo compertum, non esse felicem sese quod oculis corporeis Erasmum conspexerit (quanquam et hoc, modo contingat amanti, non est vtique non desiderandum), sed eo nomine potius, quod animum Erasmi totum e sanctissimis lucubrationibus noscitare potuerit: quas hoc lubentius, si quando nactus est ocium ab illis forensibus negociis, euoluit, quo magis ad ipsius animum faciunt. Faciunt autem plurimum, non tam quod Erasmi sint, quamuis hoc quoque nonnihil sit, quam quod perbelle cum mera Christi doctrina concordent.

Caeterum quod in epistola mea paulo accuratius sum deprecatus offensionem, non eo feci quod tuus mihi animus ignotus esset, Erasme, aut quod vererer te grauate laturum (si modo in tempore exhiberentur) illas annotatiunculas; sed plane quod in hanc partem peccare maluerim, satiusque iudicarim paulo diligentius indignationem deprecari quam vel tenuiter mereri. Veniebat enim mihi

---

87. *ἀπὸ τῶν συγγραμμάτων*] Cf. Ep. 1101. 7n.
102–3. Beati oculi] Luke 10. 23.
103. et viderunt] John 15. 24.
122. in epistola] Ep. 2016. 101 seq.; cf. Ep. 2062. 7–8.

in mentem cum illa scribebam, quam multi pulcherrimas saluberrimasque lucubrationes tuas arrodentes, sibi famam, infamiam tibi conciliare moliantur; et in procliui esse vt ipse quoque venirem in huiusmodi suspicionem apud te, quod id genus arrosores e monachorum fere gregibus exoriantur, nisi prius omnibus eam modis amoliri contendissem. Praeterea sciebam quidem Plinium in hac fuisse sententia, vt ita demum crederet amico suum placuisse librum, si displicuisse nonnulla cognosset; et mihi facile persuadebam haud aliter te quoque animatum esse. Sed cum ea tantum notassem quae mihi displicuerant, quae tamen ipsa non tam mea causa notaram quam istorum qui grauissimas plerumque de lana caprina deque re nihili suscitarunt in te tragoedias (poterant enim inter tanto plura luculentissime dicta *καθάπερ δοθίωνές τινες οὐ προφανεῖς τοῖς πολλοῖς ἐν καλλίστῳ σώματι* delitescere), non potui, fateor, ea citra solicitudinem tibi exhibenda mittere: *μήπως μελίσσας μὲν οὐ τὰς τὸ τοῦ λειμῶνος κάλλιστον ἀπανθιζούσας, μυίας δὲ τὰς τοῖς ἕλκεσιν ἐφιζανόυσας μιμεῖσθαί με δοκεῖν·* idque vel hac potissimum de causa, quod nihil scire potui qualiter animato tibi, hilarine an aegro, forent reddenda. Nam quae fieri poterant multa cogitabam, praesertim quod e multis milibus hominum rarus admodum sit qui semper eodem sibi vultu constet. Non est itaque mirandum si mihi praetimui ne, quod summopere vitatum volebam, hic animus tibi non probaretur; neue crederes me ex eorum esse numero qui tuo nomini male volunt, cui semper hactenus et candidissime faui, et reddidi quibuscumque potui gratiosum.

Quid ego nunc dicam, Erasme, quoties te tuosque labores aduersus sycophantas infesta fronte clypeo et hasta sim tutatus, et victos erga te mitiores dimiserim? quam multos, nullo quidem iudicio sed sola famae temeritate, tibi passim obtrectantes, ostensis lectisque tuis apologiis ad erroris confessionem pertraxerim? Caue credas vlli me tuorum fide et integritate concedere. An non igitur dignum fuit, vt talem virum, tam vnice charum, quam modestissime compellarem, ne quam ex me molestiam acciperet? Mihi credas licet *τὰκ καρδίας* loquenti, huic erga te animo nequiuisse me aequa verba reperire. Omnia infra desiderium fuerunt. Sed quis, obsecro te, optime Erasme, tibi hoc alius persuasisset, si non ipse plusculum operae concilianda mihi apud te gratia sumpsissem, praesertim nullo tibi antehac nomine commendatus? Nam si vsu venisset, id quod certe fieri poterat in ignoto, vt quod ego officii gratia feceram, tu fuisses aliter interpretatus, et aliqua mente leua factum credidisses in contumeliam, declarassesque literis animum exulceratum, *εἰρήσεται τἀληθές*, doluissem equidem factum vehementer ex animo, non extorsisses tamen hunc affectum, quo te singulari quodam prosequor amore. Nequaquam enim eum vel animi leuitate vel incerta vulgi famigeratione ductus, aut alia

140. *καθάπου* *MS.* 162. *τ' ἐκ* *MS.*

---

133. Plinium] *Epp.* 3. 13. 5: cf. Ep. 182. 51–2.

140. *δοθίωνες*] = *δοθιόνες*, boils.

qualibet imaginatione temere concepta tenuiter indui, vt facile reuelli possit; sed certissimo iudicio e pulcherrimis libris tuis penitus introspectis diuturnaque persuasione prorsus imbibitum, ac per omneis animi venas longe lateque diffusum, constantissime seruaui. Sed bene habet, nunc demum requieto sum animo, posteaquam mihi *τῇσδε τῆς παρρησίας* aleam feliciter cecidisse scriptis tam amanter literis declarasti, quibus optatius mihi nihil esse potuit in vita.

Quod autem in eis tantopere, si quid eius generis habeam praeterea cuius illa fuerunt, ne grauarer impartire, rogare etiam sustinuisti, quum pro tuo iure quod in me tibi esse volo, iubere potius debueris, fecisti tu quidem, Erasme, et amanter et perquam modeste; multoque aliter quam quorundam de isto pectore falsa quidem illa, sed tamen praesumpta, fert opinio: qui vulgo iactare non verentur (sed ii ferme *Λουτήρου σπουδασταί*) a nullo mortalium paulo liberius admoneri posse quin illi mox obuertas cornua, nec vlli concedere de sententia, sed *φίλαυτον* et praefractum esse. Cuiusmodi cum hominibus frequenter mihi non velitatio solum sed etiam acre iurgium fuit, vsqueadeo vt compulsus sim ex omnibus libris tuis locos sublegere et velut in numerato penes me reponere, quibus tam impudentem calumniam retundam: in quibus a candido lectore non obscure petis amicam monitionem, sicubi (quod plane humanum est) comperiret errasse; sed ita demum gratiam abs te initurum si rationibus et argumentis, non conuitiis et maledictis, ageret. Quod sane ni faciat, ego talem non amicum esse, quantumlibet amici personam induat, sed sycophantam ab omnibus censeo iudicandum. Quid enim iustius quam vt reprehendens alterum, comiter id facias, et te quoque memineris hominem esse fallique posse: ne si acerbius incessere pergas, tibi contra eueniat,

Inquirant vitia vt tua rursus et illi,

vt ait Horatius; quum multo minore cum venia peccet is qui censorem agit alterius?

Ac mihi quidem duplici nomine videntur inhumaniter illi facere, qui carpendis laboribus tuis inuigilant, partim quod tibi nocere festinent, partim quod ne sibi quidem ipsis parcant. Tibi quod laudem iure debitam, quatenus in ipsis est, imminuere, imo, quod sacrilegii genus est, in sese transferre laborent: sibi, quod cum temporis, rei omnium preciosissimae, magna iactura nihil aliud tam apud huius aetatis homines quam apud posteros praeter insigne odium lucrifaciant. Quin potius si tam impotenti tenentur ostentandae eruditionis desiderio, vt vel cum scelere malint euadere nobiles quam latere, suo Marte rem aggrediuntur? vt et in opere proprio suam nobis approbent industriam et alienam patiantur intactam. Sin autem omnino reprehendendi prouinciam suscipere malint, faciant hoc, vt et viros decet bonos, ciuiliter sine conuitiis,

---

195. amicam monitionem] For Erasmus' readiness to accept friendly criticism cf. Epp. 180. 12–17, 182. 55–60, 347. 359–64, 844. 15–17, 276–7, 1076. 1–7, 1225. 54–5, 64–7, 1384. 47–9, 1418. 42–3: but contrast Ep. 899. 1–2.

205. Horatius] *S.* 1. 3. 27–8.

et Christianos, modeste citra suspicionem arrogantiae; vt interim et autori sua laus maneat integra, et lector sua fruatur vtilitate: illud cogitantes, non esse mirum quod is qui in multis acri iudicio tractandis vigilanter attentus fuit, alicubi vt homo dormitarit. Hoc enim pacto tum alienae fauebunt industriae, tum sibi candoris laudem conciliabunt.

Quonam autem exemplo didicerunt isti quod faciunt, qui insanis vociferationibus inter credulum vulgus e suggesto, vnde conciones Euangelicae solent audiri, in famam proximi nihil tale merentis debacchantes, tumultus et seditiones excitant; et cum his tam non Christiano more factis belle sibi Christiani pectoris munus obisse gloriantur? Recte facerent mea sane sententia praetores vrbium et templorum magistratus, si nebulones huiusmodi fustuario domitos ad fodienda metalla tantisper relegarent, donec malo docti tandem ea quae Christianae pacis et concordiae sunt inciperent cogitare. Hoc enim pluribus experimentis mihi compertum est, illos multo promptissimos esse ad vociferandum bonis lateribus, tumultuandum ac damnandum, qui in ventre confidentiam, cibo potuque impensiores facti sumpserunt: homines non solum stultos verumetiam cerebrosos malitiososque et nullius omnino bonae frugis, plane ventris animalia, καὶ ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης. Qualem equidem illum esse Normanum existimo Geruasium κατ' ἀντίφρασιν Amoenum, merito suo bonis omnibus execrandum: qui tantis tuis in ipsum beneficiis gratiam tam insignite malam rependit vt ei satis non sit odisse tantum tam benignum seruatorem, praeceptorem et patronum, nisi et Alfenum quoque illum suopte morbo plus satis insanientem, suis mendaciis in te confictis faciat insaniorem. Scis quem dicam Alfenum, ab Horatio nimirum doctus. Abs quo tametsi nihil opinor esse quod formidare magnopere debeas, molestum tamen est incessi tam virulentis maledictis.

Sed aniles illas naenias legere dignabitur nemo; et opinor illi typographo, quisquis fuit, qui tam sibi consuluit male, semel duntaxat oleum et impensam perisse. Neque posthac in huiusmodi Care facere periculum volet, cum viderit illas in officina nullo quaerente residere, atque tandem ad thus et scombros, ne quid obscoenius dicam, se fuisse compulsum pharmacopolis obtrudere. Mihi credas licet, Erasme, persancte iurato, inter omneis qui facile quoslibet recens aeditos solent libellos comparare, quos equidem permultos noui, neminem me scire qui hosce redemerit hominis tam maledici libros. Imo contra nominare possim qui Antuerpiae repertos obiter in bibliopolarum officinis, simul atque titulum inspexissent, cum execratione statim et deuotione proiecerint, ne aspicere quidem vltra dignati, tantum abest vt vel teruncium perdere emendo voluerint. Iam persuasum est omnibus nihil aliud quam velut aegri somnia vanas illum fingere species, vt nec pes nec caput vni Reddatur formae; nec docere quod vlli mortalium

---

242. Amoenum] See Ep. 209. 57n; and cf. ll. 53–6 *supra*.

245. Alfenum] P. Sutor is intended; see Ep. 1591. 25n.

247. Horatio] *S.* 1. 3. 130–2; where some MSS. read *Sutor* in place of *Tonsor*.

264. aegri somnia] Cf. Hor. *A. P.* 7–9.

commodo sit futurum. Scio praeterea autorem ipsum nonnullis mei loci atque ordinis hominibus suos foetus, quos non secus atque simia suos deamat, alioqui deformissimos, veluti dono datos, quum rogaret nemo, obtrusisse; arbitratum scilicet magni rarique beneficii loco futuros. Stultum qui id sibi persuaserit. Vult scire quomodo accepti sint? Dicam: cum risu plane sardonio, haud aliter atque Calabri hospitis munera, ἢ πυθόμενον κρόμμυον ἢ καί τι πολλῷ ἀποβλητότερον. Quis enim vel in manus sciens dignetur sumere? Denique mihi a quodam, cui plurimum reluctanti fuerant ingesti, missos tam bellos, si superis placet, libellos, legi: nec totos tamen, quis enim posset? Legi, inquam, cum tam ingenti taedio vt semper ad eorum aspectum stomachus nausearet, tantumque non despuere regerereque compelleret. Libet audire quo tandem deuenerint? Honor sit potius auribus tuis, Erasme; subticere malo.

Indignus est profecto quicum vel tria commutes verba. Quid enim, obsecro te, tantis ille belluae tamque impotenter atrocibus conuitiis quae nusquam non illi belluae ad manum praesto sunt, astruere molitur, quod cuiuis paulo saniore iudicio non protinus constet esse vel delirum vel, quod est peius, blasphemum? Mariam, Dei hominisque Christi praedicandam matrem, potius inuocandam esse ex more concionatori, quam Spiritum sanctum. Rursus, ipsam suis promeruisse virtutibus ac studiis vt ad tantum muneris asscisceretur, essetque digna quae Deipara virgo fieret. Equidem blasphemas hasce voces quo pacto ferant alii, nescio; ego plane totus inhorrui quum legissem. Demirorque Christianorum pontificum pietatem, vbi interim sepulta sit ignorans, non expergefieri; quae vel per iugulum voces tam sacrilegas redire cogat, vel autorem earum aeterno silentio condemnet, vel, τὸ μετριώτατον εἰπεῖν, εἰς σκυτικὴν ὡς τὰ σκυθικὰ συρράψεσθαι ⟨et⟩ deportari faciat. Sed opinor fore vt vel pudore victus, si quid eius tandem in durissima illa fronte reliqui fuerit, tacere discat, simul atque legerit (si tamen legere dignabitur) annotationem tuam in illum sancti Lucae locum 'Quia respexit humilitatem ancillae suae'; et rursus Ioannis, 'Si eum volo manere donec veniam'. In quo posteriore ipsum propemodum nomen attigisti: sed recte, meo sane iudicio, factum est vt non exprimeres, quod nequaquam mereatur vt in tam erudito immortalique opere vel cum infamia legeretur. Id quod alibi fiet opportunius. Quanquam vereor hominem grauate laturum quod in huius annotationis extremo calce meram tribus verbis veritatem, quam odit cane peius et angue, dixeris. Sed tamen ille ferat vtcunque volet, nihil moror hominis confidentis iudicium, qui perfricta

272. πηθόμενον *MS.*

272. Calabri] Cf. Hor. *Ep.* 1. 7. 14–19.
285. Mariam] See Sutor's *Apologeticum in nouos Anticomaritas*, Paris, J. Petit, 1526, ch. 2.
287. Rursus] ibid., ch. 9.
295] cf. Ep. 2016. 18. 33; *Adag.* 1035.
298. Lucae] 1. 48.
299. Ioannis] 21. 22. At each place Erasmus added in the 1527 edition of his *Annotationes* a long passage condemning the utterances of 'theologus quidam Parisiensis' or 'Carthusianus'.
306. cane] Hor. *Ep.* i. 17. 30.

fronte *τετόλμηκεν ἔξαρνος εἶναι, τῶν τῆς γε τῆς τάξεως οὐδένα ἐν ἐθελοθρησκείαις πρώραν τε τῆς εὐσεβείας καὶ πρύμνην συστῆναι.* Equidem plures huius farinae, quibus id superioribus annis quasi pro comperto fuerat habitum, noui: tametsi paulatim melius sapere toto etiam mundo resipiscente coeperunt, vt eos iam illius veteris praesumptionis vehementer pudeat. Atque vtinam sit verum quod ille fortiter quidem negat! et o si Christus omnibus libertatem spiritus largiatur, *ὥς τε μηδένα ἐκεῖ δειλιᾶσαι φόβῳ οὗ οὐκ ἔστι φόβος. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα. Οὐδὲ γὰρ ἀκίνδυνον ἔμοιγε περὶ τούτων πολλὰ γράψαι, μήπως κωρυκαῖός τις οὐκ οἶδ' ὅθεν ὑπεισδὺς ἀκροήσαιτο.*

Rem vero mihi periucundam auditu nunciasti, Germanum Brixium, verso iam Babyla, reliquis Chrysostomi psegmatis transferendis incumbere. Atque vtinam illi tantum superesset ocii vt caetera quoque omnia, vel ea saltem quae non admodum fideliter reddita sunt, aut recognosceret aut suo stilo plane Gallicano interpol[l]aret ac denuo fingeret! Faceret haud dubie rem omnibus verae pietatis studiosis longe gratissimam. Quam enim misere tractatus sit vertendo sanctissimus ille et vere Chrysostomus, si cui vacat, facile deprehendet, qui contulerit optima illa Graeca *περὶ τῆς Ἱερωσύνης* cum non bonis Latinis. In quibus praeter sexcentos locos haudquaquam syncere redditos, nonnulli prorsus contrarium ab archetypo sensum exprimunt. Caeterum quod in Oecolampadium plenis inuectus est velis, quanquam alioqui satis commeritum, nescio an perinde bonis omnibus sit placiturum atque placuit illis theologis nescio quibus. Maluissem equidem Christiana lenitate rem priuatis vltro citroque literis peractam, ne in rabiem progrediatur; si quo tandem modo fiat vt homo ille, mea quidem sententia non admodum sani cerebri, ab illa inani falsaque verae doctrinae persuasione ad sobriam magis mentem redeat, et fidem; a quibus illum excidisse dolemus.

Si quis huic sententiae non accedit, is velim adhibito sano iudicio legat (vt interim alia non dicam) quae scripsit in Esaiae, siue, vt ille loquitur, Iesaiae, primo capite locum illum, 'Si volueritis et audieritis me, &c.': vbi de arbitrii libertate bellissimum, Musis bene iuuantibus scilicet, commentum aedidit, et nescio quos spirituales spiritus, homo vehementer spiritualis, ne dicam spirituosus, nobis somniauit. Equidem existimo tibi, Erasme, pugnam De libero arbitrio feliciter depugnatam esse cum illo altero, vt nihil opus sit huius tam insulso commento ac secum pugnante, quod in hunc inuexit locum. Quapropter etsi diuersum suadet Christiana pietas, quae et hostibus bene precatur, haud inuiti spectabimus nouam inter istos comoediam, siue, quod equidem

308. *τῆς γε τῆς*] For this form cf. Ep. 2016. 43.

309. *πρώραν*] cf. *Adag.* 8.

317. *κωρυκαῖος*] See Ep. 1236. 114n, and cf. Epp. 1353. 7, 2094. 22.

322–3. interpolaret] Cf. Plaut. *Am.* I. I. 161.

327. *περὶ τῆς Ἱερωσύνης*] See Epp. 1558, 1733.

Latinis] of Anianus; cf. Ep. 1558. 185, 202.

339. Esaiae] I. 19: see Oecolampadius' *In Iesaiam prophetam Hypomnemata*, Basle, Cratander, March 1525.

343. spirituosus] See vol. iv, p. xxix.

345. De libero arbitrio] See Epp. 1419, 1420, 1667, 1853.

illo altero] Luther.

magis reor fore, tragicocomoediam. Est enim plerisque, opinor, vsui futura, qui nullo iudicio plus satis illi tribuunt, si cognoscant quam non feliciter tractarit Chrysostomum, quem sibi videtur vnum desumpsisse, vt Latinum faciat. Non opinor autem Brixio nostro temere litem cum illo institutam esse, nec nisi dextre depugnandam.

De Beda vero et Hispaniensibus illis *Ψευδομονάχοις*, nequeo satis admirari quaenam illorum animos obsederit tanta peruicacia, vt tam claris conuicti rationibus, bellum nequaquam ponant, sed acrius, imo furiosius, insurgant. Si te arbitrantur clam fauere Lutero, iam satis mundo declarasti quam sit hoc falsum. Sin autem nescio quid aliud suspicantur, quur non positis contentionibus agunt hanc fabulam paulo ciuilius? Quid tantis conuitiis tantaque virulentia lucrati sunt, nisi quod de vtroque theologorum monachorumque ordine pessime iam plerique omnes et sentiunt et loquuntur, et paucarum vomicarum pus exhalans totum corpus alioqui syncerum tetro afflat odore, et seua contagione commaculat? Vtinam ille *Λουτῆρος*, quod scribis, prodat moderationes, et relicto Carneade Diogenem nobis Stoicum exhibeat! vt ab illa intolerabili ferocia ad modestum scribendi genus demittere tandem sese dignetur. Quanquam vereor vt post tempus correptis exacerbatisque multorum mentibus, medicas sit manus admoturus. Quanto profuerat initio potius mederi quam taleis excitare tragoedias! Non est profecto, non est, inquam, Dominus (vt ad Heliam dictum est), nec in spiritu grandi et forti, qui subuertit montes et conterit petras ante ipsum, nec in commotione nec in igni, sed in sibilo aurae tenuis. Et Paulus 'Omnis' inquit 'amarulentia et tumor et ira et vociferatio et maledicentia tollatur a vobis cum omni malicia. Sitis autem inuicem alius in alium comes, misericordes, largientes vobis inuicem, quemadmodum et Deus per Christum largitus est vobis'. Et alibi, *Οὐκ ἔστιν ἀκαταστασίας ὁ Θεὸς ἀλλ' εἰρήνης.*

Caeterum quodnam possit honestum huius amarulentiae tam feroci pallium reperiri, prorsus ignoro. Atque dissentientium quidem inter se reprehensiones non sunt vituperandae; licebit enim hactenus fortassis impune progredi. Caeterum 'maledicta, contumeliae, tum iracundiae, contentiones, concertationes in disputando pertinaces, indignae philosophia mihi (inquit Cicero) videri solent'. Si hoc ille de prophana incertaque, commentis tantum humanis subnixa, loquitur philosophia, quantum par est honoris tribui nostrae sacrosanctae certissimaeque ac de coelo delatae philosophiae? Si tanti vitrum, quanti margaritum? Illud certe non possum non impense dolere, Philippum Melanchthonem ab illa factione stare, qui velut ad prouehendas bonas literas natus esse

---

368. Carneade] Cf. Gell. 6 (7). 14. 8–10: 'Violenta et rapida Carneades dicebat, . . . modesta Diogenes et sobria'. This reference (and some of those that follow) is given by Ammonius in the margin.

373. ad Heliam] See 1 Kings 19. 11–12.

376. Paulus] Eph. 4. 31, 32. Ammonius quotes Erasmus' translation.

380. alibi] 1 Cor. 14. 33.

387. Cicero] *Fin.* 1. 8. 27.

videbatur: cuius nunc libris nescio quo malo genio bonae parti Christiani orbis interdictum est. Quanquam non ita pridem non paulo laetior apud nos, quo autore nata incertum, fama percrebuit, fore vt cum Ecclesia redeat in gratiam. Optarim plane vt hac saltem in re malefida illa dea fidem seruet. Imo Christum precor vt illum mature nobis restituat; virum tam varia eruditione cum tam exacta linguarum peritia praeditum, egregium Ecclesiae membrum et organum Christi futurum. Nihil sane desperandum censeo de Christi bonitate. Expectabimus, Erasme, patienter, si nunc per Augustinum minime licebit, vt vel aliquando tandem prodeat Graecus ille mediocris liber, e Chrysostomi cultissimis hortis tuo iudicio selectus.

Sed ohe, iam satis nugatum; de tabula manum tollendi tempus est, ne te mea loquacitate diutius remorer ab rebus longe melioribus. Me quidem plurimum iuuat cum tanto loqui viro; videor enim id propemodum cum praesente coram mihi facere. Sed habenda est ratio meliorum. Illud in calce maiorem in modum te precor, Erasme, vt quod hactenus fecisti, inuicto perstes animo aduersus maledicorum linguas, nec cedas malis, quibus incessunt te quidam, *οὓς ὁποίους μέν τινας* (dicam enim Graece potius cum Demosthene) *χρὴ νομίζειν, ἄλλοι σκοποῖεν, ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἂν εἴποιμι πλὴν ὅτι γε οὐ σωφ⟨ρ⟩ονοῦσιν*. Equidem sic existimo, non esse prorsus inutile tibi, nec sine Christo fieri propitio, vt in tanto bonorum applausu qui tam candide fauent, sint etiam qui insectentur Momi.

Ὡς μή τις βιότοιο περῶν πλόον ὧδ' ἀγορεύσῃ·
Μοῦνος ἐγὼ κακότητα βίου καὶ κύδε' ἄλυξα.

Sunt enim mali hoc saltem nomine bonis viris vsui, quod insolentiam peropportune pellunt ab animo. *Ὄντως γάρ, κατὰ τὸν Σολομῶντα, συκοφαντία ἄνδρα ταπεινοῖ, καὶ οὐδεὶς οὕτως ἀνάλγητος ὡς μὴ παθεῖν τι τὴν ψυχὴν καὶ κατακαμφθῆναι εἰς γῆν, στόμασιν εἰς ψευδολογίαν εὐκόλοις παραπεσών.* A qua tametsi non arbitror tibi multum superesse periculi, quod abunde perdocuerit te modestiam, si nihil aliud, vel carnifex ille *ἡ λιθίασις*; non est tamen quod hoc nomine tibi debeas displicere, quod suscitarit Dominus aduersum te Adad Idumaeum, et angelum Satanae, qui te colaphizet.

Illa me tua vox plurimum delectauit, qua sic alicubi loqueris, 'Ego nec in odium cuiusquam nec in gratiam recedam ab Ecclesiae consortio'. Spero enim fore, quales quales interim sint de te calculi mortalium, vt quod diuus Hieronymus ait scripsisse Titum

420. *κῆδε' ἄληξα MS.*

403. Augustinum] See Ep. 2157.
414. Demosthene] *c. Aristog.* 1. 783. 43.
419. *Ὡς μή τις*] Greg. Naz., *ad Vitalianum* 40–41; f°. KK² of the Aldine *Carmina*, June 1504—probably the edition used by Ammonius.
422. *Ὄντως γὰρ*] Basil, *Ep.* 51, *ad Bosporium*; f°. T⁷ v°. in Opsopoeus' edition, 1528 (Ep. 1997. 5nn), which Ammonius was no doubt using.
427. *λιθίασις*] Cf. Ep. 2084. 12.
429. Adad] See 1 Kings 11. 14–22. angelum] See 2 Cor. 12. 7.
430. alicubi] In Ep. 2037. 268–70, already in print; cf. Ep. 2123. 14n.
433. Hieronymus] *Comment. in Osee*, bk. 2 *init.*

Liuium de Catone, 'cuius gloriae neque profuit quisquam laudando nec vituperando quisquam nocuit', etiam tibi veniat vsu.

Pascitur enim in viuis liuor, post fata quiescit.

Et, Omnia post obitum reddit maiora vetustas,
Maius ab exequiis nomen in ora venit.

Quamobrem magno interim animo perferendi sunt viperarum sibili, maxime quod etiam nunc plures nobiscum faciant quam cum illis. Et non ita multo post futurum reor vt magni quoque rabini ab infimis cerdonibus merito risui sint; quod longe aliud seculum paulo mox visuri simus, *εἴ γε καλῶς εἴκασμαι.*

Carolum istum Vtenhouium tibi commendarem, sed video nihil opus esse. Tamen si qua potest ad eam charitatem, qua suo illum merito et tua qua es humanitate complecteris, accessio fieri, ego censeo dignum quem arctissime diligas amesque. Qui cum domi posset hubertim paratis frui deliciis, peregre maluit agere, idque apud te, modo eruditior in patriam reuerteretur. Dominus Iesus faciat te seruetque incolumem ad Ecclesiae suae praecipuum honorem, optime Erasme, mihi semper et in primis obseruande; repleatque te omni gaudio spirituali, et tandem perducat illuc vbi gaudium erit vndiquaque plenum.

E Sylua nostra diui Martini Cartusiana, postridie Nonas Ianuarii Anno 1529 inchoante, pro calculo Romano.

Tuus semper ex animo
Liuinus idem Ammonius.

2083. From Guy Morillon.

Leipzig MS. Saragossa.
EE. 93. 6 January 1529.

[An original letter, autograph throughout. The year-date cannot be interpreted as $15\frac{28}{29}$, because Erasmus is still at Basle.]

S. P. Salutauit me tuo nomine Iaspar Trechsel, bibliopola: quod quam gratum mihi fuerit, facilius intelligi quam explicari potest. Egi hic dies aliquot, in abradendis pecuniis totus occupatus, quo tibi totus inauratus redeam. Et spero bona ex parte me id assequuturum.

Sunt hic multi Erasmo addictissimi. Inter quos dominus Michael don Lope, aduocatus regius, vir primariae auctoritatis

2082. 436. Pascitur] Ov. *Am.* 1. 15. 39.
437. Omnia] Cf. Prop. 3. 1. 23–4.
444. Vtenhouium] See Ep. 2093; and, for the addition of this paragraph, Ep. 2197. 19–24.

2083. 1. Iaspar] son of the famous Lyons printer, Jo. Trechsel: at whose death (a. 18 July 1498: GE. 2), Jaspar and his brother Melchior (Ep. 2231. 22) being still boys, their mother married as her third husband the Lyons printer Jo. Clein, and with him controlled the family press. On Clein's death in 1530 the sons undertook it, and carried it on till the great strike of printers at Lyons in 1539. Melchior then disappears; but Jaspar, after a brief interval at Vienne, where he printed Servetus' Ptolemy, 1541, returned to Lyons and continued the press till 1549. Ultimately both brothers are found in Spain, as agents for Lyons printers; Jaspar at Salamanca († 1570), Melchior at Alcala († p. 30 Jan. 1564).

See Baudrier, *Bibliogr. Lyonnaise*, xii, 1921, pp. 230–306.

7. don Lope] I have found nothing about him. Gachard (iii. 309) names a Don Lope de Urea as a gentleman of Charles v's household about this time.

non modo inter iurisconsultos sed etiam inter eos quibus commissum est negocium fidei, ita tibi patrocinatur aduersus istos scarabeos qui impacientissime ferunt opera tua in Hispanum idioma transferri, vt dignus omnino sit quem tuis literis honores; nam hoc vno homini nihil gratius facere potes. Mirum dictu quam celebre sit apud Hispanos Erasmi nomen, quantum bonis omnibus arrideant opera tua, quae in dies magis ac magis hispanisant.

Duo abs te ardentissimis votis petuntur. Alterum est vt libellum De ratione concionandi, quem pridem pollicitus es, in lucem aedas. Alterum vt, quod in quatuor primos Psalmos scripsisti, itidem in reliquo Psalterio scribas. Alioqui prestabat aut illud non promisisse aut hoc non propinasse degustandum. Haec sunt quae in primis hic flagitari audio. Quod cum prestare possis et non prestas, et Deum sua gloria et homines salute sua fraudare diceris. Sed quid ego hec ad te? quasi esses a me monendus.

De captiuitate Io. Alemani perduellionis rei, de aliis item ex ipso Iaspare planius intelliges. Vale.

Cesaraugustae apud Cantabros vi° Ianuarii 1529.

G. Morillonus.

D. Erasmo Rote. Basileae.

2084. To Peter of Mornyeu.

Opus Epistolarum p. 781. Basle.
N. p. 745: Lond. xx. 68: LB. 1007. 10 January 1529.

[This letter, written to introduce a friend, must be at some distance of time from Ep. 1777: it cannot be later than 1529, because it is printed in the *Opus Epistolarum* (H).

Albanus Torinus (Thorer or zum Tor) of Winterthur (1489–23 Feb. 1550) matriculated at Basle in 1516, B.A. 1520, M.A. 1522. After teaching for some time in St. Peter's school he went to Montpellier to study medicine, and made the acquaintance of Bp. Pellicier (Ep. 2049. 57n). Returning to Basle he began there a series of publications, mostly Latin translations from Greek medical writers: Soranus Ephesius 1528, Epiphanius 1529, Paul of Aegina 1532, Alex. Trallianus, Philaretus and Theophilus 1533, Diocles Carystius, Dares Phrygius (edit. princeps), Apitius, and Agapetus—all in 1541, Jo. Damascenus 1542, a German translation of Vesalius' *Epitome* 1543, Rhazes and Polybus 1544, Xenophon gr. lat. 1545. He also produced an *Epitome* of Chrysoloras' Greek grammar, Basle, J. Bebel, 1528 (Panzer vi. 265), and editions of Theocritus and the *Galeomyomachia*. His only original composition was a pamphlet in German about precautions against the plague, Basle, 1539.

In 1532 the University appointed him professor of rhetoric, and in 1536 a professor of medicine; after an interval during which he had been physician to Margrave Ernest of Baden. In 1542 he was rector of the University; but he forfeited his professorship in 1545 for going off without leave to a consulta-

23. diceris *EE*: dixeris *MS*.

10. scarabeos] Cf. Ep. 2004. 13–18.
14–15. hispanisant] See Ep. 1742. 173–8.
17. concionandi] Cf. Epp. 2016. 25–7, 2065. 74n, 2225. 22–4, 2261. 43–4.
18. Psalmos] See Epp. 327, 1304 introd., 1427, 1535.
19. in reliquo] See Epp. 2017, 2266, 2285.
24. Alemani] See Ep. 1554 introd. He was seized at Toledo and imprisoned in Dec. 1528: EE. p. 294.

tion at Montbéliard over Duke Christopher of Wurtemberg. A few of his autograph letters are in the Basle MSS. G. II. 27. 67, 68, Ki. Ar. 18a. 382. The last, dated 16 Sept. ⟨1535⟩, sends greetings to Erasmus, 'aeui nostri splendor et gloria'.

See Jöcher; ADB. xxxviii. 453–5; Cog. E. i. 261; and M. Roth, *Andreas Vesalius*, 1892, p. 375.]

ERASMVS ROT. PETRO MORNYEO, ABBATI S. SVLPICII, S. D.

Qvi pigri sunt ad scribendum, semper epistolae breuitatem excusant per tabellarium: qui si parum certus obtigit, negant illi committendas prolixiores literas, ne vel multum operae periret, si non perferrentur, vel ad plures dimanaret quod vni notum esse oportuit, si latoris perfidia resignarentur. Si contigit exploratae fidei per quem scribant, negant opus prolixis literis, quum melius coram omnia relaturus sit tabellio quam literis mandari possint.

Hac excusatione vere poteram vti, quandoquidem ad te proficiscitur Albanus, vtrique nostrum non modo notus verum etiam charissimus. Ex eo cognosces quicquid hic vel publice vel priuatim geritur. Geruntur autem noua permulta, quae precor vt Deus vertat in bonum exitum. Ego calculo vesicae grauidus pascor, victima nil miserantis Orci, vt ait Flaccus.

Tuum silentium tam diutinum duobus nominibus mihimet excuso, vel quia non dantur per quos scribas, vel quia totus es in sacris voluminibus, nec potes a semel gustato melle diuelli. Erit tamen pergratum si cognouero te prospera esse valetudine nostrique meminisse. Nihil opus vt tibi Albanum commendem, cuius res optarim aliquanto esse secundiores. Si quando incides in fratres Alardetos, quaeso ne graueris illis meo nomine salutem dicere. Bene vale.

Datum Basileae IIII. id. Ianuar. Anno M. D. XXIX.

2085. From Christopher of Carlowitz.

Leipzig MS.
EE. 94. — Besançon.
10 January 1529.

[An original letter, autograph throughout: between Carlowitz's settlement at Besançon (Ep. 2010) and Erasmus' migration to Freiburg (Ep. 2150). The postscript shows in two places (ll. 22–3, 29) that a large part of the letter is lost.]

... ⟨Nulli tamen hic notum est, cum vina / Burgundica varia sint, nec eiusdem omnia coloris, quo potissimum genere delecteris. Quare fac ea de re primo quoque tempore sensum tuum intelligamus.

De C. nihil est quod scribam, nisi quod propter amicitiam quam tu mihi tecum esse voluisti, nonnihil alieniori a me animo quam fuerit, esse videatur: quod ego pro meo in te studio, ita vt debeo, non vsqueadeo moleste fero. Neque vero arbitror illum hoc tempore quidquam in te moliri, cum rerum suarum ita satagat vt,

2084. 13. Flaccus] *C.* 2. 3. 24.
20. Alardetos] See Ep. 1852.
2085. 1. Burgundica] For Erasmus' need of good Burgundy cf. Epp. 2115, 2241–2, 2330, 2348. 7–9; the last mentions difficulty in procuring it good.
5. C.] No doubt Carinus; see Ep. 2111. 28n.

quid se faciat, ipse propemodum dubitet. Nam et canonicatum illi initio huius anni ademptum esse audio; et hodie ad eum nuncius de patris Valentini, in cuius liberalitate illi erant fere omnia, morte allatus est. Quare videtur in summo esse moerore, et nihil minus quam de vestro dissidio cogitare. Si quid tamen molitur, suspicor illum ea in re fratris Neseni, qui Wittembergae est, opera vti. Nam ad eum superiori mense ingentem fasciculum chartarum misit; sed quidnam tandem rei in iis fuerit, nondum etiam scio. Vale. Vesontione 10 Ianuarii Anno 1529.

Tui cum primis studiosus Ch. a Carlewitz.

Cum litteras has iamiam obsignaturus essem, venit mihi in mentem postremam libelli partem nondum satis luculente descriptam esse. Nihilominus, vt res verbis epistolae meae congrueret qua scripsi me libellum ad te mittere, eam quae descripta fuit partem misi. Quam peto abs te vt, vbi perlegeris vel inspexeris potius (cur enim velis perlegere?),—vbi, inquam, inspexeris, ad me remittas; et simul etiam, si quid litterarum a Duce per hosce menses acceperis in quibus mei mentio sit facta, mihi, nisi molestum sit, significes. Hoc mihi, vt omnia offitia tua, maiorem in modum gratum erit. Iterum vale et prolixitati litterarum mearum, sed et neglegentiae, ignosce.

. . . ssimo viro domino Erasmo / Rotero⟩damo, amico et prae/-ceptori⟩ optime de me / merito⟩. / Ba⟩sileae.

2086_{2099} TO HENRY EPPENDORFF.

Pirckheimeri Opera, p. 303. ⟨Basle.⟩
LB. 1087. ⟨c. January 1529.⟩

[This is perhaps the reply to Eppendorff's letter of June 1528, which Erasmus declared he had never received (Ep. 1934 introd.); and to which an answer was still being awaited in December (Ep. 2081. 28–9). A Frankfort fair is impending (l. 57), and Erasmus is engaged with the *Vidua Christiana*, Seneca and Augustine. Thus an approximate date can be assigned.]

---

10. canonicatum] at Beromünster, mentioned in Ep. 920 introd.; in which he appears to have succeeded a relative of the same name. See further in Ep. 2152. 18–20. M. Estermann, *Die Stiftsschule von Bero-Münster*, 1876, p. 35, states that he resigned his canonry c. 1530.

12. Valentini] Furster; see Ep. 1798 introd. The parentage there suggested for him is evidently incorrect.

15. fratris Neseni] Conrad (1495–25 June 1560), younger brother of William Nesen (Ep. 329). In 1519 he was in Paris, where the *Dialogus bilinguium ac trilinguium* (Ep. 1061. 505n) was fathered upon him. On 14 June 1525 he matriculated at Wittenberg, and studied law; but left in 1530 to become tutor in Ferdinand's court. Ill-health led him to resign in 1532, and he returned to Wittenberg. After becoming licentiate there, he was appointed Syndic of Zittau in Saxony on Melanchthon's recommendation in 1533: and there the rest of his life was spent, as a tenacious champion of Lutheranism. See ADB. xxiii. 437.

21. libelli] See Ep. 1951. 27n. In the Dresden archives, Loc. 10755, f. 298, is a ms. copy of Carlowitz's translation, probably contemporary, dated Besançon, Oct. fin. 1528: see F. A. Langenn's *Chr. von Carlowitz*, 1854, p. 23n.

23. scripsi] In the lost portion.

26. litterarum] None are extant.

Duce] George of Saxony.

Tanta religione inter nos amicitiae foedus ictum est, vt non possit sine summo perfidiae crimine violari. Quanquam, vt scis, tua amicitia mihi nusquam est opus; laedere licet et vermiculis et scarabeis. Quantum autem tu possis laedere nescio. Certe ego prodesse cupio omnibus, laedere neminem. Si famam venaris, honestiorem tibi parares alia via quam mihi obtrectando. Si pecuniam captas, eam, tametsi mihi perquam exigua est summisque parta laboribus, tamen citius communicarem amico quam hosti minitanti: etiamsi magis conueniebat vt tu tua pecunia subuenires aetati laboribusque meis, quam vt ⟨ego⟩ tuis impendiis.

Scis quum hic discederes, me plura praestitisse quam arbitri praescripserant, ne praeberem occasionem rescindendae recens sartae concordiae. Hic iam tum erat sparsus rumor saeuus, me per te adactum ad conditiones quas tu pro tribus aureorum millibus nolles subire. Id commode sum interpretatus abs te dictum priusquam dextras iunxissemus. Mox atrociter etiam rumor peruasit totam Germaniam vsque ad Aquisgranum. Et hoc comiter accepi, missisque litteris sic compescui rumorem, vt tuum negotium agerem potius quam meum. Deinde tales ac tam multi retulerunt voces tuas plusquam hostiles, vt vix potuerim vel diffidere nunciantibus vel in bonam partem interpretari quod nunciabant. Nondum tamen libuit eam persuasionem penitus demittere in animum meum, ne qua per me staret quo minus maneret sarta gratia. Ac prorsus opto esse vana omnia quae mihi relata sunt.

Illud, opinor, non inficiaberis, te desiderare in me fidem quidem, qui hactenus non emiserim libellum quem pacto recepi. Atqui scit tua prudentia non tam facile nasci nouos libros; neque nescit non quodlibet argumentum tibi congruere. Illud autem hic nemo nescit, me in castigandis Augustino et Seneca ceterisque quae sunt in manibus, sic obrui laboribus vt amici me clament esse parricidam. Deinde iam quaternis litteris efflagit⟨at⟩ur a me vt, sicut Reginae Angliae scripsi Christianam Vxorem, ita Mariae, Caesaris germanae, quondam Hungariae Reginae, scribam Viduam Christianam. Adde quod mihi cum tot monstris theologorum ac monachorum iuge et capitale bellum est. Quid multis? Si ter frater esses, non potuissem hactenus tibi satisfacere. Quod si licuisset,

10. ego *add. LB.* 17. *LB*: dextris *P.* 35. scribam *LB*: scripsi *P.*

---

12. discederes] c. 5 Feb. 1528: see Ep. 1934 introd.
arbitri] See Ep. 1937.
14. rumor] Cf. Epp. 1991. 25–7, 1992. 158–61.
17. iunxissemus] On 3 Feb. 1528.
18. ad Aquisgranum] whence it had probably been reported by Jo. Vlatten (Ep. 1390).
19. litteris] Such as Ep. 1992.
21. retulerunt] But cf. Ep. 2081. 26–8.
28. libellum] See Ep. 1941.
31. Augustino] See Ep. 2157.
Seneca] See Ep. 2091.
32–3. parricidam] Cf. Ep. 1906. 16n.
33. quaternis litteris] Cf. Epp. 2011. 40–48, 2110. 1.
34. Vxorem] See Ep. 1727.
35. Viduam] See Ep. 2100.

non fuisset opus vllo monitore: id sat arguit quod in ceteris et plus debito praestiti et ante tempus.

Iam scis huic rei nullum fuisse praescriptum tempus; et adiectum fuit, 'si comperissem te ex animo factum amicum'. Quod si prorogassem aequo longius, admonitionem oportuit praecedere, priusquam ad minas aut inimicas voces veniretur: et arbitrorum erat diem praefigere. At narrant te mecum per litteras acerrime expostulasse de perfidia, quum ad me nulla sit perlata syllaba. Vbi locus perfidiae, vbi nullum praescribitur tempus? Et si praescriptum fuisset, non statim est actio perfidiae vbi non praestatur promissum. Alioqui quotiens debitor non numerat pecuniam ad diem constitutum, deberet accus[s]ari perfidiae. Quod quam sit absurdum, nemo te melius nouit. Praeterea contractus ad diem praescriptum recipit excusationem, vt ⟨si⟩ inciderit morbus aut alia necessitas. Haec excusatio magis valere debet, vbi nullus est praestitutus dies.

Iam de declarato animo tuo deque conditione promissi nihil causificor, ne videar vsquam defuisse concordiae. Habebam in animo, si qua possem, his nundinis satisfacere pactis. Sed si vera sunt quae narrantur a tam multis, nescio quid mihi sit faciendum. Si animum hostilem iam palam declarasti, quid dicent si liber prodierit? quid nisi aut te tantum improbitate valuisse vt huc adegeris Erasmum, aut me tam timidum esse vt cuiuslibet imperata faciam. Vides, opinor, eam rem vtrique pariter dedecor⟨o⟩sam futuram. At pactum habet vt negotium citra alterutrius notam transigeretur. Illustriss⟨imus⟩ dux Georgius putat inter nos summam esse concordiam—id ad me scripsit quidam illi intimus: quod quidem ille putat esse confectum suis litteris.

Ottho eques iam, vt aiunt, de capite periclitatur. Tuas ad hunc litteras mihi transmiserunt, et ad Ducem Georgium scriptas simili argumento. Verum eorum quae facta sunt ante sartam amicitiam, non refrico memoriam. Fac ita agas ne quis in te synceritatem ac fidem desideret. Etenim si constiterit te fucato animo mecum rediisse in gratiam, satis diuinat tua prudentia quid de te sensuri sint Dux ceterique mortales. A me nihil fiet noui, nisi me de tuo animo per litteras feceris certiorem.

2087. From Louis Ber.

Basle MS., f. 4. ⟨Basle.⟩
⟨c. January 1529.⟩

[An original letter, autograph throughout, but with no address: in the volume from which comes Ep. 1420. As it is a request for a general letter of

68. Georgium *LB*: Germaniae *P*. 72. *LB*: reddisse *P*.

42. si comperissem] Ep. 1934. 492–3.
45. litteras] Cf. Epp. 2081. 28–9, 2099. 1.
63. pactum] Ep. 1937. 6–7.
66. intimus] Probably Pistorius: cf. Epp. 1940. 2–3, 1951.
litteris] See Ep. 1951. 3–9.
67. Ottho] Pack; see Ep. 1934. 385n.
68. litteras] See Epp. 1934. 385–94, 1951. 13–16.

introduction, to be used after leaving Basle, it may be dated approximately. The precise date of Ber's departure seems not to be known. On 11 Jan. he resigned his provostship at St. Peter's and canonry (Zw. E². 796): on 13 Feb. Oecolampadius wrote to Capito that he had gone 'ante mensem' (Basle MS. Ki. Ar. 25ª, f. 51). His destination was perhaps Thann; cf. Ep. 2112. 4n.]

HVMANISSIME D. Erasme et mihi semper obseruandissime, excellentia tua, rogo, dignetur me aliqua epistola manu tua per ocium scribenda aut saltem subscribenda, quam vbiuis gentium et quibuslibet secure possim tuo assensu ostendere et communicare: qua declares quid cause te iam nonnihil remoretur Basilee, et quam indissolubili nexu perstes cum Ecclesia catholica aduersus noui Euangelii assertores Lutheranos et Oecolampadianos. Eiusmodi epistolam vt Christianum et immortale tue erga me beneuolentie pignus veluti preciosum et mihi charissimum thesaurum, quocunque proficiscar, mihi diligenter seruabo: plurimis tamen communicaturus pro tua dignitate ad multorum edificationem.

Manus nota.

2088. To John Vlatten.

Ciceronianus, 1529, p. 242 (β). Basle.
H. p. 965: N. p. 903: Lond. xxiii. 10: LB. 1008. 24 January 1529.

[A letter of explanation, appended, with the revised text of Ep. 1900, a memorial notice of Wimpfeling by Beatus Rhenanus and some verses by Janus Cornarius (Ep. 2204), to the second edition of the *Ciceronianus*, Basle, Froben, March 1529 (β of Ep. 1948); which the Froben editions of Oct. 1529 (γ) and March 1530 (δ) follow. In the volumes of *Epistolae* some slight changes are found. The year-date needs no further confirmation.]

DES. ERASMVS ROTEROD. ORNATISS. VIRO IOANNI VLATTENO S. D.

QVOD fatum aut quis genius hanc malignitatem adiunctam rebus humanis esse voluit, Vlattene charissime, vt quae plurimis placent, eadem multis vehementer displiceant? Simul, atque eodem, vt ita loquar, nixu, nuper emisimus duos libellos, alterum De Pronunciatione, alterum De Ciceronis imitatione; quorum ille sicuti neminem offendit, ita minus inuenit amatorum, hic quemadmodum auide distractus est, ita apud aliquot non mediocrem offensam incurrit. Queruntur alios silentio praeteritos quos non oportuit; alios secus attactos quam par fuit; alios infra meritum, alios supra meritum praedicatos. Ad argumentum quod illic agitur, sufficiebant veterum exempla septem, tantum abest vt statuerim omnium scriptorum nomina percensere; praesertim quum hoc ipsum sit hic quasi πάρεργον, in quo si voluissem esse copiosus, merito poterat in me torqueri Graecorum adagium, μεῖζον τοὐπίσαγμα τοῦ θυλάκου. Iustius hoc nomine poteram ineptus videri qui tam multos recensuerim, quam qui quosdam praeter-

2088. 4. libellos] See Epp. 1948, 9.
8. praeteritos] Cf. Epp. 2008, 2040, 2056.
11. veterum] The criticism of individuals begins with Cicero's contemporaries: LB. i. 1005 F.
exempla] Cf. Ep. 2008. 11–12.
14. adagium] *Adag.* 3169.

miserim; ineptior multo futurus si conatus fuissem omnium aestimare stylum qui scriptis innotuerunt, quandoquidem hodie tam multos habet Germania, Gallia, Anglia, Hungaria, Polonia iuuenes, qui possunt eleganter tum dicere tum scribere. Vtinam ad pietatem tantundem profectus accessisset!

Caeterum quod neminem vel odio vel obliuione praetermiserim, illud argumento est, quod quorundam quos et vnice diligo et video quotidie, nullam feci mentionem. Noueram quosdam esse tam virginei pudoris, vt omnino in publicis scriptis velut e proscenio nominari non sustineant—nam est prorsus histrionicae genus, libros in vulgum aedere—; quosdam adeo delicatos vt nescias quomodo tractari debeant; alios tam feroces ac morosos vt quomodocunque palperis, recalcitrent. Iam si tantum laudassem quos nomino, et laudassem citra exceptionem, corrupissem expetitum huius operae fructum; siquidem ex huiusmodi censuris magnopere proficiunt adolescentes, dum assuescunt omnes cum iudicio legere, tum quid in quoque vitandum sit aut expetendum dispicere. Plurimum autem interest inter censuras et encomia.

Iam hic erat huius recensionis scopus, vt anxius ille Tullianae phraseos affectator neminem omnium dignaretur honore Ciceroniani cognominis. Id tametsi fit sub persona Nosoponi, hac in parte parum sani iudicii, tamen ne quem omnino offenderet negatus titulus, singulis multum laudis aspersi, eo temperamento vt nec candorem in me quisquam possit desiderare, et quod cuiusque proprium est, agnosceret attributum; adeo non maligne vt nec hostium nomina sileam, velut Hutteni et Stunicae, nec illos merita laude fraudem. Nam quod quidam stomachabantur Budaeum parum honorifice tractatum, arbitror illos sui iudicii poenitere. Nec minus impudenter mussabant quidam me Longolio subinuidere, quum vix a quoquam praedicatus sit candidius; quanquam ille quaedam aspersit scriptis suis, quae suspitionem praebeant ipsum non admodum magnifice de meo ingenio sensisse. Verum haec iudiciorum libertas in viris eruditis nunquam offendit animum meum. Si recte iudicant, docent; sin minus, humanum est vitium, nec satis dignum quod bonorum dirimat amicitiam. Optarim multos esse Longolios, qui luderent in oratorem Batauum, modo de disciplinis ac religione Christiana bene mererentur: quod illum egregie fuisse praestaturum arbitror, si vita longior contigisset. Iam ne parum esset ponderis laudibus quas eruditis asscribo, fingo personam hominis egregie docti, qui caetera sanus, tantum immodico Ciceronis amore deliret.

Sed o vitam hominis fugacissimam! o rerum humanarum Euripum, aut si quid est Euripo volubilius! Dum haec loquimur, fugit hora, vt ait Satyricus, et dum amicos recensemus, vnum non

20. possunt *H*: possint *β*. 37. hac *β H*: hoc *γ*. est *post* hac *β*: *om. H.*

---

23. quorundam] e.g. Beatus Rhenanus; see Ep. 2008. 15–20.
42. Stunicae] See vol. iv, p. 621.
43. quidam] See Ep. 2021 introd.
46. candidius] Cf. Epp. 1675, 1706, 1707.
52. Batauum] Cf. Ep. 1706. 6.
60. Satyricus] Pers. 5. 153.

postremi loci amisimus, Iacobum Vuimphelingum Sletstadiensem: qui quidem inter felices numerari poterat, nisi senectus illius in hoc seculum multo turbulentissimum incidisset. Nam a teneris vsque annis educatus est in honestissimis litteris, primum Sletstadii sub Ludouico Dringenbergio Vuesphalo; deinde Friburgi, mox Heydelbergae, pontificii iuris peritiam cum theologiae scientia non infeliciter coniunxit, et alioqui nullius honestae disciplinae rudis. Eloquentiae vero tantum praestitit tum in carmine tum in oratione soluta, quantum vel a theologo vel ab illorum temporum homine possit requiri. Ascitus Spiram, ecclesiastae munus non sine laude gessit.

Inter haec vir pius, ardens amore rerum coelestium, eoque pertaesus seculi quod, teste Ioanne, totum in malitia positum est, de secessu cogitauit. Eius propositi consortem habebat Christophorum ab Vtenheim, doctum pariter et castissimae integritatis virum. Atque vt nudus ad nudum Christum confugeret, quod erat ecclesiastici census—erat autem quod ad vitae mundiciem sufficiebat—resignauit. Caeterum hoc consilium abrupit Christophorus, ad episcopi munus retractus; amicis ita suadentibus, futurum vt si ad mentem tam piam accessisset autoritas, plures Christo lucrifacere posset quam si se abdidisset. Ille tamen sua paupertate laetus, pergebat quod instituerat agere; rursus Heydelbergae sacros autores enarrans, et in his Hieronymum. Ad haec libellis aeditis et adolescentiam instituit, et sacerdotes ad pietatis castimoniaeque studium excitauit. Nec grauatus est amore pietatis agere paedagogum aliquot magnae spei adolescentibus; quorum praecipuus nunc inter nobiles doctrina, synceritate, candore, prudentia, nobilissimus Iacobus Sturmus, cuius consiliis plurimum debet tota pene Germania, non solum inclyta ciuitas Argentoratum.

Nec inuidia caruit hominis sancta libertas. Romam excitus est homo et senio et hernia tardus, monachorum Augustinensium

61. γ: Vuinphelingum β.

---

61. Vuimphelingum] † 15 Nov. 1528: see Knepper's biography (Ep. 224), p. 326.

65. Dringenbergio] Louis of Dringenberg, E. of Paderborn, after education among the Brethren of the Common Life, matriculated at Heidelberg 20 Dec. 1430, and was B.A. 12 July 1432, M.A. 13 April 1434. In 1441 he was appointed the first rector of the Latin school at Sélestat; and there he worked till his death c. 1477. Two MSS. of Boethius' *De consolatione*, and a printed volume of the Sentences (Strasburg, *s. a.*: Walter 375), which belonged to him, are in the Town Library there.

See J. Gény, *Gesch. d. Stadtbibliothek zu Schlettstadt*, 1889, pp. 18–21; and H. Hamelmann, *Illustr. Westphaliae vir.*, ed. K. Löffler, 1908, p. 215.

Friburgi] 1464–9.

66. Heydelbergae] 1469–83.

70. Spiram] 1483–98.

73. Ioanne] 1. 5. 19.

74. de secessu] The information at this point seems to be derived from Wimpfeling's *Expurgatio contra detractores* composed c. Nov. 1512, and printed by Jo. Prüs, Strasburg, 1513.

75. Vtenheim] See Ep. 598.

82–3. rursus Heydelbergae] 1498–1501.

84. libellis] Such as the *Isidoneus*, c. 1496, and *Adolescentia*, 1500; and, for the clergy, *De integritate*, 1505, and *De concubinariis*, 1507.

88. Sturmus] See Ep. 302. 13n.

opera, quod alicubi scripsisset Augustinum non fuisse monachum, aut certe non talem quales nunc habentur Augustinenses; quum hi tamen illum in tabulis ac libellis exhibeant promissa barba, nigra cuculla et zona coriacea. Hoc incendium ex minima scintilla latius euagaturum Iulii secundi pressit autoritas, idque bonorum omnium applausu.

Praeter alias aduersitates quibus hominis virtus exercita fuit, hoc fatale totius Ecclesiae dissidium vehementer illum afflixit, ac tantum non ad vitae taedium adegit. Itaque ⟨post⟩ solitudinem ac secessum frustra tentatum, ingrauescentibus annis egit Sletstadii in aedibus Magdalenae sororis; ex qua nepotes duos, quos paterno semper affectu complexus fuerat, reliquit, moribus ac litteris eleganter institutos. Quorum Iacobus Spiegellius iuris prudentia clarus, prius Maximiliano Caesari, mox Regi Ferdinando fuit a consiliis: apud quem nuper Ioannes Maius, natu minor, in fratris locum successit, aulae primoribus indolis elegantia ac dexteritate morum optimo iure gratissimus.

Nondum tamen statui vtrum Vuimphelingi mors gratulatione dignior sit an deploratione. Annum attigit pene octogesimum, diutius etiam victurus, si corpusculi deficientis rationem vllam habere voluisset; et subductus est huic seculo, quo nihil fingi potest inquinatius. Postremo, nihil addubito quin vitae innocenter actae praemiis iam fruatur apud coelites.

Sed vt redeamus ad id quod instituerámus: Multo post aeditum Ciceronianum, comperi hoc ipsum argumentum fuisse tractatum tribus epistolis inter Franciscum Picum, co. Mirandulanum, et

---

93. Augustinum] This conclusion, to which he had come while a student at Freiburg, Wimpfeling asserted again with vehemence in chh. 31, 32 of the *De integritate* (l. 84n). The indignant Orders tried to get him cited to Rome, but Julius II would have none of it; cf. Ep. 333. 132–5. See Schmidt i. 49–52; and Knepper, pp. 187–91, 349–51.

99. exercita] Cf. Epp. 612. 10n, 1067. 1–5, 1517. 4–5.

103. Magdalenae] A sister younger than himself, † 15 Aug. 1532. She married first Jacob Spiegel, and then John Meier, both bakers of Sélestat: see Knepper, pp. 5, 327.

105. Spiegellius] See Ep. 323. 12n.

107. Maius] Jo. Meier (31 March 1502–16 July 1536), after studying at Heidelberg (matric. 1 May 1516) and Freiburg (matric. 16 Nov. 1518), was introduced into Maximilian's court through his half-brother Jac. Spiegel; whom he succeeded in 1526 as secretary to Ferdinand. For his services he was rewarded with the provostship of the Cistercian abbey at Zwettl in Lower Austria, NW. of Vienna. He was buried at Hall in the Inn valley.

See Schmidt i. 88n; BRE; EE. 164; and G. Knod, *Jacob Spiegel*, 1884, pp. 16–17, quoting memorial inscriptions set up at Schlettstadt and Hall, from Spiegel's *Iuris Ciuilis Lexicon*, Strasburg, 1539, *s. v.* rapi. In a letter of 5 Aug. 1535 (NE. 155) Maius writes with enthusiasm of Erasmus: in his youth he seems to have had close intimacy with Aleander (Al.E. i. 90).

118. Picum] Jo. Francis (1470–15 Oct. 1533), biographer of his more famous uncle (Ep. 126. 128n), with whose works his own were often printed, including numerous letters 1492–1520. In March 1517 he delivered at the Lateran Council a vigorous oration *De reformandis moribus*, especially attacking the clergy. A letter to him of 24 July 1530 in Sad. E. shows that he was a friend of Sadoleto. He was murdered by his nephew Galeotto. See NBG; Pastor vii. 5–6, viii. 406–7; EE². 114.

His correspondence with Bembo *De imitatione* is dated at Rome 1512–

Petrum Bembum; quorum alter fusius disserit, alter haud ita multum a me dissentit: negat enim se loqui nisi de rarae felicitatis ingeniis. Neque hic deterret a bonorum autorum lectione, sed ad vnius Ciceronis imitationem inuitat, atque adeo, quod est difficilius, emulationem. Mihi cum his modo res est, qui huic superstitioni sic addicti sunt vt miro fastidio respuant quicquid dissonat. Recognouimus libellum, emendatis perpaucis locis, adiectis etiam nominibus aliquot. Quum enim pridem excuderetur, subito exortus ἀλαζὼν συκοφαντικὸς cursum et attentionem nonnihil interrupit: vt sunt quidam ad nihil aliud nati quam vt honesta conantibus facessant negocium, ipsi nullis occupati preterquam alea, scortis, comessationibus et gloriis. Bene vale.

Datum Basileae nona Cal. Februar. Anno domini M.D.XXIX.

2089. From Peter Gilles.

Breslau MS. Rehd. 254. 1. Antwerp.
EE[2]. 107. 25 January ⟨1529⟩.

[An original letter, autograph throughout. The year-date can be assigned from the connexion with Epp. 2055, 2063, 2112.]

DOMINO ERASMO P. AEGIDIVS S.

Minoritae ineptias habuit hic Michaelita quidam, sed quod doleo, reddidit. Effeci per amicos vt recuperaret. Verum negauit Minorita; nam vetitum est ab Academia Louaniensi, non solum ne proferat, sed omnino supprimat. Multis quidem modis tentaui negocium, sed frustra.

Reliquit apud me Hermannus Phrysius hanc ad te Episcopi Panhormitani epistolam. Nullus occurrit nuncius oportunus hactenus; nam egeram etiam cum Erasmo Schetano. Proinde commisi Magistro Postarum, qui sancte promisit se curaturum vt tibi reddantur.

2088. 130. *H*: aleae *β*. 131. nono *H*. Anno domini *om. H*.

13: first printed *s. l. et a.* and then by Froben, May 1518. In the third edition of the *Ciceronianus*, Oct. 1529 (γ), Erasmus inserted in Nosoponus' mouth these words about him: 'Caeterum qui conuenit vt eum recenseas inter Ciceronianos, qui cum Petro Bembo disputans damnat addictos exprimendo Ciceroni?' (LB. i. 1009 C).

2088. 119. alter] Bembo.
alter] Pico.

127. ἀλαζὼν] Clearly Eppendorff: see Ep. 1934.

2089. 1. Minoritae] No doubt Titelmans (Ep. 1823); whose Paraphrase on the Pauline Epistles was about to appear at Antwerp. See Ep. 2063. 57–9.

Michaelita] An inmate of the Praemonstratensian abbey of St. Michael at Antwerp.

6. Phrysius] See Epp. 903. 12n, 2056.

7. Panhormitani] Jo. Carondelet: see Ep. 803. 12n. Evidently H. Phrysius had obtained an answer to Ep. 2055. It perhaps did not reach Erasmus till 1 March: see Ep. 2112. 19.

9. Magistro Postarum] Franz von Taxis († c. Dec. 1517) appears c. 1491 as head of a postal system in the Emperor's Austrian dominions. Later under Maximilian it was centred in the Netherlands. The present Master of the Posts was his nephew, Jo. Bapt. von Taxis, †16 Oct.

Ego vero interea, mi Erasme, si quicquid meae apud te preces valent, oro contendoque vt digneris ad me remittere syngraphas meapte manu scriptas et subsignatas, aut acceptilationem de rebus tuis. Nam si humanitus vtrique quicquam accideret, posset mihi aut liberis meis exhiberi iniquissimum negocium: quod tu certo scio nullatenus velles factum. Video experiorque indies in foro quam subdolus sit mundus et quam optimis quibusque imponatur. Quod si me hoc scrupulo leuaueris, plurimum gratificaberis. Quocirca te queso ne officio desis tuo.

Audio te affuturum hoc vere: quo nihil mihi potest esse iucundius. Ego vero, quicquid est fortunularum nostrarum, id totum tibi dedico tradoque. Nec est quod aliunde ⟨alio⟩ migres; fortassis nusquam tranquillius et commodius viues quam hic. Noui naturam tuam, noui stomachum melius quam plures alii.

Hic prorsus nihil audimus rerum nouarum; cum finitimis stat altissima pax. Interea, mi Erasme, valebis.

Anduerpiae, xxv[a] Ianuarii.

Erasmo Roterodamo, patri et preceptori vnice obseruando.

2090. To Ferdinand.

Opus Epistolarum p. 880. Basle.
N. p. 833: Lond. xxii. 21: LB. 1009. 27 January 1529.

[The year-date is confirmed by the connexion with Epp. 2005, 2030. For eighteen months Erasmus had been thinking of leaving Basle (Epp. 1861. 6n, 1926. 15n), the religious dissensions being more than he could bear (Ep. 1943. 38–9). Through the autumn his intention grew steadily stronger (Epp. 2029. 94, 2038. 1, 2054. 3), but he was not sure whither he would go. Hopes of his imperial pension would draw him to Brabant; Besançon, Cologne, and Aachen were proposed to him (Epp. 2112. 4–11, 2120. 119–21, 2137, 2146, 2159); Spires attracted him (Epp. 2107, 2112, 2136); to Augsburg he was warmly invited (Epp. 2029. 93–5, 2145); at Trent a home awaited him (Ep. 2097. 20n); Freiburg, though less to his mind, was nearer, and moreover within Ferdinand's dominions, where the changes in religion had as yet made no impression.

His motive in writing the present letter was no doubt to elicit an invitation; as to which he may have charged the bearer with more explicit verbal instructions. A month later he renewed the petition, through Ferdinand's minister (Ep. 2107), and then in March with a direct letter (Ep. 2130. 109). Epp. 2145, 2158, 2161, 2209 show that he was successful. Ferdinand wrote from Spires, probably during March, repeating the former invitation to Vienna, with a safe-conduct; and sending a letter to the Town-council of Freiburg, to commend Erasmus to their care. Neither letter is extant.]

SERENISSIMO PRINCIPI FERDINANDO PANNONIAE BOHEMIAEQVE REGI ETC. ERASMVS ROTERODAMVS S.D.

Pro mea in tuam maiestatem obseruantia proque illius amplis-

2089. 22. alio *addidi, in fine versus.*

1541. See J. Rübsam in ADB. xxxvii. 488–91, 496–9; and for the service of posts cf. Ep. 2309, and Ma. E. 11, 30, SE. 279.

2089. 12. syngraphas] Perhaps documents signed by Gilles in connexion with his undertakings on Erasmus' behalf in 1528: see Epp. 1993, 1999, 2001, 2014.

20. Audio] Perhaps through H. Phrysius; cf. Epp. 2055. 14, 2112. 21. See also Epp. 2090, 2097. 10.

simis erga me meritis, semper eam fortunam tibi precatus sum, regum decus Ferdinande, quae quum ista tua summa nobilitate, longa Caesarum et opulentissimorum regum serie porrecta, tum ista tua singulari pietate integritateque digna foret. Nihil autem iudicaui tanto Principi, tali indole praedito, felicius posse contingere quam si ditionem suam citra sanguinis humani iacturam vel adipisceretur vel tueretur vel proferret. Idem semper optaui inuictissimo Caesari Carolo, tuo germano, quem pari tecum religione semper, vt debui, veneratus sum. Caeterum quoniam prima illa mea vota video non valuisse, certe quod erat proximum, superis res tuas prosperantibus, euenire gaudemus. Incredibilem enim coepimus voluptatem ex rumore huc nuper allato, sed multo vt certiorem, ita vberiorem ex amicorum literis, quae nunciabant te nec multa strage nec magno sanguinis humani dispendio Pannoniorum Booemorumque regna in ditionem tuam redegisse.

Non enim mihi valde placent Romanorum triumphi, qui videbantur hoc esse splendidiores, quo plura hostium milia trucidata, plures exustae ciuitates ac vici, plures orbi, orphani viduaeque factae nunciabantur ; denique quo maior captiuorum ac sauciorum turba ad inuidiosum spectaculum producebatur, quasi parum esset esse prostratos, nisi accederet calamitatis exprobratio. Nulla potest esse victoria speciosior quam quae, quantum licet, cum paucissimorum exitio coniuncta est, quaeque longissime abest ab ea quam Graeci Cadmaeam appellant ; tum ex qua victor maiorem prudentiae moderationisque laudem refert quam fortitudinis aut etiam felicitatis. Non admodum plausibilis felicitas est quae plurimorum emitur infelicitate. Quot cladibus interdum emitur vnius oppiduli aut arcis expugnatio, vt non minus fleat victor quam victus! Quot mortibus constitit Graecis Troia capta, in cuius obsidione plures propemodum absumpsit pestilentia quam gladius! Tu vero Pannoniae regnum amplissimum pariter et opulentissimum, iam ab alio occupatum ac dissidiis turbatum vndique, tuorum minimo, hostium vero non ita magno dispendio vindicasti.

De C. Caesare, ni fallor, scriptum est,

Secumque deos in praelia ducit.

Agnouit et ipse suam felicitatem, 'Veni,' inquiens, 'vidi, vici'. Quanto iustius haec in te dici possunt, Principem singulari pietate sanctimoniaque praeditum, qui nullo pene conflictu, solo aduentu tuo, tantos Pannoniae motus composueris, tantum regnum tibi asserueris, occupatore depulso. Quid hac victoria plausibilius, adeo non cruenta, vt ipsis etiam hostibus gratulari liceat quod in victorem tam clementem tamque cordatum inciderint? Nec dubito quin quotquot istic sapiunt, se victos esse gaudeant. Fit enim interdum vt vinci sit beneficio affici. Quis non agnoscit his rebus tam feliciter gestis numen propicium praefuisse? Nam ea demum vera felicitas est, quum diuinum fauorem promeretur victoris integritas, religio

13. *H Lond.*: cepimus *N²LB*. 16. Bohemorumque *N*. 22. *N*: exprobatio *H*.

14. literis] Cf. Ep. 2030. 41–4.
16. redegisse] Cf. Ep. 2005. 1n.
36. Secumque] Ov. *M.* 13. 82 (Erasmus is mistaken. The words are used of Hector).
37. Veni] See Suet. *Caes.* 37.

ac mansuetudo. Pollicetur hoc ipse Deus optimus maximus in sacris literis, se propugnatorem fore suis, qui ipsius praesidio freti non deflectunt a iusticia. 'Et omnia', inquit, 'quaecunque faciet, prosperabuntur.' Magnifica sane pollicitatio, sed ab illo profecta qui mentiri non potest, quum possit omnia. Siquidem illius auspiciis feliciter cedunt nobis etiam illa quae videntur infelicissima. Contra, quum improbis quaedam videntur secundo fortunae flatu geri, non est prosperitas, sed insidiae potius mali genii velut esca pellicientis in exitium.

Pro tanto itaque rerum successu, Ferdinande Rex inclyte, primum Deo regum summo gratias agimus; deinde tuae pietati, tuae prudentiae, tuae moderationi clementiaeque gratulamur: non dubitantes tibi caeteris in rebus parem prosperitatem polliceri, aut etiam maiorem, si tu, quod futurum confido, istas animi dotes quae te Deo gratum faciunt, constanter retinueris. Nec tibi gratulor modo, verumetiam ipsi regno gratulor: quod perierat, nisi tu Princeps non minus pius quam magnus, diuinitus datus esses, qui et pro tua bonitate velles et pro tua magnitudine posses tantas turbarum vndas componere.

Vides, Ferdinande Rex, quae regnorum moles incumbant humeris tuis, quanto maiores maneant. Vides horum temporum periculosissimos tumultus. In tanta rerum tempestate nauclero insigniter docto ac vigilante opus est; quem te nobis exhibiturum et indoles ista et rerum exordia promittunt. Quanto cum animi dolore vidimus duos praecipuos orbis monarchas tot annos inter se dissidere! et interim exitiosae factiones sub Euangelii praetextu indies latius agunt radices, malae filicis in morem, orbem prope totum occupantes. Si quid ego prospicio in rebus humanis, hanc vnam satis grauem causam arbitror quur et principes compositis vtcunque dissidiis sibi foederentur, vt iunctis consiliis et autoritate, religio Christiana sic vndique conuulsa in bonum aliquem statum reponatur. Quamdiu ad hunc modum belligerantur monarchae, dormitant episcopi, sacerdotes tantum quod habent mordicus tenent, monachi pro suo regno satagunt, theologi articulis ac fasciculis frigidis rem gerunt, populo liberum est quod libet et credere et facere, nullum video malorum finem. Quod vnum possumus, precamur Deum vt nostris commissis, quibus haec mala commeruimus, aliquando factus propicius, ea consilia tum monarchis, tum religionis antistitibus immittat, quae nobis veram pietatem cum pace concordiaque reducant.

Prolixior fui quam vel ego statueram vel tuae ferunt occupationes. Sed boni consulet tua mansuetudo; vehemens affectus modum nescit. Scio, solet excusari sera gratulatio, sed quum adest facultas animi protinus testificandi. Hic primus obtigit per quem tuto quae vellem scriberem. Inclytam maiestatem tuam Dominus Iesus publico orbis bono semper in maius prouehat.

Datum Basileae, sexto Cal. Februarii, Anno M.D.XXIX.

---

50. Et omnia] Ps. I. 3. 72. duos . . . monarchas] Charles and Francis.

2091. To Peter Tomiczki.

Senecae Opera, 1529, f°. a² (a). Basle.
N. p. 1182: Lond. xxviii. 12: LB. 1010. January 1529.

[The preface to Erasmus' second edition of Seneca, Basle, Froben, March 1529. With the first edition, 1515 (Ep. 325), he had long been dissatisfied, and when his new edition of Jerome was off his hands in 1524–5 (Ep. 1465), he had leisure to think of improving another piece of work which he had done at Cambridge. In Dec. 1525 he invited his collaborator, Aldridge, to make a new collation of the Cambridge MSS. for him (Ep. 1656)—a request with which, though Erasmus was expectant (Epp. 1740. 19, 1758. 7–9), Aldridge could not immediately comply (Epp. 1766, 1797). In March 1527 Erasmus had done some revision; but he writes as though publication were still distant (Ep. 1804. 71–4)—as well it might be with Augustine (Ep. 2157) making final claims on his leisure. After this there is no trace of the work until Aug. 1528, when Goclenius reports from Louvain that he can find no MSS. of Seneca there (Ep. 2026). In Sept. the printing began (Epp. 2040. 5, 2056. 1); but though sensible that it was now late to be collecting sources (Ep. 2040. 4–5), Erasmus considered it worth while to send to Malines to borrow a printed text with ms. notes by Rud. Agricola (l. 108n). His friends continued to help. On 24 Sept. Beatus Rhenanus directed him to a MS. at Basle (BRE. 267): on 28 Oct. Zasius sent a MS. of the *Epistolae* (ZE. 127). On 22 Oct. Erasmus was labouring hard (Ep. 2070. 8–9), and still on 23 Dec. (Ep. 2079. 65–7). Boniface Amerbach testifies to this ceaseless toil; and by 1 Jan. 1529 publication seemed near at hand (Basle MS. C. VIª. 73. 89, 355, 97, 54).

The progress of the printing may be estimated from Erasmus' notes at one point. When a large part of the *Epistolae* were in type—they fill pp. 76–268—, an 'exemplar' arrived from Brabant, from which he produced an *Appendix Annotationum* on the *Epistolae* and on the *De Beneficiis*, the only other part yet set up (pp. 1–75). Throughout the *Appendix* (pp. 268–73) Agricola's notes and conjectures are cited repeatedly and almost alone. It seems clear therefore that the new 'exemplar' was the volume for which Erasmus had written to Malines c. 1 Oct. Its arrival at Basle may be dated about 1 Nov., as a special messenger was sent to bring it (Ep. 2056. 1–3). Further indication of progress is in an appendix by Beatus Rhenanus (pp. 669–72), dated from Basle, 1 Feb. 1529, and containing corrections and notes for the *Ludus de morte Claudii Caesaris*, which he had first published with the *Moria* in 1514, and now took the opportunity to produce again (pp. 649–69). On p. 679 is Ep. 2092, and on p. 683 Ep. 2132.

On 25 Feb. Agricola's volume was returned to H. Phrysius, together with two copies of the new edition; see Ep. 2108, written no doubt to be carried by Jerome Froben going to Frankfort for the fair, and perhaps not dispatched before Ep. 2116. Another copy is mentioned in Ep. 2139; and later Erasmus expresses surprise that Tomiczki's presentation volume had not reached Cracow by 20 April (Ep. 2173).

For the 1515 edition he had had a MS. lent by Warham, and another from King's College, Cambridge (Ep. 325. 32–40); Cambridge too supplied him with old MSS. for the *Controuersiae* and *Declamationes* (1, p. 13. 12–13). Works assigned to the author of *N. Q.*; see U. 372, 384. In 1529 he mentions (pp. 29, 42, 52, 75) MSS. from England and Basle, and 'Longobardicus vetustissimus', identified conjecturally by P. Lehmann, *Jo. Sichardus*, 1912, p. 137, with Cod. Pal. Lat. 1547, perhaps found by Grynaeus at Lorsch.

Calvin in his first publication, an edition of the *De clementia*, Paris, L. Cyaneus, April 1532, makes frequent reference to and criticism of Erasmus' text; but with respect and quite without the hostility often shown at that period in literary controversy.

A copy of Erasmus' 1529 edition presented by him with an autograph inscription to Haio Cammyngha (Ep. 2073) on 11 Jan. 15$\frac{28}{29}$, is now in the Town Library at Salins in the Jura: see an article by L. Polain in the *Mélanges Émile Picot*, 1913. As the book was not published till March 1529, the interpretation of

Erasmus' year-date must be as in Ep. 2268; the gift being made as a parting present (cf. Ep. 2261).

In the Copenhagen MS. are two leaves (151–2) of autograph notes by Erasmus, which were printed in this new edition, pp. 348, 333; they give readings from Agricola's volume.]

R. D. PETRO EPISCOPO CRACOVIENSI AC REGNI POLONIAE CANCELLARIO DES. ERASMVS ROTEROD. S. D.

IN ipso statim huius operis limine, Praesul amplissime, fortassis ceperit aliquem admiratio, quid acciderit vt praeter morem meum nunc Seneca prodeat, non eiusdem nomen praeferens cui fuerat antea dicatus. Quum enim alii quidam pluribus interdum dedicent eundem librum, nonnulli singulos eiusdem operis libros singulis nuncupent, quidam appendices adiectas aliis inscribant quam opus inscripserant; nos tamen hac in re summam praestitimus constantiam hactenus: adeo vt cum olim R. D. Guilhelmo Vuaramo, archiepiscopo Cantuariensi, solam Euripidis Hecubam praesentes exhibuissemus, absentes in aeditione et Iphigeniam Aulidensem adiecerimus. Quantulus autem fuerit Adagiorum libellus initio, quem clarissimo baroni Guilhelmo Monioio dedicauimus, plerique sciunt; quanta nunc sit operis moles, liquet; nihil tamen mutatum est de titulo. Certe poteramus in Chiliadibus aut Centuriis facere quod Celius Rodiginus, vir doctus ac pius, fecit in sedecim libris quibus titulum esse voluit Antiquarum Lectionum. Ab hac ambitione tantum absumus, vt complures libellos emiserimus absque nuncupatione: longius etiam ab eorum impudentia, qui idem opus mutata duntaxat praefatione pluribus dicant, eadem, quod aiunt, filia plures sibi generos asciscentes.

Aduersus huiusmodi exempla quum in hunc vsque diem perpetuo meum morem obtinuerim, hoc vehementius admirabitur aliquis, quod opus pridem dicatum Thomae episcopo Dunelmensi, nunc videat alterius praeferre nomen. Hoc, amplissime Praesul, nec casu nec temere, sed consulto factum esse fateor. Siquidem vel hac ratione cunctis testatum esse volui, priorem aeditionem non fuisse meam; quanquam plus satis fretus amici cuiusdam promissis addideram praefationem. Cantabrigiae quum nactus essem aliquot Senecae libros manu descriptos, adhibito laboris socio totum Senecam percurri verius quam perlegi; annotatis in spacio marginis quae vel diuersa compereram in exemplaribus, vel ipse ex me addiuinaram. In his erant permulta quae vigilantis et eruditi cuiuspiam discussionem requirebant. Quum mihi diutius Basileae commorari non esset commodum, totum hoc negocium amico cuidam, de cuius fide nec tum quicquam addubitabam, nec nunc conqueri libet, commisi. At post menses aliquot Basileam reuersus,

2. ceperit *a* N^3 *LB*: coeperit N^1 *Lond.*

TIT. CANCELLARIO] Really Vice-Chancellor.

3. eiusdem] Ruthall: see Ep. 325.

4. pluribus] Cf. I, pp. 5. 19–23, 7. 22n.

5. singulis] Cf. Epp. 469. 8n, 556. 31–2.

8. Vuaramo] See Epp. 188, 208.

12. Monioio] See Epp. 126, 211.

15. Celius] See Ep. 469. 8n.

29. socio] Aldridge; see Epp. 1656, 1766.

34. amico] Nesen: see Epp. 329, 1804. 71–3. Erasmus' change of tone about him here is remarkable.

comperi sic tractatum opus vt me vehementer puderet eius aeditionis.

Non hic vulgari more culpam in alium transferam, sed partiar magis inter eum qui commisit, et eum qui commissum ad se recepit. Meum peccatum erat quod, oblitus sapientissimi de cassita apologi, amicorum operam expectarem in eo negocio quod per me rectius geri et potuit et debuit: illius, quod inexploratis humeris suscepit sarcinam viribus maiorem. Quanquam haud scio an maior culpae portio mea sit, siquidem ineptior est qui boui clitellas imponit quam bos ipse qui recipit impositas. Sed ciuilius est, opinor, vtriusque culpam si non licet excusare, saltem extenuare. Fidem amici perspectam habebam, de ingenio, doctrina iudicioque pro mea erga illum beneuolentia magnificentius sensi quam pro re; et ille pro mutuo suo amore, gratificandi studio, fortassis et recusandi pudore, plus recepit quam praestare valuit. Quod ego peccaui, simplicitatis et candoris erat; quod ille, sedulitatis et obsequii. Caeterum quod ea pars exemplaris quae crebriores habebat annotatiunculas, sublata est, sic interpretari libet, aut ab illo non esse factum, aut charitate nostri factum, qui maluit ibi parum meminisse fidei quam de nostra amicitia periclitari.

Sed huic malo malum aliud geminum accessit, vt intelligas totum illud negocium sinistris auspiciis fuisse gestum. Curaram per quendam bibliopolam, sibi felicem, aliis infelicissimum, Senecae codicem reddendum Episcopo cui dicaram hoc laboris. Is ex Anglia reuersus, affirmauit se cum fide quod erat mandatum peregisse. Credidi: quis enim non crederet sic asseueranti? Interim in meis ad Episcopum literis iterum atque iterum faciebam dicati missique voluminis mentionem. Ille qui nihil acceperat, existimabat se mihi ludibrio esse. Huic stomachum etiam exasperauit iureconsultus quidam, qui illi erat a consiliis. Nam indicarat Episcopo locos aliquot qui tam manifestum habebant mendum, vt mirum sit nec ab operis animaduersum fuisse. Tandem quum redissem in Angliam, ignarus harum rerum, comperi Praesulem illum, quem habere solebam amicissimum, mire frigidum, et causam expiscatus sum. Itaque praeter aeditionis dedecus propemodum etiam amici non vulgaris iacturam feci.

Interim semper stimulauit animum calcar ignominiae, vt quemadmodum solent milites post cladem acceptam in proximo conflictu virtute dedecus acceptum pensare, ita feliciore recognitione sarcirem quod in aeditione priore commissum erat. Quanquam illa quoque, qualis qualis erat, non parum multa restituit, certe spem aliquam ostendit eruditis huius senticeti in vsum frugiferi noualis repurgandi. Itaque melioribus, ni fallor, auibus Senecam in manus recepi: in quo emaculando tantum curae tantumque sudoris impensum est, vt optimo iure possim abdicare priorem illam aeditionem. Ac ne quid infelicium auspiciorum hic resideret,

---

41. cassita] Cf. Enn. *ap.* Gell. 2. 29. 20: quoted also in I, p. 13. 19–20.

45. boui] See *Adag.* 1884.

54. sublata est] Cf. Ep. 1479. 88–9.

59. bibliopolam] F. Berckman; see Epp. 258. 14n, 437. 1–4.

60. Episcopo] Ruthall.

68. operis] cf. Epp. 1901, 58; 2133, 4.

69. redissem] In July–Aug. 1516.

sed plane nouo genio iam aliud prodiret opus, mutata praefatione, tuo nomini auspicatissimo vigilias hasce meas dicare visum est. Speroque futurum vt quemadmodum tu consiliis fidelibus iuxta ac prudentibus, Regi Sigismundo pacis bellique artibus iuxta instructo, tum florentissimo Poloniae regno, cui vigilantissimum praestas Cancellarium, cum primis dexter es ac felix; ita nomen tuum Senecae praefixum, laetum quoddam augurium sit allaturum studiosis omnibus, quos hactenus misere torsit autor lectu quidem dignissimus, sed ita tractatus vt vix vsquam se lector possit explicare.

Non hic verbis attollam quantum mihi laboris exhaustum sit. Scio neminem crediturum, nisi priorem aeditionem cum hac contulerit. Id si quis non grauabitur facere, continue fatebitur alium prodisse Senecam: non quod nihil resederit excutiendum, sed quod innumera portenta non minus feliciter quam fortiter sustulerimus, idque praesidio diuersorum codicum, inter quos erant aliquot mirae vetustatis. Diuinationi non temere indulsimus, experimento docti quam id tutum non sit. Et tamen alicubi diuinandum fuit, nec raro feliciter cessit coniectura, nisi me fallunt omnia. Adiuuit in hoc labore nonnihil industria Matthaei Fortunati Pannonii, hominis, vt res indicat, exacte docti, diligentis, sobrii sanique iudicii. Is enim libros Naturalium Quaestionum accuratissime recognouit: quod operae vtinam et in caeteris omnibus praestitisset! Quem vt in plerisque libenter sequuti sumus, ita in nonnullis ab eo dissentimus, praesertim vbi nostro sensui suffragabantur exemplaria. Profuit et Rodolphi Agricolae codex typis excusus Taruisii, ante annos quinquaginta: quem is vigilantissime videtur euoluisse. Arguebant hoc notulae manus ipsius, quibus innumera loca correxerat, sed in multis, vt apparebat, diuinationem ingenii sequutus magis quam exemplaris vetusti fidem. Incredibile vero quam multa diuinarit vir ille plane diuinus; non enim possum Rodolphi dotes et plurimas et eximias complecti breuius. Eius codicis nobis copiam fecit Hayo Hermannus Phrysius, iuuenis tam felici natus indole vt vnus videatur idoneus qui Rodolphicae laudis successionem capessat, tantique viri gloriam sustineat; alioqui et patriam habens cum illo communem et affinitate propinquus. Quin et Sigismundus Gelenius, qui iampridem in officina Frobeniana castigandi praefecturam gerit, vir citra omnem ostentationem exquisite doctus et, quod in eruditis quoque rarum est, emunctae naris exactique iudicii, non pauca feliciter deprehendit quae nos in multa distractos, interdum et defessos, fefellerant. Non enim est mei ingenii quenquam laude merita fraudare.

Vt autem hunc Senecam tam prodigiose deprauatum haberemus, praeter illas vulgares causas incuriam inscitiamque scribarum,

115. a N^2 *LB*: Hermanus N^{13}.

99. Diuinationi] Cf. Epp. 325. 38–47, 1479. 85, 93–4, 1482. 32–5, 1544. 124n, 2103. 11.
102. Fortunati] See Ep. 1479. 89n.
108. codex] See Epp. 2056. 3n, 2108. I do not know whether Agricola's volume still exists.
115. Hermannus Phrysius] See Ep. 903. 12n, and cf. Ep. 2108.
119. Gelenius] See Ep. 1702. 8n.

temeritatem sciolorum mutantium quicquid non assequuntur, seorsum duas potissimum fuisse perspicio. Prior est ipsa Senecae phrasis, quae quoniam nusquam non affectat declamatorias argutias, interdum vsque ad aenigmatis obscuritatem, praesertim quum accedat orationis concisae parumque compositae abruptum, vt facillimus, ita periculosus erat lapsus vel minus eruditis vel oscitantibus: qua de re mox plura nobis dicentur. Altera quod hunc scriptorem prisci Christiani sibi studio quodam vindicarunt, ac propemodum pro orthodoxo sunt amplexi; partim ob praeceptorum sanctitatem quam in huius libris animaduerterunt, partim commendatione libelli qui continet epistolas aliquot vltro citroque inter Paulum Apostolum et Senecam missas: mendaci quidem titulo, sed in rebus humanis mirum est quantum interdum habeat momenti fictum ac friuolum nugamentum. Non enim belli tantum, iuxta prouerbium, sed totius vitae mortalium multa sunt inania.

Iam quum semper vulgo nihil soleat esse leuius, quo seculum illud habebat homines ad pietatem proniores, magis credulos minusque suspiciosos, hoc facilius erat illis fuco pietatis imponere. Nec parum accessit illi fauoris ex D. Hieronymi commendatione, qui Senecam recensuit in Catalogo sanctorum: quanquam in eo Catalogo commemorantur aliquot non admodum probatae sanctitatis, velut Iosephus professione Iudaeus, Tertullianus, Nouatianus et Donatus haeretici. Ita factum est vt ob religionis amorem, fastiditis ethnicorum literis politioribus, disciplinis, linguis et antiquitatis peritia, Senecae libros et priuatim sibi legerent et publice iuuentuti praelegerent, homines infantes ac vix semigrammatici, tantum aspersi rudis illius et inconditae philosophiae somnio verius quam cognitione; qui professionem auspicabantur ab explicatione quatuor causarum, materialis, formalis, efficientis et finalis. Deinde praefati epistolam esse moralis philosophiae, diuidebant eam in duas partes principales, et rursus harum singulas in tres aut quatuor minus principales. His fumis ingressi, quum ventum esset in medium, si qua vox occurrisset inusitatior, si quod schema, si qua ad autores non vulgares allusio, si quid Graecitatis, si quid veteris historiae, breuiter si quid omnino retrusioris eruditionis, quum harum rerum nihil didicissent, quibus pene ad ostentationis vitium scatet Seneca, necesse erat vt aut mera portenta comminiscerentur aut mutarent scripturam. Quid ni? *Αἰσχρὸν γὰρ σιωπᾶν* vbi cathedram conscenderis, et inscitiam profiteri non conuenit ei qui pileo tituloque magistri artium celebris est.

Vix dictu credibile quantam hic impietatem commissam deprehenderim. Eundem locum interim adeo varie corruptum, et tam impudenter mutatum offendimus, vt nullum verbum nec inter deprauatores, nec cum germana lectione quam in peruetustis exemplaribus inuenimus, conueniret. Itaque, dum quod semel deprauatum est, alius simili temeritate nititur emendare, rursum alius atque alius subinde nouat aliquid, fit mendum inemendabile, vt nulla iam quamuis eruditi hominis diuinatio possit opitulari. Nam quod scribarum inscitia committitur, habet aliqua germanae

131. abruptum] Cf. l. 296.

141. prouerbium] See *Adag.* 1919.

scripturae vestigia, quae sagacibus ingeniis praebent aliquam veri coniecturam: quemadmodum in his quae ex notulis excipientium aut ex dictantis voce non aequaliter ad omnium aures perlata, vitiata sunt, locus aliquis relictus est eruditorum coniecturae. Solent enim professores dictare scribendum quod erant enarraturi. His non omnes erant aeque vicini, et diuersa est nationum pronunciatio, nec semper articulata lingua est pronuncianti. Hinc euenit vt *contantius* scriberetur pro *constantius*, et *alea* pro *area*. Similiter notularum varietas dabat ansam erroris. Attamen illud debemus Christianorum studio, quod quum tot clarissimi scriptores interciderint, Seneca nobis magna ex parte supersit; si tamen hoc est superesse.

Opinor autem a nobis rem eo deductam vt, siquis doctior, felicior et ociosior tantam accessionem addat huic aeditioni quantam nos adiecimus superioribus, sperem talem fore Senecam vt minimo cum tedio, maximo cum fructu legi possit. Adiecimus annotatiunculas, sed paucas, nec alibi quam sicubi putarem excludendam deprauationem. Alioqui nullus erat futurus annotationum modus, si (quod a Fortunato factum est) quicquid esset correctum annotare voluissemus. Et tamen vehementer optarim hunc autorem scholiis illustratum, veluti stellulis quibusdam quae deprauatorum temeritatem submouerent. Vitam Senecae quidam non prorsus indiligens ex Suetonio, Cornelio Tacito et Hieronymo decerptam literis prodidit: ex cuius libro decerptum est quod hic adiectum videmus.

Caeterum illis non assentior qui certant Senecam facere Christianum, Nicodemo similem: qui quum nullum habeant argumentum probabile praeter epistolas, quas post docebimus a studioso quopiam fuisse confictas, nullum prorsus habent argumentum nisi quod sub eodem Caesare vixerunt Romae. Sed fingamus Senecam—quo non alius De contemnenda morte scripsit vnquam vel saepius vel fortius—adeo fuisse meticulosum vt ne in scriptis quidem extrema senecta proditis vsquam subindicarit suam professionem, tam cautum vt nihil suboluerit Neroni, qui quum illum decreuisset e medio tollere, et causas commenticias praetexeret, Christianismi crimen non obiecit; illud quo colore defendemus, quod in extremis scriptis subinde loquitur 'deos' et 'deas', subinde dubitat numquid hominis supersit a funere? Vt largiamur esse fas metu mortis dissimulare Christianum, impia certe dissimulatio est quae pietatem impietate dissimulat. Aliud est veste prophana Christum occultare, aliud est libris aeditis pugnare cum Christi dogmatibus; et aliud est silere de Christo, aliud illo indigna loqui.

Sed quorsum attinet hoc commentum? An vt libros illius

192. annotatiunculas] In the 1515 edition there are none. Erasmus had prepared some, but through accident or design they were omitted: see I, p. 13. 14–24, and Epp. 305. 226–8, 1479. 88–9.

197. Vitam] This is found in both Erasmus' editions: but in 1529, after 'incerto autore' the heading continues 'nisi quod constat illum fuisse recentiorem, vt qui subinde citat Petrarcham, Boccatium et alios huiusmodi. Quisquis est, decerpsit ex Tacito et Suetonio'.

203. epistolas] See ll. 137–8.
post] See Ep. 2092.

Christianis hominibus commendent? Equidem arbitror magis in rem esse lectoris vt Senecae libros legat velut hominis ignari nostrae religionis. Etenim si legas illum vt paganum, scripsit Christiane; si vt Christianum, scripsit paganice. Quum autem in illo sint plurima quae segnitiem nostram possint ad virtutis studium accendere, habebunt eadem acriores aculeos, si cogitemus ab ethnico profecta. Apud illos enim sunt quaedam ita dicta gestaue vt iuxta Christianam quidem philosophiam vehementer sint improbanda, prae se ferant tamen miram virtutis indolem: velut illud Socratis, 'Hoc vnum scio, quod nihil scio', quum sit absurde dictum, tamen exprobrat nobis nostram arrogantiam. Et Lucretiae factum, quum sit optimo iure detestabile, nobis tamen commendat pudicitiae studium; et hoc efficacius commendat, quod exemplum ab ethnica foemina profectum sit.

Itaque quod ad mores attinet, maiore fructu legetur Seneca, si legatur vt, quemadmodum fuit, paganus. Nam et Christiane dicta vehementius afficient, et secus dicta minus laedent. Alioqui nusquam magis discrepat a Christiana philosophia quam quum ea tractat quae nobis sunt praecipua. Caput enim nostrae religionis est nosse Deum. At ille commonstraturus nobis quid sit Deus, 'Deus' inquit, 'est totum hoc quod vides et non vides': quasi totus hic mundus sit ingens animal, cuius corpus sit oculis conspicuum, anima lateat, et hoc sit Deus. Iam vnusne sit Deus an plures, vehementer ambigit, et tamen frequenter iterat 'deos deasque'. Rursus irridet eos qui putant in hoc mundo nihil geri quod hunc Deum non fallat: perinde quasi culicem sentiat elephantus. Iam an anima supersit corpori, sic disputat quasi nihil referat vtrum credas. Alicubi, vt refert Tertullianus, pronunciat omnia finiri morte, etiam ipsam. Postremo, quoties incidit in sapientem illum Stoicum, sic eum attollit vt frequenter diis aequet, nonnunquam et anteponat. Ait sapientem vniuersam felicitatem suam sibi vni debere, diis nihil opus esse, immo deos aliquid debere sapienti. At pietas nobis persuasit etiam passerculos et lilia Deo curae esse; tum hominem nihil habere ex sese boni, sed summam suae felicitatis debere munificentiae Numinis. Quantum igitur sit periculi, si illa legantur velut a Christiano prodita! Caeterum quod ad eruditionem aut eloquentiam pertinet, cum iudicio delectuque legendum esse Senecam iam olim admonuit Quintilianus; tanta aequitate temperans suam de illo censuram, vt nec personae studio laudet improbanda, nec odio damnet quae laudem promerentur.

Proinde fortassis non ab re fuerit, si studiosae iuuentuti paucis indicem quae sint in hoc autore fugienda, quae sequenda. Primum, habet voces suas velut in hoc affectatas, vt dissimilis sit Ciceroni; quanquam hoc illi cum Quintiliano Pliniisque commune, et haud scio an cum toto illo seculo, quod Ciceronis velut argenteum aureo successit. Huius rei pauca subiiciam exempla, vt lector ex his

259. abs *Lond.*

239. inquit] *N. Q.* 1. prol. 13, 2. 45. 3.
243. irridet] Cf. *Ben.* 4. 4–6.
246. Tertullianus] *Resurr.* 1, *Anim.* 42.
256. Quintilianus] *Inst.* 10. 1. 131.

coniiciat caetera. Pronomine reciproco *sui, sibi, se,* frequenter durius vtitur. *Tanquam* pene semper vsurpat pro *velut, siue, vt,* si quando vult exemplum subiicere. Aliquoties dicit *aeque quam* pro *aeque atque. Cum* gaudet addere superlatiuis, *quam,* quod sciam, nunquam; vt *cum maxime,* pro *quam maxime. Aduersus* pro *erga* frequenter vsurpat in bonam partem; vt 'gratus aduersus deos'. In hac sermonis forma 'Non modo contemnit homines, sed deos negligit', vix vnquam addit coniunctionem, 'sed et deos' aut 'sed deos quoque'. Haec atque his similia non reprehendo nec damno, tantum indico non esse Tulliani candoris.

Quintilianus libro decimo tribuit illi stili vsum, quod in nullo scribendi genere non esset versatus; tribuit ingenium facile et copiosum, tribuit studium et plurimarum rerum cognitionem, fatetur illum abundare multis et praeclaris sententiis, probat libertatem in vitiis hominum insectandis; addens illius libros et ad mores formandos conducibiles esse. In summa, fatetur in illius libris esse multa quae non solum probari debeant verumetiam admirationem mereantur. Sed ex aduerso detrahit illi philosophiae exactam cognitionem, adimit iudicium de seipso, quod illi corruperat humanum vitium philautia. Qui neuus nonnunquam in doctis ac bonis viris reperitur, sed quem abunde multis pensent virtutibus; nam id subindicat quum ait, 'si non omnia sua amasset'. Ac mox 'Velles' inquit, 'eum suo ingenio dixisse, alieno iudicio'. Vnde parum aequus iudex Seneca fuisse videtur alienorum scriptorum, quod hisce verbis significauit Fabius: 'Quem non equidem omnino conabar excutere, sed potioribus praeferri non sinebam, quos ille non destiterat incessere, quum diuersi sibi conscius generis, placere se in dicendo posse, in quibus illi placerent, diffideret.' Quod ad phrasim attinet, putat in eo corrupta esse pleraque, quae hoc plus officiant 'quod abundant dulcibus vitiis'. Nominatim illud taxat, quod pondera rerum minutissimis sententiis frangat; et alibi, ni fallor, notat in eo concisum et abruptum dicendi genus.

Candorem in illo desiderasse videtur et Suetonius, in Nerone Claudio scribens hunc in modum: 'Liberales disciplinas omnes fere puer attigit; sed a philosophia eum mater auertit, monens imperaturo contrariam esse, a cognitione veterum oratorum Seneca praeceptor, quo diutius in admiratione sui detineret'. At idem in Caligula Senecae videtur tribuere lene comptumque dicendi genus, ita loquens de Caesare: 'Lenius comptiusque scribendi genus adeo contemnens, vt Senecam tum maxime placentem commissiones meras componere, et arenam sine calce esse diceret'. Quum Seneca sit affectibus tragicis vehemens, miror quur Suetonio videatur esse lenior, vt ne de sermonis cultu disputemus.

At his etiam liberius in Senecam destomachatur Aulus Gellius, Noctium Atticarum libro duodecimo, capite secundo. Posteaquam

---

275. Quintilianus] *Inst.* 10. 1. 125–31.

296. alibi, ni fallor] Erasmus is perhaps confounding here Quintilian's very similar criticism of Sallust in *Inst.* 4. 2. 45.

298. Suetonius] *Ner.* 52; *Calig.* 53.

309. Gellius] 12. 2. 1, 8, 11, 12, 13.

enim retulisset aliorum de Seneca iudicium, quorum alii censerent illius libros prorsus indignos qui legantur, 'quod eius oratio protrita videatur ac vulgaris, res atque sententiae aut inepto inanique impetu sint, aut leui quasique dicaci argutia, eruditio vernacula ac plebeia, nihil ex veterum scriptis habens neque gratiae neque dignitatis'; alii paulo aequiores, sermonis elegantiam magna ex parte illi detraherent, rerum vero cognitionem non adimerent, 'in vitiis autem morum obiurgandis seueritatem grauitatemque non inuenustam' comprobarent: nominatim, Senecae iudicium de Cicerone multa cum libertate reprehendit, vsque eo incandescens vt illum appellet 'nugatorem hominem'. Moxque subiicit, 'Sed iam verborum Senecae piget; haec tamen inepti et insipidi et insulsi hominis ioca non praeteribo'. Denique sic claudit censuram, 'Dignus sane Seneca videatur lectione ac studio adolescentium'. Mox, vt arguat inter maledicta Senecae, quae plura videri vult quam benedicta, esse quaedam quae probare possis, vnicam duntaxat profert sententiam, hanc: 'Quid refert quantum habeas? multo illud plus est quod non habes'. Etiam si non videtur hoc Senecae dictum sed Publii mimi, quum sit versus trochaicus tetrameter catalecticus. In hoc Gellii iudicio neque nihil est, neque vera tamen sunt omnia.

Aequior in hunc est Cornelius Tacitus, qui quum integritatem constantiamque hominis cum caeteris rerum scriptoribus praedicet, orationis etiam cultum tribuit; dicendi genus ad delectationem verius quam ad seueritatem comparatum excusat hoc nomine, quod vir prudens, quum perspiceret ferum adolescentis ingenium per philosophiae praecepta ad virtutis amorem non posse flecti, suauioribus amoenioribusque studuerit illud vel emollire vel occupare. Hinc factum est vt Nero pangendis carminibus praecelluerit, quum orationibus a Seneca compositis sese venditaret.

Inter omnes virtutes, quas et multas et eximias in Senecae scriptis esse fatetur Quintilianus, nulla potior quam quod lectorem miris aculeis ad honesti studium inflammet, ab humilibus curis ac sordidis voluptatibus auocet. Quod quum sit optimum, quid refert qua phrasi id efficias? quanquam ipsa quoque talis est, vt eruditissimo seculo fuerit inter praecipuos, tantum abest vt hisce temporibus possit fastidiri.

Neque tamen nihil habent veri quae doctissimi scriptores de illo pronunciarunt. Fuit alienorum ingeniorum parum candidus censor. Subinde ludit in Graeculos, et interdum absque causa; neque fere refert ex probatis autoribus quod non conetur conuellere, quasi turpe sit cuiquam omnino assentiri. Quoties autem ingeniorum et eloquentiae censuram sumpsit, quod potissimum facit in libris Declamationum, quam multos incessit petulantius, aliis tribuens fatuas sententias, aliis insanas, aliis stultas, salibus plus satis dicacibus parumque dignis viro graui ludens in plerosque. Quae

329. Publii] Cf. Ep. 2132. 1. This 'sententia' is added, from Gellius, in the 1529 edition, p. 688.

332. Tacitus] *Ann.* 13. 2. 2.

333. constantiamque] ibid. 15. 63. 4.

334. cultum] ibid. 13. 3. 2.

342. Quintilianus] *Inst.* 10. 1. 128.

res speciem habet animi parum alienae laudi fauentis et suae nimium indulgentis. Quanquam hic est ferme morbus ac fastidium eruditorum omnium, vt vix existat aliquis tam absolutus vt alteri per omnia satisfaciat, nisi longa temporis praescriptio, submota iudicandi libertate, religione quadam animos omnium occupauit. Nasonem aliquoties parum amanter attingit, quod indulserit ingenio suo, viciaque sua diligere maluerit quam corrigere. Quod iudicium videtur et Quintiliano placuisse, qui putat ex illius Medea colligi posse quantum praestare potuisset, nisi maluisset indulgere ingenio suo quam temperare. Atqui Seneca magis indulget ingenio suo in oratione prosa ac seriis argumentis, quam Ouidius in poematibus, plaerisque ludicris. Alicubi desiderat in illo grauitatem rebus dignam, velut in descriptione diluuii Deucaleonei; alias offenditur copia, quod desinere nesciat. Nonnunquam obiicit quod sententiam aliquam mutuetur a Portio Latrone; quasi talem non possit ex se comminisci, aut quasi non possit fieri vt duobus eadem sententia veniat in mentem. Nec Virgilio parcit interim, nec Ciceroni; quae tamen res conducit studiis, si fiat aequis iudiciis ac citra petulantiam.

Iam hoc ipsum quod in Seneca cum primis laudatur, corruptum est. Insectatur mores hominum libere salseque, sed non semper in loco, interdum immodice, tum aliquoties affectatius; hisque modis vt non ita multum absit a scurrilitate. Quaedam vicia sic describit, dum insectatur, vt videatur inuidere potius quam odisse, vtque doceat magis quam detestetur. Sunt enim quaedam eius generis vt ea depinxisse sit vel docere vel iritare: qualis est obscoenissimus excursus in primo libro Quaestionum Naturalium, De speculorum vsu. Iam quum Declamationum libros scribat ad filios suos, Senecam, Melam et Nouatum, tamen admiscet quaedam quae vir verecundus vix auderet, etiam praefatus honorem auribus, proloqui, nedum pater apud liberos. Et habet quidem haec in mores publicos dicacitas voluptatis aliquid, sed parum liberalis, ni pudoris habeatur ratio; nec est quicquam procliuius quam in his disertum esse. Vnde fit vt hodie quoque ecclesiastae quidam, si de rebus sacris dicendum sit, elingues, in hoc argumento sint linguacissimi.

Quin vbique plurimus videtur iocorum affectator, etiam in rebus maxime seriis, in quibus optarim illum aliquanto longius abesse ab ineptia, obscoenitate, vitioque scurrilitatis ac petulantiae. Est omnino liberale quoddam iocandi genus, est et perpetua quaedam orationis iucunditas, quae virum bonum non dedeceat, si in loco adhibeatur; at in Seneca saepe cachinnos sentias potius quam risum. Nec omnino temere est, quod de sententiis illius queritur Fabius, quas nusquam non affectat. Itaque fit vt, dum omnia per sententias conatur dicere, quanquam sunt plurimae quibus nihil possit esse felicius, tamen intercurrant aliquot durae, frigidae et ineptae. Idem vsu venit in captandis epiphonematibus et

364. Quintiliano] *Inst.* 10. 1. 98.
368. Alicubi] Sen. *N. Q.* 3. 27. 13–14.
372. Latrone] Sen. *Contr.* 2. 2. 8.
374. Virgilio] Sen. *Ep.* 108; cf. Gell. 12. 2. 10.
Ciceroni] Cf. Gell. 12. 2. 2–9.
399. Fabius] *Inst.* 10. 1. 129.

argutiis; quae frequenter apud hunc in verbis sitae sunt potius quam in rebus, vnde necesse est frigidiores esse nonnunquam et obscuras. Quod genus est illud ex prima statim ad Lucilium epistola: 'Quaedam tempora surripiuntur nobis, quaedam subducuntur, quaedam effluunt'. Ac mox: 'Magna vitae pars elabitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus'. Qua de re suo loco nonnihil dicetur.

Neque nihil peccat in petendis affectibus, quos alii docendo praeparant suoque tractant loco. Nam passim agitare affectus adeo non probatum est a doctis, vt quidam affectus in totum submouerint velut officientes iudicio. At hos Seneca vbiuis et in ipso statim initio stimulát verius quam mouet, et in his maxime tragicos, quae Graeci πάθη vocant. Itaque quoties in grandes materias incidit, puta De vniuerso, De natura deorum, De Stoico sapiente, De terrae motu, De fulmine, De diluuio, De fine mundi, De contemptu mortis, De mortibus spontaneis, veluti suum nactus campum, videtur ostentare grandiloquentiam suam, et nescio quid tragicum spirare.

Horum vitiorum bonam partem probabile est illi ex palaestra declamatoria haesisse, in qua pene detriuit aetatem. Nam et Quintilianus fatetur hoc exercitamenti genus, quum vtiliter repertum esset ad absoluendam eloquentiam, tamen nescio quo pacto factum vt multum inuexerit corruptelae. Quum enim illic captaretur applausus auditorum, ea quisque curabat adferre, non quae essent optima, sed quae placerent maxime. Nec illic temere applaudebatur ab ociosis ac fastidiosis, nisi sententiis, argute dictis, schematibus, et epiphonematibus, et siquid esset aut nouum aut immodicum; communia, quanquam optima, fastidiebantur. Nec raro quae pessime dicta fuerant, iis frequentissime applaudebatur. Ita discessum est ab illo simplici ac naturali dicendi genere, quod omnibus antefertur, vel hoc nomine quod fide commendatur. Quid autem est oratio culta sine fide, nisi cantio probe modulata? Hinc est quod queritur Quintilianus, quosdam vitia sua, quibus in declamando assueuerant, in forum et ad serias actiones detulisse, reorum graui periculo, dum patronus mauult causam perdere quam iocum aut schema, nonnunquam cum risu quoque iudicum et coronae. Talia quaedam et Seneca retulit in libros, velut haec quae diximus, tum fictiones illas palam falsas, quibus frequenter vtitur: 'Video quid velis'; 'Posthac pendebo de vultu tuo'; 'Quanquam Nouatus frontem contraxit'. Quin et in personis fingendis ac mutandis interdum subitus est, vt hinc etiam obscuritas oriatur, dubitesque nonnunquam an ipse loquatur, an is aduersus quem agit, an aliqua tertia persona. Non quod haec non fiant ab aliis, sed parcius, sed mollius, sed magis perspicue. Multus est et in dialogismis, dum his aut illis personis suum affingit sermonem, quae res et ad copiam et ad delectationem et ad vehementiam

---

407–8. Magna . . . maxima] So Erasmus' editions for *Ep.* 1. 1: but some editors inverted the two words —'inepte', as he thought, see his p. 75. Modern texts retain the inversion.

423. Quintilianus] *Inst.* 7. 1. 41, 10. 5. 14.

435. Quintilianus] *Inst.* 4. 3. 2.

confert: non quod hoc faciat infeliciter, sed quod frequentius et declamatorie, hoc est ad voluptatem magis quam ad serium vsum causae propositae.

Caligulae Caesaris iudicium contemni poterat, vt hominis parum integrae mentis, et qui Vergilii ac Titi Liuii statuas conatus sit e bibliothecis submouere; nisi et Fabius hoc notasset, et ipsa res propemodum loqueretur. Desideres enim fere in huius viri scriptis ordinem et compositionem. Habet autem argumentum omne susceptum, initium, progressum et finem. Primum enim tractari solet quid sit. Id explicatur diuisione; cuius partes digeruntur in ordinem, et in quaque tractanda ordo quidam est, dum ea primum tractantur quae proxime attinent ad rei substantiam, deinde ea quae accidunt, tum si qua cognata sunt aut contraria, mox quae hinc proficiscuntur, commoda vel incommoda; denique quibus rationibus haec parentur, seruentur, augeantur, aut contra, deuitentur, depellantur aut minuantur, vt totus liber corporis instar sit, constans ex membris decenter collocatis: id quod in Aristotele mireris, in Seneca desideres. Nec enim semper proponit ac diuidit; et si id fecit, non prosequitur quod proposuit, sed ad omnem occasionem excurrit, mox subinde veluti de nouo orditur. Raro vtitur transitionibus, quod in docendo plurimum lucis adfert; nonnunquam et circa finem operis incipit diuidere; est vbi oblitus sui repetit eadem. Quae res declarat illum vel ex declamatoriis exercitamentis traxisse hoc vitii, vel, quod vero propius est, non praemeditatum accessisse ad scribendum, nec tam iudicium rationemque sequutum quam impetum ingenii. Non enim incedit illius oratio, sed fertur magis, salitque potius quam ingreditur, id quidem quod ad sententias attinet.

Iam quod pertinet ad verborum compositionem, perparcus est in adhibendis coniunctionibus, quae sunt velut orationis nerui. Gaudet enim asyndetis, quod interdum magis facit ad dictionis vehementiam seu verius argutiam. Neque raro contextus sermonis talis est vt dubites vtro referendum sit membrum, ad superiorane an ad sequentia.

Submolestum est interdum in eodem diuerse dicendi studium: veluti quod M. Tullius illud Platonis, Ἕκαστος ἡμῶν οὐκ αὑτῷ μόνον γέγονεν, eleganter reddidit, 'Nemo nostrum sibi tantum nascitur', ne similiter diceret, maluit deterius dicere, 'Nemo sibi contigit'. Quae verba, vt ingenue quod sentio dicam, nunquam intellecturus eram, nisi ex tenore sermonis coniectassem illum aemulari voluisse Platonis sententiam. Sit sane copiae laus eadem aliter dicere; quid laudis habet, vt aliter dicas, male dicere? Quid quod, carpendi libidine, frequenter eadem committit quae reprehendit in aliis? Notat in quodam voces aliquot sordidas, in quibus sunt 'spongia', 'laterna', 'pulegium', 'acetum'; mirisque salibus exagitat quod quidam inter declamandum quaesierat quur testa si cadat, frangatur, spongia si cadat non frangatur, quum

452. Caligulae] See Suet. *Calig.* 53.
454. Fabius] *Inst.* 10. 1. 129.
484. Tullius] *Off.* 1. 7. 22, quoting Plato *Ep.* 9: cf. Rom. 14. 7.
486. maluit] Sen. *Ep.* 32: cf. *Adag.* 3581.

ipse in vna epistola tot infulciat voces sordidiores, vniuersam balnei suppellectilem ac functionem inibi natis vocabulis explicans. Qui minus autem liceat testam appellare testam aut spongiam spongiam, si res postulet, quam ficum vocare ficum et fabam dicere fabam?

Libenter iocatur in argutias sophisticas, et philosophorum subtiles magis quam necessarias quaestiunculas; et huiusmodi tricis saepe nimium diu moratur lectorem, sed ita vt facile appareat esse verum quod notat Quintilianus, illum in philosophia parum diligenter fuisse versatum. Est enim artificis scite illa ridere quae non sine ingenio traduntur a sophistis, et a Socrate facetissime deridentur. Quorsum autem attinet Chrysippeis illis rogatiunculis totas explere paginas? 'an sapiens sapienti possit prodesse?' 'an sapienti dari possit beneficium a diis?' 'an virtutes sint animalia?' 'an singulae virtutes sint singula animalia?' 'an vnum sint vniuersae?' 'an seruare patrem sit animal?'. Huiusmodi naenias, quum frequenter inculcet vsque ad tedium, tamen subinde damnat. Quid autem opus est facere quippiam, in hoc ipsum vt factum reprehendas? Quod alicubi quaedam ex autoribus perperam refert, sic excusat Quintilianus, vt dicat illum deceptum eorum fiducia quibus solet quaedam inquirenda mandare. Huius generis aliquot loca notata sunt ab eruditis. Alicubi citat ex Ouidio quod est in Tibullo.

Haec eo commemorantur a nobis, non vt deterreamus lectoris studium, sed vt maiore cum fructu legatur vir tot eximiis virtutibus commendabilis. Addam quod mihi nonnunquam subolebat in illo, vt diximus, declamatoria quaedam affectatio, et alicubi desideres simplex illud et naturale. Vnde Neronis mater, quum filio vellet mouere inuidiam, iactabat imperium Burro et Senecae commissum esse: quorum Burrum appellabat vilem ac truncam manum, Senecam exulem, et linguam professoriam.

Ingenio facili versatilique fuisse colligitur hinc, quod in diuersis argumentis stilum exercuit pari propemodum successu; quod nec Ciceroni nec Vergilio contigit. Nam Tacitus commemorat illius poemata, de quibus sentiens incertum. Nam Tragoediarum opus eruditi quidam malunt Senecae filio tribuere quam huic; sunt qui fratri Senecae adscribant. Ex prima Tragoedia versus aliquot refert, 'Duc me parens summique dominator poli', etc.: quan-

496. epistola] Sen. *Ep.* 56.
504. Quintilianus] *Inst.* 10. 1. 129.
507. Chrysippeis] Chrysippus, the third master of the Stoa, was renowned for his power of argument. See *Apophth.* vii (LB. iv. 346–7) and *Moria* (ibid. 467 B), 'magistrorum nostrorum plusquam Chrysippeae subtilitates'.
515. Quintilianus] *Inst.* 10. 1. 128.
517. Alicubi] In *N. Q.* 4. 2. 2, Tib. 1. 7. 26 is ascribed to Ovid.
523. Neronis mater] See Tac. *Ann.* 13. 14. 5.
529. Tacitus] *Ann.* 14. 52. 3.
531. eruditi quidam] P. Scriverius, the editor of O^2, in an edition of Sen. *Trag.*, Leiden, Jo. Maire, 1651, f^{o}. $*^{5}$, refers to Boccaccio; and quotes P. Crinitus, *Poet. Lat.* 3. 53, as one who denied the relationship. I cannot trace the passage in Boccaccio.
533. refert] Sen. *Ep.* 107. 10–11; where they are given as a translation from Cleanthes.

Duc me] Scriverius, *op. cit.*, after referring (f^{o}. $*^{3}$) to Sen. *Ep.* 107, and quoting this line and four following, adds: 'Fugit eos ratio qui censent hos versus ex prima tragoedia (sic

quam mihi videtur opus hoc Tragoediarum non esse vnius hominis. Certe ex ludicro libello de morte Claudii coniicere licet illum haud quaquam iratis Musis et Apolline versatum in hoc studii genere. Tametsi Fabius existimat eam rem obstitisse Senecae, quo minus in vno quopiam excelleret, quod in omnibus argumentis versaretur; id enim suspicor esse quod scribit, 'Si parum concupisset'. Certe Tacitus declarat hinc illi conflatam inuidiam, quod occupans omnia, nihil aliis laudis relinquere videretur.

Commemorat Tacitus et orationes eiusdem: quae a nobis desiderantur, nisi forte sentit has quas habemus consolatorias, vnam ad Martiam, alteram ad Polybium acephalon, tertiam ad Albinam, siue vt in aliis reperitur Elbiam, matrem; quas tamen libros dixeris citius quam orationes. Indicat idem alias quasdam orationes vulgo fuisse iactatas, Neronis quidem nomine, sed a Seneca compositas. Nec has, opinor, commemorat inter illius opera. Vnicam ex Cornelio Tacito huic adiecimus aeditioni, breuem quidem illam sed elegantem, planeque Senecae phrasim referentem. Vtinam extarent et illa quae moriturus dictauit! Nam ea Taciti temporibus habebantur in manibus.

Commemorat et Dialogos eius, quorum et Fabius meminit. Horum nihil extat praeter vnicum breuem, cui quidam titulum fecerunt Sensus et Rationis. Qui an illius sit nescio; certe mutilatum habemus et consarcinatum. Diuus Hieronymus aduersus Iouinianum citat Senecae librum De matrimonio. Ipse in Naturalibus Quaestionibus indicat se iuuenem scripsisse librum De terrae motu. Edidit opus De superstitiosis ritibus colentium deos: nam Augustinus in opere de Ciuitate Dei, libri sexti capite quinto, multa hinc recenset.

Epistolas commemorat cum Fabio Tacitus, quas scripsit ad imitationem Platonis, sed ad vnum omnes, videlicet Lucilium Balbum, Siciliae praesidem. Quod argumentum sibi proposuisse videtur vt ingenio suo indulgeret; nullum enim liberius. Nam quicquid vel audieris vel legeris, vel in somnis occurrerit, epistolae fit argumentum. Deinde licet ordiri vnde velis, transilire quo velis, finire quum velis. Sed interim abest illud quod est in aliorum epistolis gratissimum, quae vere et ex re scribuntur; alioqui poteramus et nos ex prouerbiis singulis singulas facere epistolas. Iam an hoc opus habeamus integrum nescio; certe verba Senecae,

---

vocant Herculem Furentem) desumptos esse; cum neque ibi nec vspiam alibi in his decem fabulis reperiantur. Sed est manifesta eruditorum hominum hallucinatio'. In extracting (f°. *5, earlier) this passage from Erasmus (ll. 527–36), he silently omits the sentence 'Ex prima . . . poli, etc.'; probably out of regard for Erasmus' credit.

I cannot find any earlier source for the 'hallucinatio'. It is repeated by Lil. Gyraldus, *De poet. hist.* 8, Ferrara, c. 1541. Scriverius' round negative is confirmed by the Thesaurus.

536. Musis] Cf. Mart. 2. 89. 3.

539. quod scribit] *Inst.* 10. 1. 130.

540. Tacitus] *Ann.* 14. 54. 1–2.

542. Tacitus] *ibid.* 13. 11. 2.

549. ex . . . Tacito] *Ann.* 14. 53–6: on p. 682 of this 1529 edition.

551. moriturus] See Tac. *Ann.* 15. 63. 7.

553. Fabius] *Inst.* 10. 1. 129.

556. Hieronymus] *adu. Iouin.* 1. 49.

557. Ipse] *N. Q.* 6. 4. 2.

quae multa recenset Gellius ex vigesimosecundo libro Epistolarum, nusquam in illius scriptis inueniuntur. Et tamen est in eo libro quaedam epistola, cuius initium *Quare quibusdam temporibus*, in qua taxat quorundam κακοζηλίαν et stili vitia. Ex hac, vt coniicio, aliquis Ciceroni bene volens, sustulit eum locum quo debacchatur in illius eloquentiam.

Ex omnibus porro Senecae monumentis, nullum mea sententia magis studiorum referebat integrum extare quam libros Declamationum; quos fuisse multos declarat Epitome quam habemus. Plurimum enim contulisset et ad inueniendum et ad iudicandum. De quo suo loco nonnihil dicemus.

Vt igitur Seneca, ornatissime Praesul, prodiret in publicum tui potissimum nominis felicibus auspiciis, videor mihi non omnino segniter nec infeliciter nauasse operam. Certe tantum impensum est curae quantum ne iuuenis quidem vlla pecuniaria mercede fuerim suscepturus. Non mentitus est Naso quum ait,

et immensum gloria calcar habet:

sed ipsa re comperi ignominiam acrius habere calcar. Extimulauit huc nonnihil ornatissimus iuuenis Andreas Zebridouius, et suis imaginibus et te patruo dignus, quod intelligerem quantum vtilitatis hinc esset illius studiis accessurum, vel ad recte viuendi rationem vel ad dicendi facultatem. Malo doctus, posthac melius meminero cassitae sapienter monentis, ne quid expectem amicos quod ipse rectius praestare queam; nec excidet vetus prouerbium quod vetat boui imponi clitellas. Quod si tibi videor prioris aeditionis dedecus hac aeditione satis eluisse, non poenitet huius operae quamuis molestae.

Apud studiosos autem plurimum fauoris ac dignitatis accesserit Senecae, si tuo, hoc est doctissimi et integerrimi Praesulis, iudicio fuerit comprobatus. Qui vt his temporibus longe turbulentissimis inclyto Poloniae regi Sigismundo totique regno eximium Cancellarium, ecclesiae Praesulem incorruptissimum praestas, ita disciplinis quoque liberalibus, quarum ipse peritissimus es, munificentissimum exhibes Moecenatem. Eoque precor vt pulcherrimos tuos conatus Christus Opt. Max. bene fortunare dignetur. Vehementer enim discruciat animum meum ista fatalis lues, quae per orbem pene vniuersum et principum concordiam et Christiani populi religionem et honestissimas disciplinas mire vitiauit; adeo vt me studiorum, quibus alioqui nihil est dulcius, interdum pigeat. Sed in primis Domini clementia, deinde tua tuique similium vigilantia spero futurum vt huic plusquam ferreo seculo succedat aetas, si non aurea, certe paulo felicior.

Datum Basileae, anno M.D.XXIX. Mense Ianuario.

---

572. Gellius] 12. 2. 3.
574. epistola] Sen. *Ep.* 114.
582. suo loco] In a prefatory note on p. 485 of this 1529 edition.
587. Naso] *Pont.* 4. 2. 36.
589. ignominiam] arising from the edition of 1515; cf. ll. 596–8.
590. Zebridouius] See Ep. 1826.
594. cassitae] Cf. l. 41.
595. prouerbium] See l. 45.

2092. To the Reader.

Senecae Opera, 1529, p. 679. ⟨Basle.⟩
⟨c. February 1529.⟩

[A preface added in this edition to the letters between Seneca and St. Paul; which modern criticism agrees with Erasmus in regarding as fictitious. They had been printed several times in xv^{c}., and were included in Erasmus' 1515 volume, p. 635, without any preface.]

LECTORI ERASMVS ROTER. S.

His epistolis non video quid fingi possit frigidius aut ineptius; et tamen quisquis fuit autor, hoc egit vt nobis persuaderet Senecam fuisse Christianum. Diuus Hieronymus non ignarus fuci, abusus est simplicium credulitate, vt Senecae libros lectu cum primis dignos commendaret Christianis: qui tamen maiore cum fructu legentur, si legantur vt hominis pagani, quemadmodum initio praefati sumus. Cum autem haec scribantur clanculum inter ipsos, quam nihil est in Paulinis epistolis illo Pauli spiritu dignum! quam vix vsquam audias nomen Christi, quum ille non soleat aliud crepare quam Iesum Christum! Deinde illum fortissimum Euangelii propugnatorem quam facit in his epistolis formidolosum! Obiurgat Senecam quod Neroni indicarit epistolas ipsius, quas in hoc scripserat vt in omnibus ecclesiis legerentur; atque adeo seipsum redarguit Apostolus, quod epistolis suis nomen suum soleat subscribere. Et huc scilicet allegatur illud, omnibus esse placendum, et domino, nempe Caesari, gerendum morem. Paulus cuiquam placeret dissimulato Euangelio, quum multo ante Romanis misisset liberam ac prolixam epistolam? Aut hoc docuit Paulus, celandum Christianismum vt placeas impio domino? Deinde Seneca nuntiat Paulo quod Caesar immanibus suppliciis saeuiret in Christianos: quasi hoc Romae cuiquam esset ignotum. Ad haec siquid metuebant, tutius poterant ore colloqui quam epistolis. Nec Paulus amore Euangelii grauatus fuisset vel 'in Salustianos hortos venire', si Seneca metuebat venire Romam.

Quanta copia, quanto affectu Paulus scribit vni Philemoni de re vulgari! et Senecae tam celebri viro scribit tam ieiune, tam frigide de amplectendo Christum, hoc est de re omnium maxima? Quando vero sic loqueretur Paulus, 'et si sors prospere annuerit', non ausus est nominare Deum, quem Seneca paganus toties nominat in scriptis suis? Illud insignitae cuiusdam stultitiae est, quod Seneca mittit Paulo librum De copia verborum, quo posthac melius scribat Romane. Atqui si Paulus nesciebat Latine, poterat Graece scribere, quum Graece nosset Seneca. Qui conuenit autem, vt cum Seneca doceat philosophi dictionem sententiis grauem potius quam verbis ornatam esse debere, nunc in Paulo requirat Romani sermonis copiam? Illud omnium impudentissimum, quod quum faciat Senecam in Apostolo desiderantem copiam et cultum

6. initio] Ep. 2091. 221–2.

28. Paulus]. An error: the words are in one of the letters attributed to Seneca.

sermonis, tamen in his epistolis nihilo cultius scribit Seneca quam Paulus, sed par est vtriusque balbuties et sensuum frigus atque ineptia. Saltem aliqua ex parte Senecae phrasim aemulari debuerat, aliquid ex Paulinis Epistolis effingere de vehementia et sublimitate dictionis. Scurrilis impudentia est sic facere loquentem Senecam, blasphemia est sic facere loquentem Paulum. Non dubito quin vel mulio vel agaso Senecae minus inepte fuerit scripturus: Paulo vero quid est minus ieiunum aut somniculosum? Et tamen in has epistolas extant verbosi commentarii. Quid his iudiciis caecius? Haec non admonerem nisi talibus imposturis nimium et in aliis tribuant interdum Christiani.

Iam videamus quae sit illa mirabilis sententia, quae commouit Hieronymum vt Senecam insereret catalogo sanctorum; in quo tamen commemorantur et Iudaei et haeretici ab Ecclesiae consortio digressi. In epistola quae praecedit penultimam ita scribit, 'Nam qui tuus est apud tuos locus, velim vt sit apud meos meus'. Haec Hieronymus tribuit Senecae modestiae. Atqui Paulus apud Christianos erat summo in precio, vtpote Apostolus qui plus omnibus laborauit. An Seneca optat talis esse apud suos, hoc est ethnicos? Verum hoc qui finxit, fortassis huc alludit quod Tacitus refert, illum inuidia multorumque criminationibus iam grauatum, egisse cum Nerone vt opes ac dignitatem liceret ipsi resignare qui dederat. Sed quid refert magnusne sit an humilis, modo sit apud idololatras? Optare potius debuit vt sibi liceret vel inter humiles Pauli discipulos numerari. Talis vox poterat illum commendare Christianis affectibus.

Postremo si verum est quod hae fingunt epistolae, quis vnquam Christianus sibi fuit supplicii minister? quis in vxore sua probauit vt citra necessitatem sibi mortem conscisceret? Sed in balneum calidum illatus, quum iam deficeret, sparsit aquam sanguine mixtam, et Socraticum quiddam referens dixit, 'Hoc libo Ioui liberatori'; per Iouem, vt aiunt, liberatorem, verum Deum intelligens. Adeo ne moriens quidem ausus est nominare Christum. Sed ego nimis multa de re nihili.

2093. To Charles Utenhove.

Chrysostomi Opuscula, 1529, f°. a² (a). Basle.
N. p. 1208: Lond. xxviii. 23: LB. 1011. 1 February 1529.

[The preface to *Aliquot Opuscula diui Chrysostomi Graeca, lectu dignissima, cum praefatione Erasmi Roterodami, cuius studio sunt aedita*, Basle, Froben, 1529 (a): a miscellaneous collection of ten letters, homilies and other pieces in the Greek, with no Latin translation. It is noticeable that no indication is given of the MSS. used.

46. commentarii] One, conjecturally attributed to Nic. Trivet († 1328), is in the Bodleian (MS. Bodl. 292, xv^{c}: SC. 2446, ff. 150–56); so 'verbose' as to be eight times as long as the text. I do not know that any were ever printed.

50. catalogo] See Hier. *vir. illust.* 12: 'quem non ponerem in catalogo sanctorum nisi me illae epistolae prouocarent'.

58. Tacitus] *Ann.* 14. 53, 54: reprinted, with Nero's reply, in this volume after the Letters, p. 682.

Charles Utenhove, son of Nicholas (l. 31n), went to Basle in 1528 for study (Ep. 2001. 26), at the suggestion of Aud. Edingus; and by the end of July was established as an inmate of Erasmus' house (Epp. 2015. 14, 2062. 35–7, 2065. 21n, 2079. 61, 2082. 444). As he was known to Berquin (Ep. 2077. 66), he had perhaps visited Paris in the autumn, in company with Zebridovius (Ep. 2052). In Feb. 1529, with introductions from Erasmus (Epp. 2105, 6; cf. Ep. 2117. 1–2), he went on to Padua; and there remained till April 1531, when, his mother having died, he returned to Ghent. Erasmus' opinion of him then was less glowing (LB. App. 370). In March 1534 with other friends from Ghent he visited Livinus Ammonius at Val-Royal (OE. 479); and in 1539 he was an alderman of his native town. He was still living on 12 Sept. 1546, when he wrote thence to Jo. Dantiscus (Ep. 2163. 138n): see EE. p. 437. Other letters from him to Dantiscus, dated from Ghent 1531–2, are in the Czartoryskich Muzeum at Cracow, MSS. 243. 203, 247. 95. He corresponded sympathetically with Melanchthon (ME. 3038, 4227). He is perhaps 'Chas. Vtenhove, l'aveugle', who with faltering hand signs a secretary's letter 10 Sept. 1577 (Basle MS. Ki. Ar. 18ª 402).

Besides the present volume he received from Sig. Gelenius the dedication of the first edition of Callimachus, Basle, Froben, 1532.

Prof. de Vocht gives ample notes about him in Cran. E. p. 295: see also the letter-book of L. Ammonius, Besançon MS. 599, pp. 185, 198, 224.]

ORNATISSIMO IVVENI CAROLO VTENHOVIO GANDAVO
DES. ERASMVS ROTERODAMVS S. D.

QVAM multos videmus hodie iuuenes, Carole gentis Vtenhouiae decus, qui praeter maiorum imagines nihil habent nobilitatis, nec in aliud valere putant gentis claritudinem quam vt sub huius vmbra licentius et impunitius indulgeant ocio, lusibus, amoribus, comessationibus, reliquisque nequitiae partibus! iudiciis adeo peruersis vt quum ex virtute profecta sit omnis nobilitas, sibi persuaserint virtute nobilitatem amitti gentisque decus obscurari: quod mea sententia nihilominus absurdum est quam si quis affirmet solem tenebras inuehere, noctem rebus lucem infundere. Siquidem tam crasso tenentur errore vt existiment ocium, ignauiam, omnium liberalium disciplinarum inscitiam, mores luxu perditos, caeteraque vitia non modo licere; sed etiam decere bene natos, quae nullum omnino mortalem non dedecent. Atqui longe turpius est progenitorum claritati tenebras offundere quam obscuris natum esse. Neque enim in cuiusquam est potestate ex qualibus nascatur; sed quemadmodum ea laus proprie nostra est, si disciplinis ac recte factis efficiamus vt a nobis initium sumat nobilitas, ita nostrum proprie dedecus est, si maioribus virtute partam nobilitatem degenere vita obscuremus. Sed his quoque sunt deteriores, qui se mendaci nobilitatis titulo venditant, quo magis liceat quicquid animo collibuit.

Ab horum tum ingeniis tum moribus immane quantum abes, ornatissime Carole; quem, licet ea florentem aetate cui vita solutior vitio verti non solet, generis dignitas et opulentia rei familiaris adeo non deiicit ad ineptas voluptates et ocium omnis nequitiae magistrum, vt ad disciplinarum integritatisque studium potius erigat atque inflammet. Sic enim tibi persuasit philosophica ratio, vt parum te dignum ducas progenitorum stemmatibus, nisi eos veris animi bonis vel aeques vel antecedas. Sollicitat nimirum vere generosam indolem tuam domesticum exemplar, clarissimi

TIT. *a*: ERASMVS ROT. CAROLO VTENHOVIO S. D. *N*. 18. a *ante* maioribus *add*. *N*³.

viri patris tui Nicolai Vtenhouii; qui praeter exactam iuris peritiam, praeter elegantiorum etiam litterarum scientiam, tanta modestia, prudentia, iudicio, animi moderatione atque integritate fuit ornatus, vt multis annis nemo Gandaui, principali totius Flandriae concilio, maiore cum laude praesederit. Et si quid in tanto causarum vndique strepentium tumultu contigisset ocii, id euoluendis sacris voluminibus impendebat, frequenter et noctis aliquam partem huic curae decidens, homo tot virtutum luminibus illustris vt in illo minima claritatis portio videretur generis decus.

Ad huius exemplum properanti non possum non magnopere gratulari; vtinam et aliquid adiumenti possim adferre! qui mihi videris non solum eo destinasse conatus tuos vt parentem laudatissimum imitatione referas, verum etiam vt aemulatione anteuertas; quo possis cum omnium applausu Homericum illud dicere,

τούτου πατρὸς εὔχομαι εἶναι.

Neque enim vere *γνήσιοι* sunt filii, sed nothi potius, qui parentes non alio referunt quam corporis liniamentis; animi speciem tanto praeclariorem adeo non exprimentes, vt sint etiam dissimillimi. Porro, quum triplex sit nobilitatis genus, vnum quod contingit natiuitate; alterum quod parit liberalium disciplinarum cognitio; tertium eximia virtus et ingentia in remp. merita; perspicuum est eum inter nobiles esse nobilissimum, qui circulum hunc suis numeris absoluerit. Id quemadmodum a patre tuo vides egregie perfectum, ita laudis huius stadium ingressus et per illius currens vestigia, summo studio conniteris vt ad eandem metam peruenias. Quemadmodum autem nulla est absoluta doctrina sine peritia linguarum, ita nulla est perfecta virtus absque pietate; quae vel sola potest et nobilem et beatum reddere, quum eruditio religionis expers cadat et in sceleratissimos animos. Porro, absque his, sanguinis nobilitas nullum habet vsum, nisi quod vel ad virtutem enitenti domesticis praelucet exemplis, vel a maiorum instituto degenerantem traducit. Quisquis autem scelere clarus est, ille profecto plus quam ignobilis est. Quis enim non malit nullum habere nomen quam cum Thersite, Phrynonda et Cercopibus celebrari? Is demum vere nobilis est, qui propriis bonis inclaruit. Etenim qui nihil habet quo se commendet hominum memoriae quam progenitorum imagines, quibus atriorum parietes ornantur potius quam is qui iactat, nihilo decentius dicatur nobilis quam si quis vocetur diues aere alieno.

Ad hos stimulos haud quaquam segnes accedit et vrbis Gandaui splendor. Neque enim arbitror, quaqua patet Christiana ditio, ciuitatem vllam reperiri quae cum hac conferri queat, siue spectes amplitudinem vrbis ac potentiam, siue politiam, siue gentis indolem. Nec enim aliunde feliciora prodeunt ingenia, nec expres-

48. lineamentis N^3.

31. Vtenhouii] Nic. Vut den houe († 11 Feb. 1527), lord of Markeghem, councillor to Charles v, and since 1520 president of Flanders: see Cran. E. p. 295.

45. Homericum] Cf. *Il.* 14. 113.

siora priscae virtutis exempla. Quorum et hodie supersunt Lodouicus a Prato, de quo dubites litterisne sit ornatior an stemmatis; Guilhelmus a Vala, cuius ingenio nihil excogitari potest dexterius; Antonius Claua, senex quidem aetate, sed animi bonis omnibus vnice vernans; Audomarus Edingus, niueis homo moribus; Liuinus Ammonius, vir eruditione iuxta ac pietate insignis; Nicolaus Vtenhouius, iuuenis nihil non eximium de se pollicens; aliique complures, quorum nemo non praeclaram de te spem concepit.

Proinde non mediocrem, mi Carole, sustines expectationem, vt non modo Vtenhouio nomini patriisque virtutibus, verumetiam tam inclytae ciuitatis, parentis et altricis tuae, claritudini, denique talium virorum votis respondeas. Habebat pater tuus illud cum Catone Romano commune, quod nullum omnino tempus pateretur elabi sine fructu studiorum; adeo vt in consessum etiam secum deferret enchiridia quaedam, in quibus legeret aliquid, si quid forte incideret a negociis vacui temporis, quod alii solent vel fabulis vel inanibus cogitationibus dare. Laudo quod hic quoque parentem refers, nusquam proficiscens incomitatus erudito quopiam libello, vt ne in deambulationibus quidem aut vectationibus aut colloquiis tempus abeat absque lucro litterario.

Itaque paraui libellum hunc, qui tibi quouis loco, quouis tempore suauissimum confabulonem exhibeat, nec minus tamen salutiferum quam suauem. Sunt enim fragmenta quaedam Ioannis Chrysostomi, qui non minus expoliet linguam tuam elegantia Graeci sermonis quam pectus instruet disciplina pietatis. Si te delectat Atticus lepos, habes Demosthenem; si cognitio Christianae philosophiae, habes insignem theologum. Erat animus iustum aliquod huius autoris opus dare studiosis, quando iam plerique Graeca malunt quam Latina; nec vlla tam felix tamque fidelis est interpretatio, quin praestet ex ipsis haurire fontibus. Sed noui typi nondum erant satis apparati. Visum est tamen interim hac velut arra studiosorum expectationem vel iritare vel consolari. Hoc quicquid est tuo paternoque nomini dicatum esse volui, quo simul et nostrae necessitudinis extaret aliquod monumentum, et optimi patris tui propensissimo erga me studio vicem aliquam reponerem, si memoriam illius meo quoque calamo, si quid omnino valet meus calamus, ab obliuione vindicarem.

Sed non imponam epistolae finem, donec Epitaphia quae illius memoriae dicaui, recitauero.

77. litterisne *a*: literis *N*.

---

77. a Prato] See Ep. 1191.
78. a Vala] See Ep. 301. 37n.
79. Claua] See Epp. 175. 10n, 841. 1n.
80. Edingus] See Ep. 2060.
81. Ammonius] See Ep. 1463.
82. Vtenhouius] Nic. († 19 Aug. 1549), elder son of Ant. Utenhove of Ypres, and cousin of Charles, matriculated at Louvain 8 April 1521. In 1531 he was elected *voogd* of Ypres, later he was councillor of Flanders, and in 1547 member of the Parliament of Malines: see Cran. E. p. 295.
106. noui typi] See Ep. 2062. 20n. For an attempt in 1526 to provide Froben with new Greek type see BRE. 261.

Latinum sic habet:
Hoc saxo tegitur celebris heros
Vtenhouius ille Nicolaus,
Quo sub praeside Flandriae senatus
Multos floruit vnice per annos.
Hoc patri orphana turba liberorum
Μνημεῖον posuit, pio quidem illa
Sed casso officio. Quid attinebat
Haec illi monumenta comparare,
Cuius scilicet approbata virtus
Haeret mentibus omnium, nec vlla
Illam vis abolebit aut vetustas?

Graecum sic habet:
Τίς εἶ θεάων; Οὔνομ᾽ ἐστί μοι Δίκη.
Τί δακρύεις οὖν; Τὸν δικαίαρχον καλὸν
Τὸν Νικόλαον Οὐθενώβιον ποθῶ,
Ὅς ἦν ἁπάσης Φλανδρίας κλέος μέγα.
Τούτου γὰρ οὐδεὶς βελτίων πέφυκ᾽ ἀνήρ.
Φιλῷ θανόντι συναπέθανον, ὡς μοι δοκῶ.
Οὐκ ἦν δίκαιος, ἀλλὰ μᾶλλον ἡ δίκη.

Bene vale Basileae. Calend. Febr. ANNO M.D.XXIX.

2094. TO THE READER.

Apologia ad monachos Hispanos, 1529, p. 219. 〈Basle.〉
LB. ix. 1092. 〈c. February 1529.〉

[A letter appended to the second edition of the *Apologia ad monachos Hispanos*, Basle, Froben, 1529 (α): see Epp. 1877, 1879, 1967. The edition has no month-date; but it may be conjectured that, as there is no reference in this letter to the attack made on him by Carvajal (Ep. 2110), Erasmus had not yet heard of it. As soon as Carvajal's book reached him, he dashed off a reply in time for the spring fair at Frankfort; probably throwing this second edition of the *Apologia* aside for the purpose. It was in fact completed more leisurely (cf. Ep. 2133. 22–5), for the autumn fair; for the *Loca emendata* appended to it (Ep. 2095) were coming through the press in June (see Ep. 2185. 54–7).
This letter, but not the *Loca*, was reprinted in the Basle *Opera*, 1540, ix. 891 (β).]

ERASMVS ROTERODAMVS CANDIDO LECTORI S.

QVIS expectasset a viris qui se columnas Ecclesiae volunt haberi, tam stupida, tam crassa, tam indocta, tam maliciosa iudicia? Et huius negocii duces sunt praecipue Dominicani, non gregarii sed magistri nostri; tum Franciscani, nec hi sane vulgares sed ex illo seraphico sodalitio qui dicuntur Obseruantes. Nam hi quum antehac in negocio Lutherano dormitarint, nunc nescio cuius rei fiducia prosiliunt in aciem. Opinor Pontificem illis minatum se rescissurum quicquid indulsit priuilegiorum, ni se praebeant fortes viros. Sed ita rem gerunt multis locis vt et ordini seraphico multum detrahant et autoritatis et gratiae, nec causam Ecclesiae admodum iuuent. Videntur enim magnam spem posuisse in pluri-

morum hominum stultitia; qua freti fortiter contemnunt eruditorum et cordatorum paucitatem. In hoc sapiunt, quod lingua potius quam calamo belligerantur. Scriptum inficiari difficile est, quanquam solent hoc quoque: verum si quid dictum est, licet in publico, licet sexcentis audientibus, et vrgeat aliquis, statim habent in promptu, 'Non dixi', 'Non ista dixi'. Si res ad testimonia redeat, multi fauent, multi non meminerunt; et qui se putant meminisse, diuerse, vt fit, narrant audita. Postremo cum vniuerso ordine rem habet qui cum vno sodali litigat. Itaque nemo lubens se palam admiscet talibus controuersiis. Norunt multorum arcana, habent suos corycaeos in principum aulis, in diuitum familiis, habent sua stratagemata mystica quibus vlciscantur eos qui parum fauent ordini. Itaque a prudentibus viris timentur magis quam amantur. Existimant enim nihil esse melius quam cum hoc hominum genere nihil prorsus habere commercii. Si digitum admittas in familiaritatem, totum corpus ingerunt; si deficias aut laedas, miris cuniculis moliuntur vindictam.

Quid hic commemorem quos tumultus excitarint, primum in aula Caesaris, deinde Salamantae, quoties palam ac publice vociferati sint haereticum et Luthero deteriorem Erasmum? Quum principes viderent illorum impotentiam cohiberi non posse, postularunt vt si quid haberent cognitione dignum, apud legitimos iudices proponerent, nec huiusmodi seditiosis clamoribus turbarent Hispaniam. Datum est spatium satis amplum. Actum est negocium per septem ordines, ex quibus delecti sunt eruditissimi quique. Atque interim adiuti sunt cuiusdam plusquam sycophantico libello, qui totos septem annos in hoc laborauit vt ex omnibus libris meis excerperet quod posset ad calumniam detorqueri. Alioqui quando illi pene dixeram ventres tantum voluminum euoluissent? Quumque iam immensam articulorum syluam obtulissent, sed indigestam, in qua frequenter eadem iterarentur, iussi sunt a summo iudice syluam in ordinem et compendium redigere, quo liceret rem cognoscere. Factum est: hic venerabilis libellus exhibitus est publicitus. Quumque ab eodem iudice diligenter essent admoniti vt res citra conuicia Christiana moderatione transigeretur, tamen omnes tituli habent atrocem contumeliam. Addidere contumeliosam praefationem, nec vsquam temperant a conuiciis: nisi forte conuicium non est 'Irridet beatam Virginem', 'Damnat cultum diuorum', 'Impie sentit de Trinitate', aliaque permulta quibus hic religiosus scatet libellus; qui quum offeratur iudici, tamen nusquam non illi praeiudicat praeitque.

Quis vel inimicissimus potuisset illorum inscitiam maliciamque

30. Salamanticae β.

22. corycaeos] Cf. Ep. 2082. 317n.
29–30. in aula] Cf. Ep. 2134. 160n.
30. Salamantae] See Ep. 1744. 128n.
35–6. negocium] See Ep. 1791.
36. septem ordines] See Ep. 1893. 32n.
37. cuiusdam] Lee; see Epp. 1828. 11n, 2198. 24–6. But in his *Dulcoratio*, f. 78, Carvajal (Ep. 2110), who was much more in a position to know, ascribes the book with assurance to two Franciscans, Franc. Castellus (Ep. 1814. 231n) and Franc. Menesius.
40. ventres] Cf. Epp. 1166. 16, 1805. 359, 1864. 10.

magis traducere quam faciunt ipsi? Et ob huius praeclaros articulos sollicitatus est Caesar, sollicitati sunt Archiepiscopi, euocati sunt trium Academiarum praecipui theologi, indicta est synodus, decantata est missa de Spiritu sancto, praesedit vir et imaginibus et eruditione et morum integritate clarus, Alfonsus archiepiscopus Hispalensis, qui praefatus est rebus agendis, grauiter admonens vt etiam atque etiam temperaretur a tumultu et verborum petulantia. Qui defendebant, modestissime de laudibus meis praefati sunt. At protinus a monachis impotens tumultus exortus est, vt nec Archiepiscopi autoritate sedari potuerit: sic enim decreuerant vincere, quum intelligerent se causa multo inferiores. Atque eum quidem conuentum pestis diremit: in quo sic rem gesserunt monachi vt Praesul a renouanda synodo libenter abstineat. Iactabant enim se maiorem errorum syluam collegisse; sed audierunt 'Ex vnguibus leonem'. Iam, opinor, ad illos delatus erat Beddae liber, quem in me pridem euomuit: quo ducentis annis nihil exiit stultius, maliciosius, indoctius, denique Bedda dignius.

Et post haec queruntur me parum aequum monachis. Prodeat ex omnibus quisquam, siue Dominicanus siue Franciscanus, siue quocunque titulo, quocunque cultu, cui me praebuerim minus amicum eo quod monachus esset: nisi forte omnes ducunt pro hostibus qui tales calumnias non possunt aequo animo perpeti. Fauores emerendi sunt benefactis, non extorquendi malefactis. Si viueret Dominicus aut Franciscus, non ad alium haec deferrem quam ad illos; quum hos patres iactitent, a quorum moribus quam maxime degenerant. Quod de pluribus, non de omnibus, dictum velim. Oremus Dominum vt istis crassis ventribus indat mentem aliquanto saniorem. Vale lector.

2095. To the Reader.

Apologia ad monachos Hispanos, 1529, p. 223. ⟨Basle.⟩
⟨c. February 1529.⟩

[The preface to *Loca quaedam in aliquot Erasmi lucubrationibus per ipsum emendata*, which were appended to the second edition of his *Apologia ad monachos Hispanos* (see Ep. 2094). They consist of a number of corrections, filling 26 octavo pages, for some of his books: Jerome 1526 (Ep. 1465), Psalm lxxxv 1528 (Ep. 2017), the Annotations on the New Testament 1527, and the Paraphrases 1524. Erasmus did not expect that there would be any call for new editions of these; and warned by a dream that he had reached an age when there were not many years before him, he wished to record some corrections and improvements which had occurred to him.

The *Loca* are not included in his collected *Opera*, and I cannot find that they were ever reprinted; the reason being no doubt that his expectation was not fulfilled, and that the corrections were in fact incorporated in subsequent editions. Consequently this preface also, with its vivid account of

---

55. Archiepiscopi] Fonseca of Toledo and Manrique of Seville.

56. Academiarum] Alcala and Salamanca (cf. Ep. 1814. 253); and the third was probably either Toledo (cf. Ep. 2157. 596–7) or Paris (cf. Ep. 1909. 60–62).

68. Ex vnguibus] *sc.* aestimare. See *Adag.* 834: 'ex vna quapiam coniectura negocium vniuersum perpendere, ex paucis multa, ex minimis maxima coniicere'.

69. Beddae liber] The *Annotationes*, 1526: see Ep. 1679. 39n.

his dream, has escaped notice. No precise date is possible; but it may be placed conjecturally with the volume in which it appeared (Ep. 2094), the printing of which was being completed in June 1529 (see Ep. 2185. 54–7).]

ERASMVS ROT. PIO LECTORI S. D.

INDIES, amice lector, magis ac magis probatur mihi consilium Horatianum, admonens vt liber quem cupimus nobis esse superstitem et in omnium versari manibus, nonum prematur in annum. Hac in re fateor non mediocriter peccatum esse, quod omnia fere nostra praecipitauimus verius quam aedidimus, adeo vt frequenter ne in horam quidem presserimus quod erat in manibus, nonnunquam et madidas etiamnum atramento chartas typographis tradentes. Itaque quum ea sit aetas ac valetudo vt omnem diem mihi debeam pro supremo ducere, arbitratus sum hoc esse Christianae synceritatis, vt superiorem negligentiam sera quidem sed non prorsus infrugifera diligentia vtcunque sarciam, vtque separatim lapsus aliquot, quos in lucubrationibus meis post aedita volumina deprehendi, commonstrem, et, quemadmodum ait ille,

veniam culpae proditor ipse meae.

Verbis Paulinis libenter vtimur, vtinam et feliciter! 'Ego iam delibor, et tempus meae resolutionis instat'; meusque Terminus facit vt magis libeat abuti Prudentiano carmine,

Instat Terminus, et diem
Vicinum senio iam Deus applicat:

quanquam hos versus vir ille scripsit me decem ferme annis minor.

Iam si somnium meum proferam, vereor ne videar praeter morem meum nouus ὀνειροπόλος. Age, rideatur licet somnium, modo nos rei salutaris admoneat. Mense proximo quiddam inciderat vt esset mihi surgendum solito maturius. Itaque dum ex more procumbens ante lectulum preces absoluo, somnus obrepsit oranti. Nam et inter orandum visus sum mihi sentire nescio quid affectus non prorsus humani. Apud ignotissimam gentem in diuersorio quodam parum commodo agenti visus est iuuenis decentissima specie, vultu tam alacri vt me protinus ipso intuitu exhilararit. 'Quid hic' inquit 'cessas, Erasme? Nimis incommode habitas.' 'Nimirum' inquam 'peregre, et in alieno.' 'Quin igitur' inquit 'festinas isthinc emigrare?' 'Nihil' inquam 'fecero lubentius, sed vereor ne incommodum domicilium mutem incommodiore.' 'Atqui si me' inquit 'sequi voles, commonstrabo tibi sedem admodum tranquillam, vbi neque fumus per omnia sparsus, neque tectum pluuiis perstillans, neque paries ventis peruius, neque rimae meditantes ruinam, nec anguis obsibilans neque graculus obstrepens nec pica obganniens nec asinus obrudens nec canis oblatrans molestus sit.' 'In tale'

2. Horatianum] *A. P.* 388.
5. praecipitauimus] Cf. Ep. 1352. 92n.
13. ille] Ov. *Am.* 2. 8. 26.
15. Paulinis] 2 Tim. 4. 6.
16. Terminus] See Ep. 2018.
17. Prudentiano] *Cath.* pr. 4–5.
26. obrepsit] Cf. Hor. *A. P.* 360.

inquam 'domicilium lubens immigrarim'; et mox iussus sequi, sequutus sum.

Ostendit pratum tantae amoenitatis quantam nulla mortalis oratio possit explicare; itaque non sum hic lectorem narratione remoraturus. In eo passim erant palatia, quibus collatae regum aulae nihil aliud videantur quam porcorum harae. Ibi miro raptus affectu, protinus insilire volui. Sed iuuenis me laeua reprehendens, 'Caue faxis' inquit. 'Stat sua cuique dies: breui te reuisam et huc adducam. Tu interim compone tuas sarcinulas hoc loco dignas.' 'Hoc loco dignas?' inquam. 'Nemo Codrus me Codrior.' Tum ille 'Hoc ipsum' inquit 'erit loco viatici, si doleas tibi nihil esse viatici; venies enim ad hospitem benignum iuxta ac diuitem.' His dictis ille euanuit: ego experrectus mecum reputo quid sibi velit tam insolitum somnium.

Tot igitur modis admonitus, optime lector, pro viribus hoc ago, vt si nihil sit bonae suppellectilis, certe malorum sarcina quam minime grauatus eo veniam. D. Hieronymi scripta Nouumque Testamentum a me recognitum ac Paraphrases fortasse me viuo non excudentur denuo. In schedis itaque notare visum est quid quo loco sit emendandum, vt ex his qui volet, suum emendet codicem, aut si quis forte typographus adornarit in posterum nouam aeditionem, habeat vnde illam det emaculatiorem.

Hic fortassis expectabit aliquis vt omnia mutem, quaecunque quilibet arrosit. At istud esset non emendare sed corrumpere. Et arrosa et non arrosa noto, sed ea duntaxat quae merebantur castigationem: in quibus tamen plurima sunt quae scribarum et typographorum incuria commissa sunt, nonnulla calami lapsu, quaedam mea vel inscitia vel incogitantia. Nam impietatis crimen nusquam agnosco; certe mens vacat impietatis affectu. Quanquam ex his quae nunc damus, multa signaueramus post Supputationes nostras. Caeterum quoniam ibi latebant, visum est his adiuncta magis omnium oculis exponere. Vbi nunc sunt qui clamant Erasmum monitoris impatientem esse, et verbulo dissentienti protinus obuertere cornua? Qui prodit quae latebant, an non libenter agnosceret ab aliis prodita? Quis autem ferat istos quosdam qui nihil aliud quam conuiciantur et calumniantur, etiam ea deprauantes quae rectiss⟨ime⟩ dicta sunt, nec aliud affectant quam qualibet ratione cunctis innotescere?

Superest vt tribus verbis caueam typographis: quorum nemini quidem obsto quo minus excudat quae volet. At non committam vt meo silentio quisquam veniat in fraudem. Tantum ea notauimus quae correctorem desiderabant, et paucis verbis narrari poterant. Caeterum perplexa, quaeque curam prolixam ac multum verborum requirebant, praetermisimus: quod genus sunt de Herodibus et genealogiis, in quibus mirum quam et codices et

48. Stat sua] Verg. *Aen.* 10. 467.

50. Codrus] Cf. *Adag.* 576, 'Codro pauperior'.

70–1. post Supputationes] At the end of the *Supputationes errorum Bedae*, Basle, Froben, March 1527 (Ep. 1804. 69n), are four octavo pages of Erasmus' corrections for the Paraphrases. They are incorporated in the present *Loca*, but were not otherwise reprinted.

73. monitoris] Cf. Ep. 2082. 195n.

interpretes varient. Simul omisimus ea quae tantum locupletant, explicant ac confirmant ea quae prius aedita sunt, quaeue conducere videbantur excludendae calumniae. Nam accessionum huiusmodi multam vim quotidiana Graecorum et Latinorum voluminum lectio suppeditat. Nec ea curauimus annotare quae nunquam non obrepunt scribis et typographis, modo sint eius generis vt lector non omnino stupidus ex se facile lapsum animaduertat. Et fieri potest vt mox alia sese offerant oculis meis, quae hactenus fefellerunt.

Hoc typographos caelatum esse nolui, ne dum lucrum captant, damnum capiant. Nunc locos annotatos accipe, lector; in tuis apud Deum precibus Erasmi memor.

2096. From George Amelius.

Leipzig MS. Freiburg.
EE. 95. 3 February 1529.

[An original letter, autograph throughout, with the right-hand top corner torn away. The year-date is sufficiently confirmed by the connexion with Epp. 2098, 2104.

George Achtznicht (Amelius) of Moravia (†28 Oct. 1541) was a student at Bologna in 1518; and by the time he matriculated at Freiburg, 30 Sept. 1521, had become I.V.D. His life was spent at Freiburg as professor of canon law; and he was four times Rector of the University. As a friend of Zasius, he contributed verses and a letter (ZE. 253) to his *Intellectus iuris ciuilis*, Basle, A. Cratander, Jan. 1526. In 1538 he was appealing to Nausea, as an old friend, for aid on the ground of the smallness of his salary and the burdens of old age and children (NE. 231). He died of the plague.

See ADB. i. 394 and Knod. Some autograph letters from him to Boniface Amerbach, 1532–4, in Latin or German, are at Basle; mostly about money matters (G. II. 14. 116–26).]

S. P. Cum variae multorum indies ad te ⟨literae mittan/tur, doctiss. Erasme, ego vero hactenus minus audebam mearum literarum aliquid ad te dare; et id quidem ea ratione potissimum, quod in arce omnis eloquentiae te positum meis ineptiis obtundere indignum iudicarem. In quo offitio negligendo non tam ingenii mei imbecillitatem quam temporum hanc iniuriam accuso. At cum mihi nuper, magno patrono auctore, scribendi ad te obtigisset occasio, vicit tandem antiquatam verecundiam pertinax illius desiderium; cui vt obsecundarem effaecit partim nominis tui celebritas, partim iuratissimi mei in te animi beneuolentia. Maximam vicissim gratiam me hinc relaturum spero, si hoc laconico epistolio primus apud te nouo amico domino Antonio Gurtzensi familiaritatis ianuam, mihi autem literarum tuarum vicissitudinem adaperuero. Nunc occasionem paucis accipe.

Venit nuperis diebus Friburgum ad capessendum cultum doctrinarum Hispanus quidam adolescens, cui nomen Antonio Salamanca, Gurtzensis episcopatus administrator, iuditio mehercle plusquam senili, atque moribus ita prouectis vt recte hunc Hispanum dixeris. Is cum ad iuris studia mentem potissimum ap-

2096. 7. patrono] Perhaps the Count of Ortenburg; see l. 36n.

12. Gurtzensi] Ant. of Salamanca; see Ep. 2098.

plicare destinet, ob id assiduo preceptore maxime opus habebit, quo cum domi suae pro re nata de singulis conferre liberius possit. Verum quia hoc tempore eius conditionis tam honorificae nemo hic est appetens, idcirco bonus ille iuuenis Gurtzensis coadiutor magnopere contendebat, vt vna secum ad te (cui multorum cognita sunt ingenia) scriberem, simulque exorarem, quo hominem ad studia iuris accinctum alibi (quando Friburgi non datur) in preceptore et libero et certo deligendo adiuuares. Quod vt fatias, te maiorem inmodum rogo oro obtestor. Amat enim hic iuuenis te vt parentem; qui et de Erasmo et candide semper sentit et honeste loquitur. Licebit autem tibi facile huius adolescentis specimen quantae sit eruditionis et in te obseruantiae, ex hiis suis literis ad te ex tempore scriptis conicere. Tu ergo, optime Erasme, si quem nosti virum in hoc iuris curriculo vel mediocriter versatum, cuique velis ipse bene consultum, eum ad nos quamprimum mittas. In hoc offitio, crede mihi, domino Comiti de Ortenburg atque Antonio Salamanca rem gratissimam facturus es.

Vale, decus literarum, cui me quam possum maxime commendo, ex Friburgo Brisgoico tertia die Februarii Anno etc. XXIX.

T. D.

deditissimus Georgius Amelius.

D. Erasmo Roterodamo, omnium tam diuinarum quam humanarum literarum summo doctori, Basilee.

2097. From John Faber.

Leipzig MS. — Innsbruck.
EE. 96. — 4 February 1529.

[An original letter, written and addressed by a secretary, signed by Faber. The year-date is sufficiently confirmed by the mention of disturbances in Basle, and of Erasmus' meditated flight.]

S. Tandem vero, ornatiss. Erasme, quod consilii ad euertendam remp. in animo dudum plerique secum ceperant, erupit, nempe

2096. 22. conditonis *MS.* 31. eruditonis *MS.* 2097. 2. secum *EE*: tecum *MS.*

2096. 27. libero] Cf. Ep. 2118. 11.

32. literis] Not extant: but cf. Ep. 2098. 5.

36. Ortenburg] Gabriel of Salamanca († 1544), born at Argos in Old Castile. By Feb. 1521 he was Chancellor of Tyrol, and had become a favourite and influential councillor of Ferdinand; who in 1523 made him Treasurer-general and on 15 March 1524 Count of Ortenburg in Carinthia. In 1523 Charles too created him Freiherr. For his marriage at Innsbruck to Elizabeth, countess of Eberstain, 20 July 1523, R. Sbrul (Ep. 1159) wrote an *Epithalamium*, Vienna, J. Singren, *s.a.* In March 1527, as Ferdinand's chamberlain, he was in England seeking help against the Turks (Cran. E. 227, 229; Brewer iv. 2765, &c.). The hostility of German rivals drove him from the Court, and his later years were spent in retirement. See ADB. xxiv. 437–8; Zw. E². 687n; and W. Friedensburg. *Nuntiaturberichte aus Deutschland*, I. 1, 1892, pp. 95, 209, 578. Ep. 2098. 2–4. shows that he had rendered some service to Erasmus.

2097. 2. erupit] For the commotions in Basle during Jan. 1529 over the change of religion see Am. E. 38

vt armis omnia miscerent, atque vi oppressos humiles paucosque Christi dogmatum obseruatores in eorum perfidiam traherent. Doleo equidem plurimum atque satis moleste fero tantae reip. ruinam a tam sordidis hominibus fieri. In primis autem tibi, doctiss. Erasme, inuideo, in hoc strepitu seditiosorum hominum versari te; non parum enim tibi timeo ne quid praeter spem atque expectationem in te machinentur. Verum id consilii quod cepisti lubens audio; accepi enim fuga te consulturum vitae tuae: quod in primis operae pretium esse video. Scio autem quam moleste grauiterque sis laturus, educere Musas tuas ex oportuniss⟨imo⟩ studiis tuis loco. Verum rursus augurari possum quam male Musis cum Marte conueniat.

Tridentinus hodie in tui mentionem mecum incidit: qui prorsus etiam pro te sollicitus est; nequit tandem tantum consilii capere, quanam oportunitate, quae tibi videri possit quaeque grata sit, tuis rebus consulere queat. Animum eius possedisti; nihil est quod Erasmi caussa sit vnquam recusaturus. Verum hodie rursus iussit vt tibi scriberem, quam semel obtulerit occasionem protrahendae reliquae vitae, ita perpetuo constantem secum manere; imo, si illius sumptus non neglexeris, pinguiorem quam speraueris fore conditionem pollicetur. Breui itaque, si quid animi est, significato. Vale. ex Inspruck .4. februarii anni 29.

Tuus Faber.

Ornatiss. ac doctiss. domino Erasmo Roterodamo, suo amiciss.

2098$_{2104}$ TO ANTONY SALAMANCA.

Opus Epistolarum p. 799. Basle.
N. p. 763: Lond. xx. 102: LB. 1012. 6 February 1529.

[The year-date of this letter and its answer is confirmed by the connexion with Ep. 2118. It appears from Ep. 2104. 19 that there was a passage at the end—perhaps for safety (cf. Ep. 2118. 46–7) on a separate strip of paper (cf. Ep. 1546)—, which was omitted in printing. For other omissions at the end of a letter see Epp. 2035, 2066. 60n, 2074. 1–2, 2173, 2197, 2290.

Ant. Hoyos of Salamanca, bp. elect of Gurk in Carinthia, and son of a sister of Ferdinand's favourite, was at Freiburg in July 1528, studying law: see some letters from him to Boniface Amerbach, Basle MSS. G. II. 25. 1–4. Early next year (Ep. 2096. 15) he came back to Freiburg to resume his studies, and in March proposed to matriculate; claiming however that as a prince of Germany (presumably as bp. of Gurk), subject only to the Imperial Court, he could take no oath to the University. In the negotiations he further claimed that he had been rector of Vienna University, and had obtained for it three lectures, in Hebrew, Greek and Humanity (Freiburg MS., Prot. Senatus Acad. iii, p. 208); but of this there is no corroboration in Aschbach.

He did not actually obtain his see till 1533, and is said to have died by violence in 1551.]

16. tandem *MS.*: ? tamen *scribendum*. 24. signifato *MS.*

and R. Wackernagel, *Humanismus und Reformation in Basel*, 1924, pp. 506–8.

10. fuga] Cf. Epp. 2089. 20, 2104. 10.

15. Tridentinus] Bern. of Cles: see Epp. 1357, 2159. 10–12, 2295, 2299.

20. obtulerit] Cf. Epp. 1409, 2159. 9, 2299 31–7.

ERASMVS ROTERODAMVS ANTONIO SALAMANCAE, EPISCOPO GVRCENSI ELECTO, S. D.

NON mediocri me voluptate iam affecerat Henricus Glareanus, quum nunciaret istic adesse nepotem clarissimi Comitis Orthenburgensis; cuius humanitatem iam pridem non literis tantum amantissime scriptis verumetiam officiolo quodam sum expertus. Hoc gaudium mihi conduplicarunt tuae literae, quae praeter eruditionem, prudentiam ac pietatem minime iuuenilem, spirant non vulgare quoddam erga me studium, quod ego sane in parte non postrema meae felicitatis numero. Atque isto quidem nomine gratiam habeo maximam, daturus operam ne tantum fauoris in hominem prorsus ingratum tua benignitas collocasse videatur. Tibi vero gratulor vnice, quod virtuti tuae tanta accesserit autoritas, qua possis de religione Christiana quam optime mereri. Sed multo magis tibi gratulor istam tam religiosam mentem, quod studes animum his literis ac disciplinis instruere, quae te reddant muneri cui destinatus es gerendo idoneum. Desiderat enim haec immanis Ecclesiae tempestas naucleros eximios, tum eruditione, tum pietate insignes; qualem te fore confidimus.

Quo liberius in eo quod petis sanctissimae voluntati tuae morem geremus, si quo pacto licebit; nam talium qualem desiderat amplitudo tua, hic mira raritas est. Vnum enim tantum habemus quem ausim tibi tradere, hoc est moribus integris atque etiam commodis, in bonis literis eleganter eruditum, nec infeliciter progressum in iuris peritia, tum alienissimum ab his dissidiis quae nunc infestant Ecclesiae concordiam. Is intra paucos dies redibit Friburgum; ita licebit vt coram nullo tuo dispendio cum homine misceas colloquium. Qui si tuae prudentiae talis videbitur qualis hic optimo cuique, non mihi tantum, videtur—quod omnino futurum et optamus et confidimus—, facile cum illo rem transiget. Per eum tibi scribemus aliq ıanto copiosius: nunc enim pluribus non vacat. Interim precor vt tua sublimitas quam prosperrime valeat, et Erasmum inter addictissima sua mancipia numeret.

Datum Basileae 6. die Febr. An. M. D. XXIX.

[2086]2099. FROM HENRY EPPENDORFF.

Pirckheimeri Opera p. 304. Strasburg.
LB. 1088. ⟨c. February⟩ 1529.

RESPONSIO HEN. EPPH.

LITERAS nostras tibi non redditas intelligo: verum accipe quid scripserim. Fidei te et pacti admonui, quod tu tanta religione

2098. 1. Glareanus] He remained at Basle till 20 Feb., but then migrated to Freiburg: see Ep. 2105. 22.

2–3. Orthenburgensis] See Ep. 2096. 36n; his letter (l. 3) is not extant.

5. literae] Cf. Ep. 2096. 32.

20. Vnum] From the warmth of Erasmus' commendation this young lawyer might be identified with Boniface Amerbach; and this is confirmed by Ep. 2104. 6–7.

2099. 1. Literas] Of the end of June: see Ep. 1934 introd.

inter nos actum ais, 'vt non possit sine summa perfidiae nota violari'. Vide, bone vir, quam te tuis telis confodias: qui nec pacto steteris, et reconciliatam bonorum virorum opera amicitiam, scelerata tua epistola denuo dilaceras. Scripsine vnquam 'tibi mea amicitia opus esse'? quum tu tuam tam impudenter toties apud me iactaris: adiiciens quantus sis in aspergendis bonis viris artifex, putans scilicet sic nos a tuenda existimatione nostra absterreri posse. Ego te laesi nunquam, quum tu nos et vita et fama semel perdere perfide conatus es. Scio qua via paranda sit fama, etiamsi tu non indicaris.

Pecuniam alienam sic capto, vt etiam meae plusquam profusus sim; nec libet hic referre quibus laboribus tu tibi congesseris pecuniam. Subuenies cui velis, nec te impendii nostri, rogo, pigeat.

Quod praestitisti, inita iubebat concordia: illud quam decorum tibi erat, te appello. Certe non pluribus aureorum milibus numeratis ego eo adigi potuissem: quae vox fortassis inter conuiuas excidit homini qui nihil fama charius ducit.

Qui rumores exorti sint nescio, ⟨nec⟩ quid ad te relatum sit. Ego ex huiusmodi rumoribus nec famam nec questum nec tuam quaero infamiam. Quod inde intelligis quia pacti tam sero meminerim, nihil minus futurum putans quam quod hic fidem desiderarem tuam.

Librorum nec effoetus es, et habebas quod commode nobis inscribi poterat. Inscribas sanctos seuerosque labores cui velis, nec mihi quicquam cum viduis commune est. Bella quae subinde cum theologis exhauris, vide ne ipse quoque tibi accersas. At nihil ad nos haec: fidem saltem in te quaero.

Iam vero quorsum attinet excusare perfidiam tam odiosa comparatione? 'eum scilicet esse obnoxium perfidiae, qui ad constitutum diem debitum non dissoluerit: quod nemo melius ac ego nouerim'. Obtestor te per Deum, dic cui debeam vltra praescriptum diem? Si ignominia est debere, infames sunt summi reges et imperatores. Sed tu sic soles nunquam non dente ludere.

Arbitri quid iubeant nescio; tu scis quid pactum et innocentia mea exigat. Non opus est vt imperata mea facias; fac quod bonorum virorum iussu debes. Georgius Dux si quam de nobis concepit concordiam, hanc per me non amittet. Othonis causa ad nos nihil pertinet, nec video quid tibi velis cum litteris tum ad Principem tum ad eum scriptis; possum ferre quod illas proferas. Otho causa sua stet aut cadat.

Porro eo animo tecum redeo in gratiam, vt perpetuo tibi

6. *LB*: Scripsi me *P*. 11. semel *P*: simul *coni. LB*. 21. sint *scripsi*: sunt *P*. 29. *LB*: Theologos *P*. 37. ludere *P*: laedere *coni. LB*.

3. ais] Ep. 2086. 1–2.
26. habebas] Cf. Ep. 1950. 17–20; where in l. 18n the reference should be to Ep. 2093.
29. exhauris] Cf. Verg. *Aen.* 4. 14.
32. eum] See Ep. 2086. 49–51.

futurus essem amicus, si modo per te liceat; nec morabor aut saeculi malignitatem aut improbas linguas.

Vale Argentorati Anno XXIX. etc.

Henricus ab Epphendorph, tuus si tibi placet.

2100. To Mary of Hungary.

Vidua Christiana, 1529, p. 3. ⟨Basle.⟩
LB. v. 723. ⟨c. February 1529.⟩

[The opening and concluding passages of the *Vidua Christiana*, Basle, Froben, March 1529; addressed to the young Queen of 23, who, married at 16 (see Ep. 1297. 53n), had now been a widow for $2\frac{1}{2}$ years. An approximate date can be assigned for the composition from that of publication. Some of the opening pages were ready in proof by 24 Feb. (Ep. 2107); the presentation copy was carried by Polyphemus early in March (Epp. 2110, 2121, 2130), and a bound copy was presented to Ferdinand (Epp. 2121. 8–10, 2130. 58–61). The Queen's copy seems to have been delivered to her by Polyphemus c. 28 May at Znaim in Moravia; see OE. 9. In the distressed state of her country she was unable to send a formal present in return, but Henckel sent a cup; see OE. 14, and Epp. 2230. 17n, 2309, 2345, 2350.

The book had been asked for insistently by Henckel (Ep. 2110. 1n; cf. Basle MS. C. VI^a. 73. 54), but Erasmus wrote with reluctance, and had no satisfaction from it; see also Epp. 2086. 33–6, 2118. For that reason he was perhaps glad to bring the treatise quickly to an end, and fill out the volume with some work on Lactantius, which he had lying by him; see Ep. 2103.

At the end of the century the *Vidua* was translated into Czech and Dutch.]

AD INCLYTAM QVONDAM PANNONIAE BOOEMIAEQVE REGINAM MARIAM, CAROLI CAESARIS ET FERDINANDI REGIS SOROREM.

Inter innumeras calamitatum species, Maria singulare principum foeminarum decus, quibus vndique cingitur vallaturque vita mortalium, haud aliud esse malum vel grauius vel perniciosius semper iudicaui quam bellum, hoc etiam nomine detestabilius quod fere homini ab homine nascitur. Nam terrae motus, exundationes maris ac fluminum, fulgura, pestilentiae, caeterique casus huiusmodi, quamlibet horrendi, calamitosos reddere possunt, impios facere non possunt. Deinde vt fatis imputari possunt, ita habent commune necessitatis, cui ne superi quidem repugnare dicuntur, solatium: vt autem lenit aegrimoniam rigida fatorum necessitas, cui mortales omnes ex aequo sunt obnoxii, ita grauius vulnerant animos quae nostra nobis culpa accidunt. Haec igitur vt afflictos faciant eos in quos irruerunt, infelices certe non faciunt. Nullus enim iure potest infelix dici nisi qui suo vitio miser est. Caeterum quum funestum ac lugubre bellum ingens malorum omnium agmen secum trahat, vix aliud habet atrocius crudeliusue quam quod subito coniunctissimos affectus distrahit. . . .

⟨p. 206.⟩ Ante complures annos Principem Christianum dicaui Carolo, nunc Caesari; nuper Paraphrasim in Ioannem principi Ferdinando, nunc Hungariae Bohemiaeque regi, quibus et priuatim

46. essem *P*: sim *coni. LB.*

2100. 4. bellum] See Ep. 1219. 41n.
18. Principem Christianum] See Epp. 393, 853.
19. Paraphrasim] See Ep. 1333.

et publice debeo omnia; nuperius etiam Christianum Matrimonium inscripsimus materterae tuae Reginae Angliae: non quod meis egerent monitis, sed vt illorum titulo, si quid inesset illic fructus, omnibus commendaretur. Vt autem hunc libellum tibi nuncuparem, nec semel nec frigide per litteras hortatus est singulari pietate vir Ioannes Henkellus, cuius egregiam industriam praedicandi veritatem Euangelicam alit tua benignitas. Quod si ille non dedit verba, operam hanc nostram, etsi tibi non necessariam, aliis tamen, ni fallor, non infrugiferam futuram, comiter accipies. Extrema linea fuerit studii, veniam impetrasse; quam sane triplici colore flagitabimus, 'Feci iussus, feci pro viribus, feci bono animo'. Dominus tuam celsitudinem cum omnibus viduis impleat omni gaudio spirituali. Amen.

2101_{2111} FROM VIGLIUS ZUICHEMUS.

Opus Epistolarum p. 786. Dole.
N. p. 750: Lond. xx. 80: LB. 1013. 15 February 1529.
Ghent MS. 479, p. 25 (α).
Van Heussen iv. 111 (β): VZE. 3 (γ).

[Wigle ab Aytta (19 Oct. 1507—8 May 1577) of Zwichem in Friesland lived to be a statesman of weight and influence. In his youth, with the assistance of his uncle (l. 34), he had been educated at Deventer, Leiden and the Hague. On 18 March 1523 he matriculated at Louvain; and for what he describes as 'totum fere quadriennium' he attended Goclenius' lectures and had Jac. Volcardus (Ep. 2261 introd.) as his private tutor: see Brussels MS. II. 1040[1], ff. 24, 156. In Sept. 1526 he went to Dole to study law. Thence he moved c. April 1529 to Avignon to become a pupil of Alciati (Ep. 2168); whom shortly he followed to Bourges (Ep. 2210). On his way down the Rhone he halted at Valence and was made I.V.D., 8 May; and thus was qualified to succeed Alciati at Bourges in 1530. After visiting Paris in Aug. 1530 (Ep. 2373) and Orleans, he settled at Padua in Aug. 1531 (VZE. 13: Lond. xxiv. 30, LB. 1213); and spent there two years, during which he prepared the first Greek edition of the *Institutiones* of Theophilus Antecessor (cf. Ep. 1991. 6n) and wrote commentaries on *Inst. Iuris Ciuilis*. Returning northwards in Oct. 1533 he persuaded the Frobens to publish his two books, 1534, the former with a dedication to Charles v. In Jan. 1534 he was at Freiburg visiting Erasmus; who, as a result of their intimate correspondence now begun, invited him to remain and become his heir—so says the Autobiography, ch. 27 (*v. infra*), though Boniface Amerbach had been selected earlier for this responsibility (App. 19. 5–7 in vol. vi), and later did in fact succeed (Q. p. 121).

But Viglius preferred his home in the Netherlands and the executive life. In 1534 he was appointed Official of the diocese of Munster, in 1535 a member of the Imperial Chamber at Spires, in 1537 professor of law at Ingolstadt. Thereafter his life was spent in the Netherlands; as privy councillor at Brussels 1541, member of the Great Council at Malines 1543, president of the Privy Council 1549, librarian of Burgundy 1559, chancellor of the Golden Fleece 1562. He enjoyed the confidence successively of Charles v, Philip II, and Margaret of Parma; and he exerted himself to moderate the ferocity of the Duke of Alva.

In 1530 he proposed to take orders, and was given the living of Zwichem; but abandoning the idea, he married in 1543–4. On his wife's death in 1552

---

21. Christianum Matrimonium] See Ep. 1727.
25. litteras] See Ep. 2011; and cf. Ep. 2110. 1.
hortatus est] Cf. Ep. 2230. 14.
26. Henkellus] See Epp. 1672, 2011, 2110.
31. Feci iussus] Cf. Ep. 2110. 3.

he reverted to his plan, and being appointed Provost of St. Bavo's at Ghent in Jan. 1562, was ordained priest in October. In 1567 he founded a College at Louvain to which he bequeathed his property: it was dissolved by the French in 1797.

See C. P. Hoynck van Papendrecht's *Analecta Belgica*, 1743, 6 vols., printing (I. i. 3–54) a detailed Autobiography down to c. 1573, and some of his letters (VZE): also NNBW. ii. 46–52, and Cran. E. 274. In the Göttingen University Library are 22 great volumes of his State Papers (Hist. 657); fully described in the Catalogue, ii, 1893, pp. 192–251. At Basle are 17 autograph letters from him to Boniface Amerbach, 1531–40 (G. II. 28). The Bibliothèque Royale at Brussels has a collection of original letters to him, 1551–62 (MS. 16104), and some of his rough-drafts 1566–74 (MS. 3266).

At the end of his life Viglius had his own letters arranged and copied by secretaries, and deposited them in his College at Louvain: seven volumes covering the extent of his epistolary life, 1525–77, and three others of letters addressed to three individuals. When Van Heussen was composing his *Historia episcopatuum foederati Belgii* c. 1718, some of the volumes were communicated to him for his account of Leeuwarden (IV. pp. 110, 128), and from them he printed 12 letters to Erasmus, together with a letter of Erasmus, 5 July 1532, 'hactenus inedita', introducing Viglius to Bembo: he gave collations also of five others (see Ep. 2356 introd.).

Later, Hoynck in the *Analecta Belgica* gave a detailed description, from an early inventory, of nine volumes in Viglius' College at Louvain: only four of which then remained. From them he published 181 letters (VZE). It appears that subsequently he designed to publish more; for in the Brussels Library is a collection of Viglius' letters, 1526–43, in three volumes (MS. II. 1040), xviii^{c}. and mostly written by one hand, which is annotated by Hoynck and prepared by him for printing in the same form as VZE.

In 1794, during the second French invasion of Belgium, Viglius' last four volumes disappeared from Louvain; see a note by C. van Hulthem, 1821, in the Brussels MS. 16089. To-day the only one of the collection which is known to survive is the latest, 1576–7: Harl. 3421 in the British Museum.

Of the sources now available for the lost volumes, the earliest (α) is a late xvi^{c}. ms. copy, crabbed and difficult, in the Ghent University Library, no. 479: of unknown provenience. The summary description in Saint-Genois' Catalogue, 1849–52, no. 343, shows that it contains 67 letters of Viglius 1525–61, Erasmus' of 5 July 1532 to Bembo, and one of Zasius. The text is on the whole good. It does not appear to have been used by Hoynck, for his text is sometimes more correct, and in a few places longer; and moreover he invariably, both in VZE and the Brussels MS. II. 1040, gives his references to the volumes in Viglius' College; of which the Ghent MS. takes no notice.

Van Heussen (β), Hoynck (γ), and the Brussels MS. II. 1040 (δ) are all derived from Viglius' volumes, and therefore have good authority. Besides these there are two other MSS. of the letters at Brussels. One, 6919–20, xviii^{c}. (ϵ), contains much the same collection as δ: not a good text, and by a copyist who could only leave gaps where Greek words occur. Two others are quite inferior, and for the purpose of this edition may be disregarded. One, 19145, xviii^{c}., is shown by the repetition of a marginal note in a letter to Erasmus to be copied from α, out of which it selects the letters not printed by Hoynck; the other, 16089, early xix^{c}., is a copy of 19145.

For the present letter, Ep. 2101, the text of H, printed within a few months from Viglius' actual letter received by Erasmus, may take precedence over α. The readings of $\beta\gamma$ are shown here in order to illustrate the character of their texts. The year-date needs no confirmation.]

VIGLIVS ZVICHEMVS PHRYSIVS ERASMO S.

INTER tot pulcherrimas virtutes, doctissime Erasme, quae vel singulae immortalitatem tibi parere possent, maxime incomparabilem tuam eruditionem et expositam omnibus humanitatem admiramur. Illa effecit vt totus orbis Latinas literas veluti

TIT. *H*: ERASMO ROTERODAMO α. 3. *H* β: eruditionem tuam α.

captiuas postliminio receperit; haec quotidiano nos desiderio titillat atque adeo excitat vt, quamuis humi serpamus atque ad tuae doctrinae maiestatem velut ad solis radios caligemus, optare tamen vt in noticiam tuam recipiamur, audeamus. Nec potes vir humanissimus hoc nostrum desiderium vitio nobis ducere. Etenim cum tua humanitate tam multos delectes atque ornes, cur non et nos tuam beneuolentiam expetamus? cum literarum studiosi simus, cur te earum parentem non colamus? cur iuuenes tam venerandam senectutem pio aliquo non demereamur obsequio? cur denique et istius nostri erga te animi significationem ingratam tibi fore credamus?

Ego sane, venerabilis Erasme, ita statim a puero erga te sum affectus, vt non alius mihi vehementior ad studia stimulus fuerit, quam vt sic proficerem quo tuae me insinuari beneuolentiae posse sperarem. Quod etsi nondum sum assecutus, tanto tamen tui desiderio quotidie incendor, tantaque mihi in tua humanitate posita spes est, vt nec meo quidem proposito ab temerario isto ad te scribendi ausu prohiberi quiuerim. Vel Polyphemo potius huic ascribe, qui sic te mihi praedicauit, vt quamlibet paganus ad sacra Musarum accedere audeam. Vel, si vis, dona id Carolo Suketo, iuueni hoc tuo erga eum amore plane digno, qui meam etiam impudentiam sua exhortatione auxit. Saltem hunc vnicum fructum habeam perpetui mei erga te amoris, vt semel inepte ad te scribenti venia mihi detur.

Maluissem ex praesenti tecum colloquio aliqua noticiae semina iecisse, antequam ad scribendum absenti accederem. Sed nunc voluntatem meam remoratur Basiliensis tumultus: aliquando tamen me beatum putabo si te videre potero. Quod cum ipse iam diu desiderarim, tum me patruus quidam meus saepe hortatus est; is fuit Bernardus Bucho, decanus in Haga comitis, cuius benignitas studia mea semper aluit. Nuper vero ex viuis discedens tristissimo mortis suae nuncio me affecit; liberaliter tamen studiorum meorum impendiis testamento prospexit. Vellem te intelligere quantum is te amarit, quam fideliter contra insanos quosdam crabrones defenderit; nam et ex eius nomine de tua benignitate maiorem spem conciperem. Tamen eam tu erga omnes comitatem prae te fers, vt non aliorum adminiculo opus sit, sed tuapte natura ad redamandos homines tui studiosos admonearis impellarisque.

Confido itaque, eruditissime Erasme, esse te aequo animo suscepturum hanc nostram epistolam, qua compulsi sumus quem

9. humanissime β. 16. pueris α. 22. Poliphemo γ. 25. Suketo *H*: Sucqueto α. plane *om.* β. 28. scribendi γ. 31. Basileensis β. 42. tuapte α: suapte *H*. 45. nostram *H*: meam α.

22. Polyphemo] After returning from Brabant in Nov. (Ep. 2068. 1n) he carried letters to Besançon and Dole (Ep. 2112. 32–43); to one of which Ep. 2085 is perhaps the answer.

25. Suketo] See Ep. 2191.

31. tumultus] The 'Bildersturm', 8–10 Feb., in which the Reformation was introduced and the images broken in the churches: fully described by Oecolampadius in a letter to Capito, 13 Feb. (Basle MS. Ki. Ar. 25^{a}, no. 31). See also VE. 559 and Wackernagel pp. 513, 108*.

34. Bucho] See Ep. 1237: † 3 Dec. 1528.

erga te gerimus affectum expromere. Nec diutius me potui, vt ex animo loquar, continere quin quantopere te amarem epistola testarer, cum ex tuis schedis, quas multi Philerasmii cum Carolo legimus, nebulonis istius H. E. improbam nequitiam cognoscerem. Saepe pro te contra Lu. Ca. stetimus; qui si nostris obtemperare consiliis voluisset, in viam rediens spontaneam hanc miseriam et infamiam euitare potuisset. Potiatur itaque Lucii Catilinae exitu; et quando sic vult, accedat tuo catalogo, in quo huiusmodi portenta posteris es nota redditurus.

Oro autem te, doctissime Erasme, ne ex huiusmodi beluarum insana virulentia de candidissimo nostro erga te pectore diffidas. Quicunque tibi maleuult, eum et nos hostem nostrum esse iudicamus. Nec id nunc scribo vt epistolam tibi extorqueam, tantum enim nunquam sperare sum ausus; sed vt me profusissime te amare intelligas, paratumque esse vt pro virili ab vtilissima studiorum tuorum quiete, improbissimorum nebulonum furorem propellam. Vale, vnicum orbis nostri decus, ex Dola ad XV. calend. Martii. Anno M.D.XXIX.

2102. From Martin Bovollinus.

Leipzig MS. EE. 97. — Sondrio. 15 February 1529.

[An original letter, autograph throughout. The year-date is confirmed by the mention of the troubles at Basle; cf. Ep. 2097. 2n. Erasmus' reply, which gave great pleasure (see Ep. 2337. 23–5), is not extant.

Martin Bovollinus (Boelini) belonged to a notable family in the Valle Mesolcina. His father was named William; and an uncle, Gaspar, is said to have been thrown from the walls of the castle of Mesocco, 16 Aug. 1525, for having dared to oppose the wishes of J. J. Trivulzio, of Milan, who was suzerain of the valley.

Martin became Dr. of Laws and a notary, and representative of the three Grisons leagues in the Valtellina: hence his presence now at Sondrio, the capital of that valley. In the winter of 1522–3, and again in Feb. 1524, he went on embassy for them to Venice. Shortly before 13 March 1531, returning from an embassy to Milan, he was cut off near Musso on the w. side of L. Como, with a son who was his only companion, by servants of J. J. Medicaeus, and assassinated.

See F. Sprecher, *Pallas Rhaetica*, Basle, 1617, p. 129; and J. Strickler, *Actensammlung zur schweiz. Reformationsgesch.* i (1878), nos. 552, 755, and iii (1880), no. 229a.

His son Lazarus (30 Aug. 1514—26 Dec. 1550) who appears in Ep. 2337, matriculated at Freiburg in the summer of 1529, below a Jo. Bapt. Bouolinus who was perhaps an elder brother; and was a pupil of Glareanus, living in his house. Like his father he became a notary, and his name appears on numerous documents in the Mesocco Archives. The dates of his birth and

49. cognoscerem *Hβ*: agnoscerem *a*. 50. Lu. Ca. *H*: N. *β*. 51. miseriam et *om. β*. 52–3. Potiatur . . . et *om. β*. 58. nec id nunc *H*: Nunc id *γ*. 63. Anno *om. a*.

---

48. Philerasmii] For this term cf. Ep. 1858. 501.

Carolo] Sucquet; see l. 25. No such letter to him from Erasmus is extant: but perhaps he had been allowed to see copies of Epp. 1934, 1991–2.

49. H. E.] Henrici Eppendorpii.

50. Lu. Ca.] Ludouicum Carinum.

death are taken from contemporary *graffiti* in the church at Mesocco below the castle: copied in S. Butler's *Alps and Sanctuaries*, 1882, pp. 276–7.

Most of this information was generously communicated to us on 11 Sept. 1926 by Dr. P. a Marca at Mesocco and by Dr. E. Tagliabue at San Bernardino.]

IESVS CHRISTVS.

ERASMO ROTERODAMO VIRO ILLVSTRISSIMO ET CHRISTIANO MARTINVS BOVOLLINVS S. D. P.

O lux Germaniae, vbi latitas? Puto quod tui tanti pectoris maturitate contentus, hominum tam infelicis seculi comertium abhorreas. Sed num dicam latere Erasmum, qui palam est in inclita Basiliensium ciuitate? Dicam profecto; nam tanta est tui celebratissimi nominis per vniuersam Italiam gloria, vt de reliquis mundi partibus sileam, tantaque est (salua omnium pace) de illius celeberime ciuitatis propter fidem disgregatione penes bonos Christianos admiratio et dolor, penes autem tepidiores ludibrium, vt miretur vnusquisque probus cur Erasmus ab hiis tumultibus ad tranquiliorem et tutiorem locum non se recipiat.

Sed dices; 'Vana hominum cura, qui non requisiti vltro consulunt rebus alienis'. Illos preterea quis non iudicet fatuos, qui super negotio Erasmi consulere velint Erasmo, a quo de rebus et mundi et celi totus mundus consilium recipit? Atque vtinam recipiat! Sed noli mirari, o bone Erasme: plusquam tua, res agitur nostri; consideramus enim corpusculum hoc tuum, quod fuit et est excelentissime tue mentis ergastulum, senio appropinquare, nec aliud creddimus quam tu perfectissime sapiens ad fontem anhelas Creatoris nostri, cupisque fatie ad fatiem cognoscere quod in enigmate cognouisti. Nos autem, mi Erasme, salua venia tuam et diuturnam optamus in hoc mundo presentiam, vtilitatemque reip. Christianae tuo preponimus desiderio; ea tamen freti Saluatoris nostri gratia, vt quam diutius viuas, maius tibi fiat et glorie et meritorum augumentum quam senii grauamen.

Conserua te igitur et tibi et nobis, et transfer te ad tutiorem tue senectutis sedem. Ne timeas, non eris alicubi ignotus, nisi forte ad Antipodes transeas. Rogamusque Deum opt. et max. vt vel ciuitatem illam liberet a tumultu, et seditiosos ad fidem conuertat, doceatque omnes vnanimiter non solum catholicos esse sed catholicam fidem veraciter obseruare, vel te inde erruat ac alibi cum felicitate conseruet. Vale, decus seculi. Fac, queso, seruum tuum dignum cedula responsionis tue.

ex Sondrio 1529. 15. februarii.

Iesus Christus.

D. Erasmo Roterodamo, viro omnium preclarissimo. Basileae.

13. aquo *MS.*: *cf. vol. iv, p. xxxi.* 15. obone *MS.* 28. atumultu *MS.*

---

9. tumultibus] See Ep. 2097. 2n. The news of the 'Bildersturm' (Ep. 2101. 31n) can hardly yet have reached Italy.

20. in enigmate] Cf. 1 Cor. 13. 12.

2103. To Tielmann Gravius.

Vidua Christiana, 1529, p. 209. Basle.
LB. 1015. 20 February 1529.

[The preface to Lactantius' *De opificio Dei*, appended to the *Vidua Christiana*, Basle, Froben, March 1529 (see Ep. 2100): the year-date is confirmed by that of the book. The presentation copy was carried by Polyphemus: see Ep. 2130. 60–1.

S. Brandt in editing Lactantius (*Corpus scr. eccles.* ii, 1893, pp. ix–xii) concludes that Erasmus' text was based on a MS. of viii^{c}–ix^{c} now at Valenciennes, no. 133, which formerly belonged to the abbey of St. Amand near Tournay. This conclusion is strikingly corroborated by information which was not available to Brandt, that Erasmus at Louvain, c. 1516–19, came into touch again with an old friend of the days when he was with the Bp. of Cambray, c. 1492–5, Wm. Bollart, who was just at that time abbot of St. Amand and living at Louvain: see Ep. 761. 40–1, a passage preserved only in the Deventer MS., as also Epp. 671–2, 720.

It may be surmised that Erasmus borrowed the Lactantius MS. then from the Abbot, had it copied by a secretary, and began to annotate it, with the Aldine text beside him; but that for some reason he was compelled to lay it aside. Now in 1529, needing something to amplify the rather slender volume of the *Vidua Christiana*—the addition carries the book from 208 pages to 318—, he may have taken his earlier work up again and sent it to the press, unfinished as it was; for Brandt observes that his notes, which are slight, stop altogether at chap. 11 (out of 21).

For Hartm. Maurus' expectation of receiving the dedication see Ep. 2130. 103–7.]

DES. ERASMVS ROTEROD. ORNATISS. VIRO TIELMANNO GRAVIO, SIVE A FOSSA, S. D.

Non desinis me prouocare mellitis ac saccaraceis munusculis, Tielmanne amicorum candidissime, sed longe magis animo isto, quem quouis melle mellitiorem, quouis saccaro suauiorem prae se ferunt tuae literae. Proinde ne videar ingratus, vicissim tibi lacteum mitto munusculum, Firmiani Lactantii opusculum De opificio Dei, siue De formatione hominis, quod scripsit ad Demetrianum, quondam in literis discipulum, post ad reipublicae negotia vocatum: ad quem scripsit et duos Epistolarum libros, qui vtinam extarent! Id aliquot dierum opella, partim ex aeditione Aldina, partim ex vetustissimi codicis fide repurgaui mendis, in quibus reperias aliquot quae nulla diuinatione poterant restitui. Adiecimus singulis capitibus annotatiunculas.

Iuuenile munus est quod suscepi: quod vtinam in omnibus lectu dignis autoribus praestent ii quos et otium et aetas et ingenii vigor et varia reconditaque lectio ad id reddit magis idoneos! Vbi legeris, perpendes vtrum cum tuis delitiis paria fecerimus; nam singularem istum et plus quam niueum animi candorem ne Croesi quidem opibus pensare queam, propensa tamen voluntate nunquam sumus cessuri. Quandoquidem in hoc certamine vt est turpe vinci, ita nemo vincitur nisi qui vult vinci. Tuum erit in hoc recipiendo munusculo morem antiquum obtinere,

---

1. saccaraceis] Cf. Ep. 1346. 1. They were perhaps a speciality of Cologne; where Gravius (Ep. 610. 47n) was secretary to the Chapter.

9. Aldina] of April 1515.

11. diuinatione] Cf. Ep. 2091. 99n.

non minus declaraturus humanitatem tuam in hilariter accipiendo tenue pignus magnae erga te beneuolentiae, quam hactenus declarasti tot officiis lacessendo me nihil de te promeritum. Opto te cum charissima coniuge dulcissimisque liberis quam prosperrime valere.

Datum Basileae 10. Cal. Martias. Anno 1529.

[2098]2104. FROM ANTONY SALAMANCA.

Leipzig MS. ⟨Freiburg.⟩
EE. 98. 21 February 1529.

[An original letter, autograph throughout. The youthful Bishop's handwriting is good, but his spelling is unusual. For Erasmus' reply, which is not extant, see Ep. 2118. 3–4.]

POST beniuolam etc. Sapientiss. celebratiss.que vir, tuas, non mediocris erga me amoris argumentum, accepi. Video equidem te indies magis mearum rerum sollicitum procuratorem. Quare non possim tibi grates persoluere dignas; id tamen, quod tui amicissimus efficere poterit, sine longa pollicitatione se se facturum pollicetur.

Verum quo ad preceptorem expectatum, vereor ne ille Amorbachius, cum etiam sit vxorius, hoc vellit se onerare munere: quod de clariano existimandum esse puto. Velim enim assiduum hominem. Quem studio emelii pro voto inuenisse me suspicor, canonicum quendam Valkirque comorantem; qui tam, vt est studiosus, hac Academia possit vti, quam vt mihi morem gerat, et denique cum stipendiis gratiam et beniuolentiam adipiscatur. Quam primum ad me venturum puto. Etsi nil cum eo sit compossitum, tamen non egemus multis ambagibus. D. emelius, pro vt vissum fuerit, dicernet. Ceterum praeclaros illos viros amplectar et illorum nonunquam laboribus vtar.

Nil de reliquis, nisi quod me summa incredibileque voluptate affecerunt tue epistole vltima verba, quibus te breui venturum insinuas. Vtinam et tuum animum et meum impleas desiderium! quod (quamquam nimia licentia me vti cauillabor, quod te sapientissimum adolecens admonere consilioque iuuare ausim) tutius et comodius tibi fore consulerem. Est enim hec satis salubris ac amena aura; quam si experieris, minime damnabis. Vale ac mei memor esto. Dominica Remeniscere 1529.

Nuncio ego mercedem suam didi; non est cur a te iterum expetat. Hoc ea de causa scripsi, etsi res sit parui momenti. Non tamen

2104. 3. non *EE*: no *MS*. 10. inuenisse me *EE*: inuessime *MS*. 12. *EE*: morengerat *MS*. 15. *EE*: ambagimus *MS*. 26. ate *MS*.

2104. 4. grates] Cf. Verg. *Aen*. 1. 600.
9. clariano] *sc*. Glareano.
10. emelii] See Ep. 2096.
11. canonicum] Possibly Pelargus (Ep. 2169), who had recently fled from Basle and was preparing to enter the University of Freiburg.
Valkirque] Waldkirch, 10 ms. NE. of Freiburg, in the Elztal.
19. vltima verba] See Ep. 2098 introd.

disistas, si alicuius doctiss. viri occasio se obtulerit, me cerciorem reddere.

Tui amantissimus officiisque paratus amicus
Anthonius Salamanca, electus Gurcensis.

Doctissimo ac eruditissi. viro domino D. E. Rotorodamo, sacrae pagine doctori, amico suo venerando, Basileae.

2105. To Baptista Egnatius.

Opus Epistolarum p. 788. Basle.
N. p. 752 : Lond. xx. 83 : LB. 1016. 21 February 1529.

[Between the storm raised in Paris in August 1528 (cf. Epp. 2021, 2027) over Erasmus' unfortunate comparison in the *Ciceronianus*; and the publication of H. Contemporary with Ep. 2106.]

ERASMVS ROTERODAMVS BAPTISTAE EGNATIO S.

Qvi has tibi, vt spero, reddet, iuuenis est candidissimi pectoris Carolus Vtenhouius, patria Gandauus, mihi domestica consuetudine eaque diutina perspectus. Hunc per iter nec breue nec satis tutum, literarum sitis, et tui similes viros, quos pro numinibus veneratur, coram alloquendi cupiditas pertraxit in Italiam. Ex quo cognosces quicquid hic rerum geritur. Audies autem nouam et inauditam tragoediam. Cui quaeso vt si quid inciderit, adesse digneris. Id aut nullo aut quam leuissimo tuo incommodo poteris. Nec enim eget pecunia.

Ciceronianus meus offendit quosdam Lutetiae ; adeo vt Erasmum maledicis epigrammatiis lapident, in quibus esse dicitur et Lascaris noster, quod Budaeum cum Badio contulerim. Alii putant me dehortari iuuentutem ab imitatione Ciceronis ; quum in ipsa statim praefatione tester hoc fore insanissimum, sed me tantum illos notare qui nimis anxie aut inepte student Tullianae phraseos exprimere lineamenta. Ne quid sit vnquam tranquillum in rebus humanis, accessit haec pestis bonarum literarum cultoribus.

Precor vt quam optime valeas, Egnati charissime. Vtinam liceat apud vos vel viuere, si quid aeui coelites superesse volunt, vel mori tranquille ! Datum Basileae IX. cal. Martii. Anno M.D.XXIX.

Salutant te Beatus Rhenanus, Bonifacius Amerbachius, et Henricus Glareanus : qui heri totus hinc demigrauit Friburgum.

2104. 32. erudissi. *MS.*

2105. 2. Vtenhouius] See Ep. 2093. He was accompanied by Andr. Zebridovius; see Ep. 2173. 12–21.
3. diutina] Since the end of July; see Ep. 2015. 14, 15.
7. tragoediam] See Ep. 2101. 31n.
10. Ciceronianus] See Ep. 1948.
11. epigrammatiis] See Ep. 2027. 26–7.
19. apud vos] For this wish cf. Ep. 2328. 54–5.
22. Glareanus] See Ep. 2098. 1n.

2106_{2144} To Pietro Bembo.

Vatican MS. Barb. Lat. 2158, f. 177 (*a*). Basle.
H. p. 797: N. p. 760: Lond. xx. 98: LB. 934. 22 February 152$\frac{8}{9}$.

[An original letter, autograph throughout. The interpretation of the year-date is given by comparison with Epp. 2074, 2105, 2144.

Pietro Bembo (20 May 1470—18 Jan. 1547) came of a patrician family at Venice. His father being appointed ambassador at Florence 1478–80, he had the opportunity there to learn Latin and pure Italian. At his father's wish he entered public life, but disliking it returned to literature and learning. In 1492 he went to Sicily to learn Greek from Const. Lascaris (Ep. 159. 50n); and on return in 1494 studied for a while under Nic. Leonicus (Ep. 1479. 180n) at Padua. In 1498 he accompanied his father to Ferrara; where he formed his friendship with Sadoleto and read philosophy with Leonicenus (Ep. 541. 55n). Returning to Venice he joined the Aldine Academy; and after a visit to Rome in 1506, he found his way to Urbino, and there came within the circle of the two Medici brothers, Giuliano and Giovanni. The former took him in 1512 to Rome and further intercourse with Sadoleto. The latter on his election to the papacy, 11 March 1513, appointed Bembo and Sadoleto his secretaries; and the two worked together till April 1521, when Bembo, disappointed perhaps at failure of ecclesiastical preferment, retired to a villa near Padua, Noniano on the Brenta, with a woman to whom in spite of minor orders he was married in all but name. The succeeding years he spent in this family life, devoting himself to art and letters and his garden. In the winter of 1524–5 he visited Clement VII at Rome; from Dec. 1529 to Feb. 1530 he was at Bologna for Charles V's coronation. After the death of his 'wife' he was created cardinal in 1539, and proceeded to priest's orders. He formed a collection of MSS., some of which, the Virgil and Terence of iv^{c}.–v^{c}., are now among the greatest treasures of the Vatican Library (MSS. Lat. 3225–6). A Terence of xi^{c}., bought from his heirs in 1632, is now in the Library of Brasenose College, Oxford (MS. 18).

His principal works in Latin are a dialogue, *Aetna*, 1495; his *Epistolae* written for Leo X, ⟨1535⟩; *Historia Veneta*, undertaken at the request of the Venetian Council 26 Sept. 1530 (Sanudo), in succession to Navagero (Ep. 1791. 38n), 1551. In Italian (cf. Ep. 2154. 15–19), *Gli Asolani*, a Platonic dialogue on love, 1505; *Prose della volgar lingua*, 1525; *Rime*, 1530—all printed at Venice. His collected Letters first appeared in 1552 (Bemb. E.).

See Mazzuchelli; and a good account of his life 1521–31 by V. Cian, Turin, 1885. De Nolhac points out (p. 70) that though Erasmus mentions Bembo with praise in *Adag.* 1001 (1508), it is clear from Ep. 1626. 44–5 that they had never met. Nor did they meet later.]

S. P. Graui profecto sollicitudine liberarunt animum meum, ornatissime Bembe, R. praesulis Iacobi Sadoleti proxime litterae, quibus significauit te multo ante quam oriretur illa Romae procella, Patauium velut in portum quietissimum confugisse, atque isthic inter Musas honestissimo simul ac iucundissimo frui ocio. Qua quidem felicitate dignissimus erat et Sadoletus; nec male congruebat vt quorum est vnus animus, esset communis item tranquillitas. Sed aliter visum superis. Ille tamen putat se paruo decidisse cum fortuna, quod omnium facultatum, in quibus nihil erat bibliotheca neque preciosius neque charius, iactura redemerit incolumitatem.

Nos hic vrget tempestas nihilo mitior Romana: siquidem illa

1. S. P. *a*: ERASMVS ROT. PETRO BEMBO S. D. *H*.

---

2. litterae] Ep. 2074. 10. bibliotheca] See Ep. 2059. 26n.

rapuit opes, nos spoliamur his quae piis omnibus sunt, vt esse debent, omnibus pecuniis chariora. Verum hanc tragoediam malim te ex hoc grammatophoro cognoscere. Is est Carolus Vtenhouius, iuuenis mihi domestico conuictu, eoque diutino, cognitus penitusque perspectus. Nihil illo comperi multis annis syncerius, modestius aut amico amicius. Hunc litterarum amor et coram exosculandi viros tui similes cupiditas pertraxit in Italiam. Quare te rogo, quod alioqui scio te tua sponte facturum, vt pro tua solita in omnes humanitate, si quid opus erit, illi commodes, vel consilio vel autoritate tua: nam pecunia non eget. Et tamen hoc ipsum quod peto, nullo tuo incommodo feceris. Opto te quam prosperrime valere. Datum Basileae. 8 Cal. Mart. An. 1528.

Erasmus Rot. tuarum virtutum admirator summus, mea manu scripsi.

Ornatiss. D. Petro Bembo. Patauii.

2107. To Bernard of Cles.

Opus Epistolarum p. 800. — Basle.
N. p. 763: Lond. xx. 103: LB. 1017. — 24 February 1529.

[The year-date is amply confirmed by the contents. The Bishop was now with Ferdinand at the Diet of Spires: where this letter was delivered to him by Polyphemus (Ep. 2130. 54–6).]

ERASMVS ROT. BERNARDO EPISCOPO TRIDENTINO S.

Spero futurum, reuerende Praesul, vt hoc tam celebre Concilium gignat nobis pro hac tempestate iam diu optatam tranquillitatem, Domino fortunante quod pio, sicut arbitror, studio molitur sereniss. Hungariae Booemiaeque rex Ferdinandus.

Quo in statu nos simus, facile coniectat tua prudentia; non quod mihi quicquam metuam a magistratu, sed multa fex hominum admixta est huic ciuitati. Osores habeo permultos, amicos aliquot, sed quorum autoritas hoc rerum statu non ita multum habeat ponderis. Percuperem hoc ab amicis procurari, vt sereniss. Rex Ferdinandus suis literis me hinc euocet, velut aliqua in re vsurus mea opera. Spero mihi fore liberum abitum: neque enim cuiquam obnoxius sum, sed eo pacto tutius migrauero. Nec vsquam malim quam Spiram, sed metuo ne huic afflictissimae valetudini parum conuenturum sit cum tanto principum strepitu.

Friburgum in proximo est, sed oppidum est angustius, et populus, vt audio, superstitiosior. Ac mihi iam pridem tam male conuenit cum squamigero pecu, vt si vel attingam, de vita peri-

2106. 14–15. te malim *H*. 24. Martii *H*. 25. Erasmus . . . 27. Pataui *om. H*.

2107. 1–2. Concilium] The Diet of Spires, convoked for 21 Feb. 1529; at which, on 19 April, was made the celebrated 'Protest' on behalf of freedom of conscience and the rights of minorities. On 25 April the Diet was dissolved.

10. Ferdinandus] See p. 22.

11. liberum abitum] Erasmus' apprehensions on this ground were not fulfilled.

17. squamigero pecu] Cf. Plaut. *Rud.* 4. 3. 5. Lent had begun on 10 Feb.

cliter. Quum habeam causam iustiorem quam vellem, quum habeam Pontificium diploma sine vlla exceptione, tamen rude vulgus clamaret; non minus peccans superstitione quam diuersa pars peccat contumacia. Grauius enim est damnare proximum, qui et summa necessitate coactus et summi Pontificis autoritate confirmatus vescitur, quam si quis praeter necessitatem vescatur.

Haec res me hic diutius remorata est. Nam hyemem fortasse contempsissem. Hac in re quaeso vt tua singularis humanitas mihi suum et consilium et auxilium impartiat: quam opto quam prosperrime valere semper.

Datum Basileae 6. Cal. Mart. An. M.D.XXIX.

Mitto primores paginas libelli De vidua Christiana, quam rogatu cuiusdam dicaui sereniss. quondam Hungariae reginae Mariae; cuius fratrem, nunc (quod facile coniecto) plurimis negociis occupatissimum, nolui meis literis obtundere. Habet me suae maiestati addictissimum semper, ac habebit, dum spiritus hos reget artus.

2108. To Hermann Phrysius.

Opus Epistolarum p. 796. Basle.
N. p. 760: Lond. xx. 97: LB. 1018. 25 February 1529.

[Between the publication of Seneca (Epp. 2091–2) and the printing of H.]

ERASMVS ROT. HAIONI HERMANNO PHRISIO S. D.

Remitto codicem tuum—quo nihil, vt scribis, pulchrius—vna cum duobus excusis. Ex pacto mihi debebantur tres; maiorem portionem tibi cedo. Si tuus codex valebat quinquaginta florenis, excusus valet mille: nec tamen inficias eo tuum alicubi profuisse. Non fraudauimus Rodolphum sua laude, vt arbitror. Tui quoque mentionem fecimus in praefatione; et Ciceroniano nomen tuum adiecimus. Si nondum videor animo tuo satisfecisse, quod coepimus implebitur de meo. Nam defuncto Ioanne Frobenio tota officinae ratio mutata est.

2108. TIT. PHRYSIO *N*.

2107. 19. diploma] See Epp. 1079. 5, 1353. 56, 1542.
29. De vidua] See Ep. 2100.
30. cuiusdam] Henckel: see Epp. 1672, 2110.
31. fratrem] Ferdinand.
33. dum spiritus] Virg. Aen. iv. 336: cf. Epp. 13, 28.
2108. 1. codicem] In spite of the apparent contrasts with printed texts in ll. 2, 4, the reference to Rod. Agricola (l. 5) shows that it was his Treviso edition of Seneca (Ep. 2091. 108–9) which Erasmus was now returning and not a MS.
2. pacto] An indication of the custom between printers and editors.
4. mille] An impossible price. Erasmus must mean that the text of the new edition was very greatly improved.
5. Rodolphum] Agricola: see Ep. 2091. 108–14.
6. in praefatione] Ep. 2091. 114–18.
Ciceroniano] See Ep. 1948. In the second edition, March 1529, Erasmus had just inserted this passage:
'B. Superest Hayo Hermanus gentis eiusdem.
N. Agnosco iuuenem diuinae cuiusdam indolis, cuius tamen nullum extat in litteris specimen, praeterquam in epistolis aliquot, quibus nihil purius, sanius aut suauius. Is fortasse palmam ha⟨n⟩c tulerit, si naturae felicissimae par accesserit industria' (LB. i. 1014B).

Est apud me Phrysius te et nomine et adnomine referens, nisi quod gentili cognomento est Caminga: quo magis admiror te non aliud asciuisse cognomen, vnde possis ab aliis dignosci. Versamur hic in summo periculo: vtinam Deus det laetum exitum! Tuus Carpensis aedidit Lutetiae librum suum, rectius suo nomini consulturus si pressisset. Nos opella sex dierum respondimus. Ludus exit in rabiem. Vale, mi Hermanne, et Erasmum tuum, vt soles, ama. Datum Basileae quinto Calend. Martias Anno M.D.XXIX.

2109. From Alfonso Valdes.

Madrid MS. Est. 18, gr. I. 5, f. 87. Toledo.
Caballero 414. 25 February 1529.

[An autograph rough-draft, from the same source as Ep. 1643; perhaps not delivered to Erasmus till the summer (see Ep. 2167. 40). The year-date is amply confirmed by the contents.]

S. P. Accepi binas litteras tuas, Erasme clarissime, alteras 6 Cal. Augusti, alteras pridie Cal. Septembris datas, quas gemino exemplo ad me misisti. In primis Franciscum Dilfum nobis commendabas, petebasque vt reciperetur in aulam Caesaris. Vix crederes quam mihi fuerit molestissimum quod optimum iuuenem iuuare non potuerim. Adeo enim omnia restricta sunt apud nos, vt non nisi necessarios famulos alere quis possit; presertim quum iam adornemus Italicam expeditionem, simusque ad iter accincti. Vbi quum multa hominum milia fame perire audiamus, nullus est qui non familiam suam in angustum contrahat, tantum abest vt famulorum numerum augere quis velit. Cancellarius in gratiam tui quam libentissime hominem in familiam recepisset; verumtamen quum multum aeris alieni apud nos contraxerit, quod ⟨non⟩ raro huiusmodi hominibus euenire solet, efflagitetque subinde a Caesare vt aliquo eum munere iuuet, quo creditoribus satisfacere et familiam alere possit, audiatque saepius a Caesare vt sumptibus parcat, non auderet eos nouis famulis augere. Et hoc tamen contemnere poterat in gratiam tui, si vidisset quid commodi aula haec Dilfo conferre posset. Quod cum nullum esset, sed incommoda plurima, omnes illi consuluimus vt in patriam rediret. Et, vt

2109. 20. reddiret *MS.*

2108. 10. adnomine] *sc.* agnomine, i.e. Phrysius.

11. Caminga] See Ep. 2073.

13. Tuus] The pronoun perhaps denotes that H. Phrysius had met Pius and formed some ties with him in Rome: see Epp. 903. 12n, 2261. 69.

14. Carpensis] A. Pius: see Epp. 1634, 2080.

15. respondimus] with the *Responsio* of March 1529; see Ep. 1634 introd.

2109. 1. litteras] Neither is extant.

alteras] sent with Ep. 2013.

2. alteras] Cf. Ep. 2039. 2. With it probably was sent a copy of the *Interpretatio* on Ps. 85 (Ep. 2017), which contained also Ep. 2018, addressed to Valdes.

2–3. gemino exemplo] Cf. Epp. 1585. 1–2n, 2011. 59, 2074. 1–4, 2126. 179, 2133. 2, 2220. 5–6.

3. Dilfum] See Epp. 1663, 2026. 9.

5. optimum] In l. 22 Valdes uses a very different epithet.

8. expeditionem] See Ep. 2163.

9. fame perire] Cf. Epp. 2115. 66, 2285. 46–7.

11. Cancellarius] Gattinara: see Ep. 2013.

verum fatear, non video quid tibi in mentem venerit, quum hunc iuuenem perditum mitteres ad nos; presertim quum nullum ydioma illi peculiare sit quo hic vtamur. Vtcunque tamen sit, dolet Cancellarius, doleo et ego, qui tuis precibus nostroque animo ac voluntati in his satisfacere nequiuimus, veniamque precamur.

Caeterum non est quur de animo Archiepiscopi Toletani dubites, qui te vere atque ex animo diligit; eritque illi gratissimum si quid ei dicabitur ab Erasmo. Scripsit ad te, misitque syngrapham vt tibi ducenti ducati soluantur; id tercio iam exemplo missum est. Weltzeri aiunt triginta florenos tibi solutos esse meo nomine: id ego non tibi, sed in subsidium Augustini misi, ne existimes pecunia me tuam gratiam venari voluisse.

Monachi silent; non enim mutiri audent, quum experti sint quantum incommodi excitatus nuper tumultus illis attulerit. Pax dormit—quid dixi, dormit?—, immo sepulta est; ita horum principum animi concitati sunt, atque nouis subinde iniuriis concitantur. Audimus Ro: Pontificem venire ad nos, vt hos principes conciliet. At ego neque illum tantum laboris suscepturum credo, neque, etiam si susceperit, quo pacto dissidium comp⟨on⟩ere possit video, ni Deus ipse manum imponat.

An offensam in aula Regis Vngariae contraxeris, quod nimius sis in predicanda pace, nescio; apud nos certe maximam ob id gratiam iniisti, licet nullum fere belli incommodum speciatim hic senserimus. Mitius fero Italicam profectionem, quod sperem te viuum aliquando visurum; aut enim tu venies ad nos, aut ego te Basileae inuisam.

Vale Toleti 5 Cal. Marcii 1529.

2110. To John Henckel.

Opus Epistolarum p. 800. Basle.
N. p. 764: Lond. xx. 104: LB. 1019. 26 February 1529.

[The year-date needs no confirmation.
Lod. Caruaialus Bethicus (l. 24) was born c. 1501 and joined the Franciscans

34. excitatū . . . tumultū *MS*. 39. compere *MS*.

26. Toletani] Fonseca: see Ep. 1748. Erasmus' anxiety about the Primate's attitude, expressed to Valdes in the summer of 1528, perhaps arose from an early rumour of an utterance of Fonseca, 'Si Erasmus est haereticus, comburatur', which Carvajal afterwards inserted in his *Apologia* (Ep. 2110 introd.: cf. LB. x. 1679B).

28. dicabitur] Evidently Erasmus had asked for permission to dedicate Augustine (Ep. 2157); cf. Epp. 2003. 31–6, 2004. 34–8, and see also Epp. 2126. 184–6, 2133. 52–5, 2163, 2198.

Scripsit] Ep. 2003.

syngrapham] See Ep. 2004. 37–8.

30. Weltzeri] See Ep. 2153.

34. tumultus] For the attacks made on Erasmus at Salamanca and Valladolid see Epp. 1744. 128–9n, 1791, 2094. 29–30; and for the firmness with which they were suppressed, Epp. 1902, 1909.

35–6. horum principum] Charles and Francis.

37. Pontificem] On 10 Jan. Clement, lying ill in the Vatican, had announced that if he recovered, he would go to Spain to restore peace to Christendom: see Pastor x. 40.

41. Regis Vngariae] Ferdinand; in whose court, labouring under pressure from Zapolya and from the

at the age of 15. With the help of a relative and a patron he studied for 13 years at Salamanca and Paris, and was for some time an admirer of Erasmus and a friend of Vives (*Dulcoratio* ff. 15 v°., 16, 44). In 1528 he published at Salamanca, *s. n.* (cf. Ep. 2299. 122–5), an *Apologia diluens nugas Erasmi*; which was reprinted in Paris, *s. n.*, by a friend, Jo. Zafranus, some passages about the Emperor which might have offended the French, being suppressed (Epp. 2126. 6–20, 2205. 237–44).

This edition came into Erasmus' hands about this time (cf. Epp. 2112. 47–9, 2126. 1–5, 2300. 22–3, 2301. 1–3), and he quickly replied to it with *Aduersus febricitantis cuiusdam libellum Responsio*, Basle, Froben, March 1529; giving his critic the name of Pantalabus after the *scurra* of Hor. *S.* 1. 8. 11. Epp. 2126, 2300 show that shortly afterwards Erasmus received a copy of the Salamanca edition from A. Valdes.

Carvajal rejoined with *Dulcoratio amarulentiarum Erasmicae responsionis*, Paris, S. Colinaeus, 1530; dating his preface from Cordova, 1 Nov. 1529, and his final words from Seville, 2 Jan. 1530. The book reached Erasmus at Freiburg in Feb. 1530 from P. Mexia, probably in ms.; see Epp. 2275 introd., 2300. 77–123. With his *Epist. ad graeculos* (Ep. 2275) the controversy ended.

In March 1531 from Cordova Carvajal sent to his superior Opinions on the marriage of Henry VIII (Brewer v. 131). Other books by him are a *Declamatio* on the immaculate conception, Paris, Maillard, 1541; a treatise *De restituta theologia*, Cologne, M. Novesianus, 1545, re-edited at Antwerp 1548 after a visit to Rome; and a Sermon before the Council of Trent, 6 March 1547, printed at Antwerp by Jo. Gravius, 1548.

When Sepulveda published his *Apologia* about war with the Indians, Rome, 1550, he cited (cap. 32) Carvajal, warden of the Franciscans at Seville, as one of those who agreed with him; so also in a letter to Melch. Canus, 15 July 1549, cap. 25. In a letter of 14 Feb. 1552 Sepulveda welcomes him to Cordova: Sep. E. iv. 13. See Antonio.]

ERASMVS ROTERODAMVS IOANNI HENCKELLO S. D.

Ex quatuor epistolis tuis tres ad me peruenerunt, amice in Domino charissime. Proinde quum intelligerem tibi rem magnopere cordi esse, nec id sine causa, feci quod volebas; licet animo reluctante, quod argumentum nec simplex esset nec sibi satis constans. Tum exemplar viduae parum congruit illi quae, vti coniecto, matrimonio seruatur; nec consolatio tam felicis foeminae videbatur suscipienda, praesertim iam sera. Itaque miscuimus argumenta, nescio quam feliciter: id enim tui fuerit iudicii. Nunc tuae partes erunt nostrum obsequium sereniss. Reginae commendare, qui huc perpulisti.

Ex eo quem missurus sum audies totam nostrorum malorum Iliadem: quam literis committere vix tutum fuerit, tanta est animorum varietas. De munere de quo nonnihil significare videbantur tuae literae, nihil est quod labores; existimabo me satis magnum huius laboris fructum percepisse, si sereniss. Reginae gratum est quod fecimus. Quod si illa vltro voluerit aliquo sym-

Turks, Erasmus' reiterated exhortations to peace may have become exasperating. Cf. Ep. 2201. 82–3.

1. quatuor epistolis] Two of these were Ep. 2011 and its duplicate. On 7 Feb. 1533 Erasmus wrote (OE. 278): 'Quum peteretur a me libellus de Vidua, sex epistolae eodem argumento ad me venerunt: vbi praestita sunt omnia, refrixit Henkellus'.

4. argumentum] of the *Vidua Christiana* (Ep. 2100); cf. Ep. 2011. 41–8.

5–6. matrimonio seruatur] Cf. Ep. 2118. 36. The expectation was not realized.

7. iam sera] Two years and a half after Louis' death at Mohacs.

11. Ex eo] Polyphemus; see Epp. 2121. 3, 2130.

malorum] See Ep. 2101. 31n.

13. munere] Cf. Ep. 2011. 49–50.

bolo suae erga me beneuolentiae testimonium aedere, puto satis tuto committi posse huic cui literas et librum commisi. Quanquam hoc quoque tui iudicii esto: nam mihi parum est exploratus. Fac me de toto statu tuo certiorem; erit hoc tam gratum quam quae sunt gratissima.

Res simpliciter exiit in rabiem, vtrinque sine modo insanitur. Bedda rursus aedidit in me Apologiam, sed priore tum indoctiorem, tum rabiosiorem. Exiit et Lodouici cuiusdam Franciscani libellus, protector scilicet hierarchici ordinis, tam stultus tamque scurrilis, vt non alia res magis illum ordinem dehonestare possit. Et tamen homo iactat se de illorum esse sodalitio, qui positis omnibus mundi affectibus iuxta veram Francisci regulam, hoc est Euangelicam, viuunt: apparet Hispanum esse. Idem libellus videtur apud Hispanos aeditus eius gentis lingua.

Albertus Pius Carporum comes, dudum Caesaris orator ac Pontifici vehementer charus, nunc ad Galliarum Regem dilapsus, aedidit volumen annis aliquot elaboratum, in quo duas res agit. Persuadere conatur vniuersum hunc orbis tumultum me autore natum esse. Praeterea refellit Lutheri dogmata, sed tam dilutis rationibus vt his de rebus leuiter cogitasse videatur. Quid Pontifex agat incertum est. Vtinam moliatur Ecclesiae concordiam potius quam priuatam vindictam! Equidem nihil queo prospicere nisi cruentum exitum. Vtinam hic Christus ἀπὸ μηχανῆς inexplicabili tragoediae subito det laetam catastrophen! Spirensis conuentus quid nobis pariturus sit nescio. Bene vale.

Datum Basileae 4. Cal. Mart. 1529.

[2101]2111[2129] TO VIGLIUS ZUICHEMUS.

Opus Epistolarum p. 787. — Bâsle.
N. p. 751: Lond. xx. 81: LB. 1020. — 1 March 1529.

ERASMVS ROT. VIGLIO SVICHEMO PHRYSIO S.

ILLVD scias velim, Vigli charissime, iam diu nullas mihi literas fuisse redditas quae tuis fuerint gratiores; adeo mihi tuam indolem istam facilem iuxta ac amabilem expresserunt. Caeterum attollendis in immensum laudibus meis hoc effecerunt, vt singularem quandam animi in me tui beneuolentiam penitus intelligam. Nec in aliud profecerunt tam sollicite deprecantes improbitatis culpam, quod ausus sis ad me scribere, nisi quod hinc perspicio liberalem ingenii tui verecundiam, quae cum primis et ornat aetatem tuam et commendat: mihi spem optimam facit fore vt

---

2111. TIT. ZVICHEMO *N*.

2110. 23. Apologiam] *aduersus clandestinos Lutheranos*; see Ep. 1571 introd. Erasmus replied with some *Notatiunculae extemporales ad naenias Bedaicas*, appended to his *Responsio* to Pius, March 1529; see Ep. 2108. 15n.

priore] The *Annotationes* of 28 May 1526; see Ep. 1679. 39n.

24. Lodouici] See introd.

30. eius gentis lingua] This is a misapprehension; Erasmus having heard of the Salamanca edition, but not seen it.

31. Pius] See Epp. 1634, 2080.

40. Spirensis] See Ep. 2107. 1n.

vnus ex eorum numero possis haberi, qui solidam eruditionem cum integritate morum coniunxerunt. Proinde tibi velim persuasum habeas, Erasmum suauitate literarum tuarum velut incantamentis efficacibus plane tuum esse factum. Quod si haec ciuiliter dici putas magis quam ex animo, age fac periculum quacunque in re lubet, nihil excipio.

Quid fructus expectes e nostri conspectu nescio; certe quod ad me pertinet, si tuo commodo ad nos veneris, non solum mei conueniendi verum etiam domus et rerum omnium mearum tibi facturus sum copiam. Huius perpetuae erga te voluntatis veluti chirographon hae literae sunto, et quidem αὐτόγραφοι, vt iure mecum possis agere, si quid fefellero. Bene sit optimi viri Buchonis manibus, qui tibi tum viuus tum mortuus ad Musarum ocium nihil deesse voluerit: quandoquidem video te tibi nequaquam vel hactenus defuisse vel in posterum defuturum.

Iam quod polliceris constantem ac fortem operam aduersus hostes meos, amplector quidem atque exosculor pium animi tui studium. Caeterum malim te, mi Vigli, in Musarum viretis ludere quam cum Carcinis et Planodorpiis conflictari. Duo portenta sunt: quorum alterum nobis noua metamorphosi dedit hoc Euangelium, ex agno viperam aut si quid vipera nocentius; alterum iam suspendio proximum est. Mihi meum fatum ferendum est, cui perpetua lucta est cum Leis, Stunicis, Beddis, Sutoribus, imo cum tot pseudomonachorum ac pseudotheologorum phalangibus, monstris tum improbis tum nocentibus, vt Herculi leuius fuerit certamen cum Caco, Cerbero, leone, et hydra Lernaea. Tu, charissime adolescens, meditare quibus rationibus laudem absque inuidia tibi pares. Bene vale.

Basileae cal. Martii Anno M.D.XXIX.

2112. To Louis Ber.

Opus Epistolarum p. 801. Basle.
N. p. 764: Lond. xx. 105: LB. 1021. 2 March 1529.

[The year-date is amply confirmed by the contents.]

ERASMVS ROTERODAMVS LODOVICO BERO S. D.

Sane quam lubens agnosco veterem istum tuum in me animum plusquam fraternum; et gratiam habeo maximam, quandoquidem referre nunquam potero. Sed nulla domus mihi potest congruere quae fumario caret; quare non est visum istuc mittere famulum. Emandaram proprium nuncium Besontium, quo fueram a quibus-

2111. 28. Carcinis] A derisive name for Carinus, who was now bitterly hostile to Erasmus; see Epp. 2048. 49–50, 2063. 1n. He had recently left Dole for Besançon; cf. Epp. 2085. 5–18, 2112. 11–14, 2120. 4, 2191. 106. Now he had come to Basle in pursuit of. Polyphemus; see Epp. 2112. 31–43, 2152, 18–20.

Planodorpiis] Eppendorff; cf. Ep. 1496. 110 and vol. v, p. xxi.

2112. 4. fumario] Cf. Epp. 1248. 10n, 1422. 27–9.

istuc] Perhaps Thann (cf. Ep. 2225. 30); for comparison with ll. 14, 57 seems to indicate that Ber was not at Freiburg.

5. nuncium] Polyphemus: cf. l. 32.

dam inuitatus, vt ex Officialibus Archiepiscopi et Archidiaconi, tum ex Thesaurario disceret num expediret eo commigrare. Responderunt nunc non esse commodum, aliquot commemoratis causis, quarum praecipuam nuncio, non literis, commendarunt; quam ipse tamen ex me diuinaram, nimirum inter clerum ac magistratum esse nescio quid dissidii. Et Carcinus meus qui ibi latitauit (nam Dolae coeperat obolere), non parum veneni de me sparsit clanculum, praesertim apud magistratum, artifex Euangelicus. Itaque nuper misi Friburgum, qui inspiceret locum quem Consul obtulerat. Domus est extructa Maximiliano, plane magnifica, sed inabsoluta. Ego delector extructis, non extruendis. Spirae puto me commodius posse viuere, nisi me deterreret turba principum.

Heri rursus accepi literas ab Archiepiscopo Panormitano, qui est primus aulae Caesaris in Brabantia cancellarius, pollicentes omnem fauorem atque etiam benignitatem, si velim redire. Id omnino facerem si frigerent hypocausta Germaniae; quae non minus odi quam inferos. Hic quam tutum mihi sit manere nescio. Perferuntur ad me quorundam fremitus ac minae parum Euangelicae; neque nescio, quocunque migraro, id non fore sine summo vitae meae discrimine, quum leuicula res, veluti vinum mutatum aut etiam nouata vestis, adducat in periculum. Sed quicunque erit euentus, aliquo migrandum est. Cuperem hic haerere vsque ad bibliopolarum e Francofordia reditum, sed vereor vt tutum sit.

Carcinus hic denuo fuit, ac mira arte molitus est nouam tragoediam. Nosti Polyphemum nostrum barbatum. Hic a me, vt dixi, emandatus Besontium, habuit nescio quid rixae cum eo de me.

6. Officialibus] Leon. of Gruyères (Ep. 1534) and Wm. Guérard (Ep. 1534. 28n), or his successor Des. Morellus (Ep. 1534. 29n).

Archiepiscopi] Ant. Vergy: see Ep. 1610. 35n.

Archidiaconi] Ferry Carondelet; see Ep. 1350. 21n.

7. Thesaurario] Franc. Bonvalot; see Ep. 1534. 29n.

11. Carcinus] L. Carinus; see Ep. 2111. 28n.

15. Consul] In spite of private ownership (l. 15n) the public character of the offer is repeatedly affirmed by Erasmus; see Epp. 2145. 30–31, 2158. 82–6, 2161. 42–5. Dr. Hefele, stadtarchivar of Freiburg, kindly informs me that the Burgomaster from 24 June 1528 to 24 June 1529 was Sebastian Blumneck, of a good Breisgau family, who held high municipal office many times. His portrait may be seen in a picture, dated 1516, at the back of the high altar in the Cathedral.

Domus] A fine house in Franziskanergasse (no. 5, 'zum Wallfisch'); built in 1516 by Ja. Villinger (Ep. 1149) for Maximilian to retire to in old age (IV. 488–91). Though the first floor was placed at Erasmus' disposal by the Burgomaster (l. 15n), the house belonged in fact to Villinger's widow; see Ep. 2256. 28–31. Erasmus lived in it from April 1529 to Sept. 1531. It is now used as a savings-bank: see a photograph in Major, p. 22.

17. Spirae] Cf. Ep. 2107. 1n, 12–13.

19. rursus] Perhaps, in addition to the letter given to H. Phrysius (see Ep. 2089. 6–7), the Abp. had written direct. The letter is not extant.

Panormitano] Jo. Carondelet; see Ep. 803. 12n.

22. hypocausta] Cf. Epp. 1248. 10n, 1399. 3–5, 2055. 17, 2118. 44–5.

26. leuicula res] Cf. Epp. 296. 60–66, 1805. 277–80, 2118. 41–3, 2133. 94–5.

29. reditum] Jerome Froben returned between 1 and 10 April; see Epp. 2140. 5, 2147. 5.

32. Polyphemum] See Epp. 2101. 22n, 2130; and, for his affray with Carinus, VZE. p. 229n.

Eo profecto Dolam, clanculum, vt narrant, sategit vt reuersus coniiceretur in carcerem; et factum fuisset, ni Polyphemus iactasset se Ferdinandi Regis satellitem. Hoc conatu frustratus, ilico venit Basileam sub noctem. Id simulatque resciui, protinus diuinaui quod erat. Iussi vt postridie mane Polyphemus se subduceret. Ad nonam vix illo profecto, veniunt ad aedes meas duo viatores, qui Polyphemum accersant ad Tribunum pl⟨ebis⟩. Dictum est illum abisse. Redeunt a prandio, responsum est idem. Qui est huius fabulae choragus, nonnihil et mihi minatur, quasi illum subornarim. Ita ferocit Euangelium.

Nec mitius insanit pars altera. Bedda emisit libellum in quo simpliciter furit. Albertus Carporum comes aedidit Lutetiae librum, in quo persuadere conatur Erasmum totius Lutheranae tempestatis esse autorem. Lodouicus quidam Minorita euulgauit libellum febriculosum in omnium piarum religionum defensionem, quarum hostem fingit Erasmum. Respondi omnibus. His nunc fulcitur Ecclesia. Tantum est vtrinque furoris, vt dubitare possis vtro te conferas, nisi quod mihi videtur consultissimum figere pedem in petra immobili, qui est Christus. Suspicor te huiusmodi naeniis non delectari; si tamen tantum est ocii, mittam simul et illorum calumnias et mea responsa. Interim cupio te quam optime valere, amicorum syncerissime.

Datum Basil. postr. cal. Mar. 1529.

Si Consul, vicinus quondam meus, istic adest, meis verbis multam illi salutem dicito. Mittam et reliquos libellos nouos, si significaris cui velis committi.

2113. To Quirinus Talesius.

Opmeer, Hist. Mart. Bat., 1625, p. 104.

Basle.
6 March 1529.

[The following document is printed, probably from the original, by P. Opmeer in an appendix to his *Historia martyrum Batauicorum*, Cologne,

34. sategit] *sc.* Carinus.
35–6. iactasset] boasting of the post he hoped to obtain; see Ep. 2130. 62.
37. venit] *sc.* Carinus.
40. Tribunum] See Ep. 2196. 104n.
44. Bedda] See Ep. 2110. 23n.
45. Albertus] Pius; cf. Ep. 2110. 31–5.
47. Lodouicus] Carvajal; see Ep. 2110 introd.
49. Respondi] To Pius and Beda in one volume; to Carvajal with *Aduersus febricitantis cuiusdam libellum*—all printed by the Froben firm in March 1529.
57. Consul] Cf. Ep. 1585. 27n. He had commanded the Basle contingent at Marignano. In a copy of N^3 at Basle (DA. I. 4) a xvii^c. hand adds here in the margin 'Meltinger Friburgi'; and against Ep. 2201. 38 'Heinricus Meltingerus'. Similarly in Beatus Rhenanus' copy of the *Epist. ad fratres infer. Germaniae*, Freiburg, Jo. Faber Emmeus, *s. a.*, f^o. F^6 (LB. x. 1614D) at Sélestat (Ep. 2054. 37n) the contemporary hand corrects the name 'Melchior' to 'Haynricus Meltinger'; cf. Ep. 2378.
For his flight on the night of 8 Feb. with Egli Offenburger see Epp. 2158. 17–19, 2201. 38–9; VE. 559; Wackernagel pp. 513, 108*. He died of grief four weeks later at Colmar: see some extracts from the diary of Jo. Rütiner of St. Gallen, 1529–30, ed. Th. von Liebenau in *Basler Zs. f. Gesch.* iv (1904), p. 49. He was a kinsman of Cantiuncula: CE. ii. 8, i. 6.
istic] See l. 4n.
58. libellos nouos] See Epp. 2100, 2103; and l. 49n.

1625; where he gives a short biography of Quirinus Talesius (Ep. 1966). The gift was not, however, made at parting; for Quirinus stayed with his master till March 1531. The document is introduced with these words: ⟨Quirinum⟩ abs se tandem discedentem honesto prosequutus est ⟨Erasmus⟩ viatico: datis quoque ea super re literis suis autographis, symbolo quod demortui Ioannis caluariam cum hisce notis 'Cedo nulli' referret, ex cera rubea signatis, et ab auersa parte inscriptionem 'Donatio Erasmi' monstrantibus. Quorum exemplum hic libuit adscribere.]

D. Erasmvs Roterodamvs famulo meo Quirino Talesio pro fideli ministerio compluribus annis mihi praestito, dono dedi sanus et valens centum et quinquaginta coronatos solatos, vt de his faciat quicquid volet.

In cuius rei fidem haec mea manu scripsi et familiare symbolum appressi.

Basileae pridie Nonas Martias anno 1529.

2114. To Cornelius Grapheus.

Opus Epistolarum p. 801. Basle.
N. p. 765: Lond. xx. 106: LB. 1022. 7 March 1529.

[The year-date is confirmed by the mention of the disturbances at Basle (ll. 9, 21-2). For the writer's difficulties since his orthodoxy had been called in question see Ep. 1087. 355n.]

ERASMVS ROTEROD. CORNELIO GRAPHEO S. D.

Lvbens paruissem voluntati tuae, Corneli charissime, in excudendo carmine tuo, nisi duae res fuissent dehortatae. Non visa est ea carminum vena vt putarim hinc tibi multum laudis accessurum. Deinde inerant non pauca quae tibi fuerant inuidiam auctura; quod mihi nequaquam videbatur expedire rebus tuis, praesertim hoc temporum statu. Discruciat me fortuna tua, quanquam ipsum afflictissimum; sed quod diuinitus geri videtur, forti animo perferendum censeo.

Monachorum quorundam improbitas huic tempestati dedit occasionem. At mihi subnasci videtur aliud monachorum genus priore deterius; et in vtraque parte fortiter atque insigniter insanitur. Nec vllum video finem, nisi Dominus vnicus artifex de machina exortus canat nobis illud tragoediis solenne, *πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων*. Interea consultissimum videtur in solida petra quae nullis cedit turbinibus, pedem figere, donec haec procella rerum vertatur in tranquillitatem. Ipsa sibi magnum solatium est bona conscientia. Quo te quidem inuitarem, nisi

2113. 3ª. symbolo] Evidently Erasmus' well-known seal; not the 'sculpta imago' of Ep. 2018. 23n, but the plain head of Terminus, full face, reproduced by Major, pl. 24d. If the seal had left, as it often did, a bad impression on the paper over the wax, so that only the last line of TERMI/NVS was to be read, Opmeer might have taken it for ⟨IOAN⟩NES.

3. solatos] Cf. Epp. 119. 109n, 2153. 11, 2183. 8.

2114. 2. carmine tuo] I cannot identify this with anything which C. Grapheus printed. It was very likely suppressed, in consequence of Erasmus' advice.

9. tempestati] See Ep. 2101. 31n.

13-14. *πολλαὶ μορφαὶ*] Eur. *Alc.* 1159, *Andr.* 1284, *Bacch.* 1388, *Hel.* 1688.

scirem te semper fuisse virum integerrimum. Dominus hoc camino purgat aurum suum, vt fiat obrussum.

Si istic adessem, lubens tum tibi tum fratri tuo commodarem in omnibus. Nunc quid possim non video; et quanta sit hic rerum confusio, rumor, vt opinor, iamdudum istuc pertulit. Opto te cum tuis omnibus quam optime valere.

Datum Basil. non. Mart. 1529.

2115_{2159} From Erasmus Schets.

Basle MS. Scheti Epistolae 18. Antwerp.
7 March 1529.

[An original letter, autograph throughout: between the death of Ferry Carondelet (l. 14n) and Charles' embarkation for Italy (l. 64n).]

S. P. Ab Idibus Septembrys nil abs te epistolarum accepi. Videtur mihi id temporis ex amico affectu distantius esse quam est. Spes interim consolatur me te iuxta aetatis exigentiam corporisque fortunam fore sanum, hoc est non capitaliter egrotari. Vtinam et tu, vt ego, tam perintegre scires quanti sint hic qui tuam absentiam lamentantur! qui ex quo ipsis non contingat, interim viuunt, tua hic frui presentia, se putant infelicissimos. Posses forsan tui reditus ad nos eo facilius effici desideratior et celerior. Scio, si tuam hic residentiam nancisci possent, id empturos se multo. Tanti sunt qui offerunt hospitia, conuictus, donaria, pollitiuntur vina Burgondioca, et quidquid vsquam Basilea tua tibi prestare potuerit, se prestaturos. Sed quid? interim non vis, hac mole pressi semidesperati viuunt.

Scitur hic quid tibi Caronduleti archidiaconi Bisantini decessu ac Frobenii morte perierit amicitiae. Nec desunt qui, dum ob deuotionem tui non aliud quam te hic hyent, hos amicos fato distractos tibi audeant dicere, quo ad hasce nostras amicitias tibi tam paratas et gratas festines otius. Monentur hic non mediocrorum hominum, ymmo summatiorum, non male piis affectibus, eorumque precipue quibus et probitas et sinceritas ex verae religionis cultu praedominantur. Exposcitur mihi sepius cur in patriam tantorumque amicorum tam faecundis affectibus tam sis immitis vt apud nos ex vno simul tecum patrie gremio genitos non velis videri. Inuident certo atque id pie his exteris suam quam abs te habent et gloriam et lucem, putantque hanc abs te

---

2114. 19. obrussum] ὄβρυζον, tested. Cf. Plin. *H. N.* 33. 19; quoted in *Adag.* 3058. Erasmus had recently commented again on the word, as it occurs in Sen. *Ep.* 13. 1, in his new edition (Ep. 2091), p. 94.

20. fratri] John Grapheus, who was printing at Antwerp 1527–41, and perhaps later; see W. Nijhoff and M. E. Kronenberg, *Nederlandsche Bibliographie*, and Cran. E. p. 697. He is credited with a knowledge of Greek and Hebrew. Like Thierry Martens (Ep. 263. 8n) he retired in 1543 into a convent of Guillelmites. See BN. v. 722–3.

2115. 1. accepi] Ep. 2039 had reached him, but not Epp. 2057, 2072.

7. interim] *sc.* dum: so also in l. 12.

11. Burgondioca] See Ep. 2085. 1n.

12. interim] Cf. l. 7n.

14. Caronduleti] †27 June 1528: see Epp. 1350. 21n, 2002.

15. Frobenii] See Ep. 1900.

potius sibi quam alienigenis deberi. Tu scis quid zelothopiae secum semper ferat amor.

Si spei tantillum de reditu tuo quid dare dignareris, exhilaresceres multos qui gemunt; essetque hoc plerisque pluris quam inopinatus quisquis pinguioris fortune aduolatus. Ego etiam interim non lubens fero eandem litem. Nec queo non quandoque et ego tacitus mecum obiurgare te. Nam id immititatis in te conuitium abs te diuelli velim ac emulis tuis ab ore distrahi, qui extorrem te timiculosumque non verentur dicere, qui velut noxiis aliquot reus, apud exteras nationes exul latitans te ipsum tue ipsius patriae non audeas concredere. Quid, queso, piis mentibus offendiculosius quam similem ansam tuis emulis porrigere? Hoc scandali saxum e medio tollere (etiamsi quid sit significantius quod alio te posset vrgere) quam conueniat, iudicato tu. Etenim non solum nobis sed et confratribus nobis in Cristum viuimus. Prebe mihi, precor, de reditu tuo tantillum spei, quo consolar amicos, hisque quod obiiciant obtrectatoribus et conuitiatoribus valeam porrigere. Vix crederes quam lacessar passim ab amicis scribere tibi hasce res. Si scires quantos ob id impulsos patiar, misesrereris mei, ac vrgeret te quisuis mitior affectus, mihi quid rescribere quod et me et plerosque consolaretur.

Ludouicus a Castro scripsit mihi ex Anglia quod modestius iuxta significationem meam innotuerit Cantuarieñ., Londoneñ., et Lincolonieñ. presulibus, dum suis reuerendissimis voluntatibus quid sit quod tibi vel transmittendum rei vel permutandum pecunie velint, sibi traderent. Nam id oneris ob tui meique deuotionem adiret lubens optimaque fide curaret fiendum. Scio quod vltra debitum sola liberalitate donatur, non immodeste exigendum esse, ac sic innotui Ludouico faciendum: cuius ingenium et comitatem dum noscam, non est cur ambigem hunc non hoc modeste fęcisse. Ludouico autem a Presulibus responsum est sic se facturos: vbi fecerint, mox significabitur mihi.

His nundinis nil disposui tuo nomine dari Francfordie filio vel famulis Frobenii, ex quo nil iusseris; nec sum quid dispositurus, donec scripseris quid velis et vbi disponam.

Lubens darem tibi si mihi esset quid nouarum rerum. Ex Hispania nil est quod scriptu dignum sit preter hoc vnum, quod Caesar classem satis perpotentem paret. Ayunt sue maiestati hoc anno suum transitum in Ytaliam esse menti, tamen verendum est quod sic fieri non valeat, dum non immodico exercitu transeundum sit; qui vbi, pre tanta fame qua vexatur Ytalia, ibidem ali posset, non facile potest coniici. Verum pro opprimendis inimicis, ne vires amissas recuperent, exercitibusque quos iam illic habet Caesar augendis, posset milites aliquot plus numero ex Hispanicis, duce quouis magnate, illic mittere: dum inimicos constet hoc anno

56. auten *MS.* 66. famę *MS.*

48. significationem] Cf. Ep. 2014. 54-7.
Cantuarieñ.] Warham.
Londoneñ.] Tunstall.
49. Lincolonieñ.] Longlond.
59. iusseris] No such letter is extant.
64. in Ytaliam] Cf. Epp. 2109, 2163.
66. fame] Cf. Ep. 2109. 9n.

iam preterito limitibus suis sic compulsos extitisse vt ex coloniis vicisque suis nil vel parum sibi frumenti acciderit. Id si hoc anno Caesariis copiis cohercentibus contigerit denuo, possent eo facilius alio subsequenti anno inimici in deditionem redigi, ac res orbis tam diutine inquieti, paci propinquius obligari. Id velit Deus: cuius clementie te dedo conseruandum.

Vale ex Anuerpia .vii[a]. Martii 1529.

Tuus amicissimus Erasmus Schetus.

+ Doctissimo excellentissimoque viro domino Erasmo Roterodamo, amico et fautori precipuo. Basileae.

2116. To John Lotzer.

Opus Epistolarum p. 845. Basle.
N. p. 808: Lond. xxi. 48: LB. 1023. 8 March 1529.

[Between the publication of Seneca (l. 14) and Erasmus' migration to Freiburg (Ep. 2149).

John Lotzer of Horb in Wurtemberg belonged to a family which originated from Laiz near Sigmaringen. An elder brother Sebastian is well known as a writer in support of the Reformation. John matriculated at Tubingen 25 Oct. 1508, and became M.D. By 1519 he was physician to Bp. William of Strasburg, and then dedicated to his father a *Nützlich Regimen* against the plague. Later he was appointed physician-in-chief to the Elector Palatine (Ep. 1356. 53n); and thus Jo. Sinapius, then professor of Greek at Heidelberg, addressed to him an Oration in defence of Humane Letters, Hagenau, Jo. Secerius, March 1530. In April 1530 Lotzer sent his son to the University of Freiburg to be near Erasmus (Ep. 2306).

Verses by Menrad Molther in praise of Lotzer's skill in medicine appear in another volume printed by Secerius, Aug. 1530; an edition by Molther of Chr. Druthmarus' Exposition of St. Matthew. In June 1532 Melanchthon was trying to secure a post for Micyllus at Heidelberg through Lotzer (ME. 1059). See ADB. lii. 97–8.

This letter is elucidated by one from Camerarius to Maurice Hutten (Ep. 2322. 20n) dated 29 April 1529 (Cam. E. i. 108). Lotzer had acquired Ulr. Hutten's books, and Maurice had tried to buy them from him, without success. Camerarius, being at Spires during the Diet, learnt from the booksellers that Froben had approached Lotzer (evidently by this letter), to borrow from him MSS. for printing; Quintilian, Pliny, and Marcellus. He wrote therefore to Maur. Hutten, urging him not to let the books be scattered, and bespeaking his influence with Lotzer to secure the loan of the MSS., especially Marcellus, to Secerius of Hagenau for the press. It seems that neither of the applicants prevailed, to obtain the MSS.; but Ep. 2306 shows that Lotzer's relations with Erasmus were quite unclouded.]

ERASMVS ROTERODAMVS IOANNI LOTZERO S. D.

Non est eiusdem hominis pudere simul et amare. Amor itaque studiorum, vir eximie, nobis hanc suppeditat audaciam, vt licet nulla tibi consuetudine noti, nullis officiis commendati, tamen non dubitauerimus petacibus litteris te compellare. Auxit hanc fiduciam tua singularis humanitas, mihi quum a multis, tum praecipue ab Hieronymo Frobenio praedicata.

Quid sit rei, paucis aperiam. Habemus varias eruditorum annotationes in Quintilianum, et accepimus tibi codicem esse per-

2116. 8. Quintilianum] Evidently Erasmus was now contemplating an edition. Bebel produced one in Aug. 1529, edited by Sichardus from a MS. sent from Poland by Jo. Antoninus (Ep. 1602); but there is none by Erasmus.

codicem] The Fulda MS. which

uetustum; cuius si nobis ad paucos dies voles facere copiam, speramus futurum vt in autore tam probo studiosi nihil sint desiderati, et tuus thesaurus incolumis et illibatus ad te redibit cum foenore. Ad haec curabitur ne posteritas etiam ignoret cui hoc beneficii debeat, quemadmodum vides a nobis factum in praefatione castigati nuper Senecae.

Habes et Marcellum medicum; quem vtinam adiungas Quintiliano! Prodibit cum tua summa laude, nec ex vllius officina poterit honestius quam ex Frobeniana. Si quid praeterea desiderabis a nobis officii, dabimus operam vt intelligas tibi rem esse cum hominibus minime ingratis. Bene vale, medicorum eruditiss.

Basileae postridie nonas Martii, Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo nono.

2117. From John Botzheim.

Leipzig MS. — Ueberlingen.
EE. 99. — 8 March 1529.

[An original letter, autograph throughout. The year-date is amply confirmed by the contents.]

S. P. Nusquam apparuit Gandauus ille de quo scribis, Vtenhofius; cuius amicitiam, tua commendatione iucundiorem, cupiebam auide. Vtinam tibi contingat locus, vbiubi vel migraueris vel manseris, salutaris et incolumitati tue et studiis tuis commodissimus! Benedictus rediit a Venetiis: quem de ludo carnispriuiali Venetiis habito peruestiga. Per hunc, si venerit ad te, promissas Apologias expecto. Crutior ego te crutiari rixis huiusmodi et grauiora negligere.

De Epp. et ceteris, quibus me certiorem putabas reddi a Gandauo, nihil intellexi. Sed cuperem aliquid eiusmodi scire: quod per Benedictum secure poteris, si voles, significare, nam is recta a Basilea me adibit. De rebus Basiliensibus turbatis diu sperabam me inde aliquid certi intellecturum; sed hactenus non licuit, nec te puto de similibus libenter scribere. De perseuerantia meae in te amicitiae id tibi persuade, quantum ad me attinet, vt prius optem

2117. 4. tuis *EE*: tuus *MS.*

Hutten had found in 1520 (HE. 167); mentioned also by Beatus Rhenanus, *In C. Plinium*, Basle, Froben, March 1526, p. 57.

2116. 14. Senecae] See Ep. 2091. 102–124; and cf. Ep. 2108. 5–8.

15. Marcellum] The Fulda MS. which Hutten had found with Quintilian (l. 8n). One had been found also by Ulr. Fabricius (Ep. 1946. 5n) in the Trèves diocese in 1525 (B. Rhenanus, *op. cit.*, p. 47). Janus Cornarius (Ep. 2204) edited Marcellus for the Froben firm in March 1536.

2117. 1. Gandauus] See Ep. 2093. Evidently Erasmus had written shortly before Ep. 2105 to say that Utenhove would visit Constance on his way to Italy.

5. Benedictus] Vaugris; see Ep. 1395.

carnispriuiali] 9 Feb. 1529.

7. Apologias] See Ep. 2112. 49n.

9. Epp.] Eppendorff; see Epp. 2086, 2099. For Botzheim's interest in that matter see Ep. 1934.

12. Basiliensibus] See Epp. 2097. 2n, 2101. 31n.

mortem mihi propinquam quam obseruantiam synceram in te meam abiicere seu potius frigide custodire.

Ego hic haereo, rebus nostris ad interitum procliuibus. Ni tandem tumultus illi redigantur in ordinem, actum est de nobis. Christus sua solita clementia dignetur afflictis succurrere rebus. Vale. Ex Vberlinga 8. Martii. 1529.

Tuus, si quisquam alius, Ioan. Botzhemus.

Dubitabat Benedictus an Basileam esset nunc venturus. Si nundinae Franckfordenses satisfacient, non veniet modo: tum per alium certum nuntium, vtcunque oblatum, scribes.

Omnibus numeris absoluto theologo eidemque bonarum litterarum vindici primario, domino Erasmo Roterodamo, patrono et preceptori obseruandiss. Basileae.

2118. To Antony Salamanca.

Opus Epistolarum p. 643. Basle.
N. p. 614: Lond. xix. 24: LB. 1024. 10 March 1529.

[The year-date is amply confirmed by the contents.]

ERASMVS ROTERODAMVS ANTONIO EPISCOPO GVRCENSI ELECTO S. D.

Dvabvs epistolis me dignata est tua humanitas, ornatiss. iuuenis: ad vtramque respondi, non tamen feci paria. Nam prioribus literis et copiosis et elaboratis respondi laconice, alteris iustis λακωνικώτερον, quod id temporis essem occupatissimus: tametsi nunquam non occupatus. Qui tuas posteriores reddidit, pollicebatur se rediturum ad nos, sed verba nobis dedit. Verum easdem literas post pauculos dies famulus aiebat se tradidisse cuidam sacrifico. Is si fefellit, nihil nouae rei accidit: hic ludus est quotidianus eorum qui nouo Euangelio gloriantur. Si tertio ad me scripsisti, scito non esse redditas. In alteris suspicabare me non satis intellexisse quid sibi vellet quod peteres hominem liberum. Dubitabam, fateor, vtrum coelibem velles an ab his sectis immunem: vtrumque tamen diuinabam. Sed antehac nunquam suspicatus sum hunc Petrum esse maritum. Vide quam non sim curiosus in repub. aliena.

Albertus Pius ante annum miserat mihi librum, quem nunc aedidit Lutetiae. Secuta est paulo post Romana calamitas, nec

2117. 21. Vberlinga] The chief town on the NW. arm of the Lake of Constance; whither Botzheim and the Chapter had retired in the spring of 1527; see his life by K. Walchner, 1836, p. 72. Cf. Ep. 2205. 4–7.

2118. 2. prioribus] of c. 3 Feb., contemporary with Ep. 2096.

3. respondi] Ep. 2098.

alteris] Ep. 2104. Erasmus' reply is not extant.

10. suspicabare] Ep. 2104. 7 seq.

11. liberum] Cf. Ep. 2096. 27.

14. Petrum] Perhaps a servant: mentioned also in l. 48.

16. Albertus Pius] See Ep. 1634.

ante annum] A specimen of Erasmus' vagueness in dates (cf. l. 43n). Pius' letter of 15 May 1526 had reached him in ms. (cf. ll. 27–8) by the following September; see Ep. 1744. 130.

17. aedidit Lutetiae] with Badius, 7 Jan. 1529.

Romana calamitas] The Sack, of May 1527.

scire licuit certum vbinam ageret Albertus. Ita factum est vt de respondendo non cogitarem. Vix tandem ex amicorum literis didici illum in Galliis agere. Admonui hominem epistolio, differret aeditionem donec accepisset meam responsionem; aut si id nollet, temperaret illa tam odiose, sed sine causa, in me congesta. Verum iam exierat liber antequam meae literae venissent Lutetiam, et huc liber sero perlatus est. Itaque relegendo libro et parandae Responsioni quinque dierum opera data est. Audieram et antea rem ipsius Marte non esse gestam; et Lutetiae theologorum auxilio adiecit testimonia Scripturarum. Id deprehensum est ex collatione eius codicis quem manu descriptum miserat. Fortasse videbor iudex parum integer; attamen nisi nihil omnino video, multum abest hic liber ab ingenio doctrinaque quam expectabam ab Alberto.

Cum nostra extemporali Responsione mitto simul Viduam Christianam, quam rogatus dicaui Mariae Caesaris germanae, quondam Vngariae Reginae. In hoc argumento mihi non admodum placeo, quod nec simplex videatur, nec admodum congruens puellae, quae, ni fallor, alitur coniugio. Verbis tamen expleui chartas. Sed tuum expectabo iudicium, si tamen non grauaberis inter seria studia tua nonnunquam ad haec velut auocamenta diuertere.

Mihi perquam incommode incidit haec tempestas; quod quum ea sit corpusculi imbecillitas vt nec amoenissima parte veris sim vinum, cubiculum aut coelum mutaturus absque summo vitae periculo, nunc hyberno coelo cogor nidum, cui iam annis fere octo assueui, deserere. Et cum hypocaustis nihilo melius mihi conuenit quam cum morte. Et tamen iacienda est alea, quicunque erit euentus. Verum hoc silere tutius arbitror plurimis de causis. Sunt et hic et foris qui mihi minitentur.

Onerassem hunc qui reducit equum Petri tui pluribus libris, si certus fuissem illum non recusaturum sarcinam: id fiet alias, si tibi non ingratum esse sensero. Interim sospitet te cum tuis omnibus Dominus Iesus.

Datum Basileae sexto Idus Martias, Anno MDXXIX.

2119. To James Tusanus.

Opus Epistolarum p. 802. Basle.
N. p. 765: Lond. xx. 107: LB. 1025. 13 March 1529.

[For the circumstances of this letter see Epp. 2021 introd., 2077. 11n, 2291. 25–31.]

---

20. epistolio] Ep. 2080.
25. Responsioni] Basle, Froben, March 1529.
quinque] Cf. Ep. 2108. 15.
26. theologorum] Sepulveda and others: see Epp. 2198 introd., 2261. 69–71, 2329 introd.
32. Viduam Christianam] Ep. 2100.
36. puellae] The Queen was now 23. alitur coniugio] Cf. Ep. 2110. 5.
41. imbecillitas] Cf. Ep. 2112. 26n.
43. annis fere octo] Seven years and not quite four months.
44. hypocaustis] See Ep. 2112. 22n.
46. hoc silere] For Erasmus' hesitation about letting his departure be known cf. Epp. 2158. 39–43, 70–72, 2196. 114–16.

ERASMVS ROTEROD. IACOBO TVSSANO S. D.

Demiror quid tibi velis cum tuis versiculis, nec te nec me dignis; studio literarum, quibus prouehendis ambo desudamus, perniciosis. Magis oportebat aduersus tam pertinaces Musarum perduelliones *συγκρητίζειν*. A me sane nunquam es dicto factoue laesus, nec tibi concedo vt Budaei gloriae faueas impensius quam ego: tantum abest vt vel inuideam illi, vel deiicere studeam ab arce gloriae, quam merito suo occupauit. Hoc te admonitum volebam, mi Tussane, non tam mea causa quam studiorum, atque adeo Budaei; cui tales versiculi nonnihil inuidiae conciliant apud eos qui me charum habent. Nondum enim omnes sunt Beddae. Quaeso te, patere Budaeum apud omnes gratiosum esse. Quanquam enim certum habeo illum vt virum grauem ac probum istiusmodi cauillis non delectari, tamen non deerunt qui diuersum suspicentur. Bene vale Basileae tertio Idus Mart. Anno M.D.XXIX.

2120_{2143} From John Cochlaeus.

Breslau MS. Rehd. 254. 54. Dresden.
LB. App. 348. 13 March 1529.

[An original letter, autograph throughout, but with the address-sheet missing. The year-date is confirmed by the contents.

Cochlaeus (Ep. 1863) was now at Dresden in the service of Duke George of Saxony, as successor to Emser; see Ep. 1928. 6–9. On 10 March he had written to Pirckheimer by Erasmus' messenger (ll. 2–3); see P. p. 396.]

S. P. Venerabilis D. Erasme, quae huc misisti, accepi reuerenter omnia et reddidi fideliter. Dolemus quidem tuo aere tam longe mittendum fuisse nuncium proprium; sed mihi longe magis dolet fieri tibi negotium non solum ab Eppendorfio verum etiam a Carino, quem Francfordiae olim vidi. Contemne, obsecro, huiusmodi osores; quid enim nocere tibi possunt? Lutherus non solum minores, quales in Germania multi mecum sunt, sed et magnos aduersarios callide contemnens, negocium suum peragebat ad populum, donec impelleret quo volebat. Tibi tantum est iamdiu nomen in orbe terrarum vt ne doctissimi obscurare queant. Habes domi plures ministros et amanuenses, qui honorem tuum ab eiusmodi blateronibus egregie defendere queant, vt non sit opus te propter eos vel vnam perdere horam. Agnosce, quaeso, te ipsum aut Dei potius in te dona. Non decet te, cui eruditi omnes verticem inclinant suum, ita descendere vt congrediaris tam obscuris iuuenibus qui ex te gloriam quaerunt. Longe sublimiora expectat orbis abs te, quae nemo alius praestare potest; longe dignior es quam vt contendas, aut etiam aliena opera in typographia emen-

---

2119. 1. versiculis] I do not know that these are extant.

4. *συγκρητίζειν*] See Ep. 1050. 4n.

10. Beddae] See Ep. 1571.

14. suspicentur] Cf. Ep. 2209. 100–2.

2120. 1. quae huc misisti] Perhaps copies of Epp. 2086, 2099; sent for Duke George and friends at Dresden to see.

3. nuncium] Evidently a professional; cf. Ep. 2122. 1.

4. Carino] See Ep. 2111. 28n.

14. Non decet te] For similar advice cf. Epp. 2124. 7–11, 2226. 13–16, 2272. 37–50

17. quae nemo] Cf. Ep. 2143. 37–8.

dare satagas, quum sit tibi tanta et tam copiosa a Deo gratia ad opera propria scribenda. Despice, quaeso, quoslibet rabulas, siue Hispani sint siue Galli aut Germani. Perge in scribendis nouis, quae nemo alius scribere potest. Quantum valeas copia et eruditione in sacris literis vberrime tractandis ac latissimis expositionibus varie illustrandis, in Psalmis aliquot mire ostendisti. Si des veniam temeritati meae, scribam tibi secretum votum meum. Rogaui olim vt compendiose complectereris omnes bonas artes quibus iuuentus erudiri debeat; nunc ardentiori voto rogarem, si permitteres, vt sacras quoque literas compendiosius exponeres: saltem aliquot libros, vt obuius et certus foret intellectus iis qui festinant omnes Bibliorum libros cito addiscere. Liranus nimis aridus est, Hieronymus nimis prolixus et in interpretationum varietate sollicitus. Vtinam Deus det nobis Erasmicam expositionem familiarem aliquam et compendiosam!

Non verentur noui Euangelistae vix bene puberes te senem tam celebrem ac orbi vniuerso venerandum conuiciis et calumniis incessere. Mihi profecto religio est literis meis vllam sanctis et singularibus, quae tibi vni a Deo concessa videmus, studiis morulam quamlibet minimam facere. Contemne, obsecro, vanos quorumcunque latratus; perge in operibus tuis, quibus nulla nocere potest inuidia, et quae nullus praeter te scribere potest. Iube minores et ministros tuos respondere nugonibus indignis, vt digniora tractes ipse. Quirinus tuus poterit eos dignis tractare modis; aut si libeat magis, sub coci tui nomine edatur aliquid quod honorem tuum egregie defendat illosque insigniter irrideat et contemnat. Digni non videntur quos tu vel laudes vel vituperes. Haec prolixius, quod doleo vllam dari occasionem morandi studia tua.

Quod cum D. Cancellario ad te non scripsi, factum est quod nesciebam primum ab eo ad te scriptum esse. Post obsignatas literas suas, dixit se literas quae ad te pertinerent, Argentoratum mittere; et erat in procinctu nuncius. Verebar item ne aberrarent literae Argentorati. Scripsi autem paulo post vt ex Lipsia Basileam ferrentur ad te et ad D. Sichardum literae.

Mihi nunc satis periculosa est cum Luthero contentio; habet enim et hic suos fautores, quibus parum placent quae pro Ecclesia contra illum scribuntur. Princeps quidem integerrimus est, sed non omnes habent eundem animum. Non audeo literis committere omnia; neque expedit vt D. T. ad me secreti aliquid scribat, quamuis maxime vellem in sinum tuum omne secretum meum effundere, si tutae essent ab insidiis literae. Sed nusquam tuta

20. rabulas] See Ep. 2112. 42–9.
22. scribere potest] Cf. Ep. 2143. 40–1.
25–6. Rogaui olim] No such letter survives. The first mention of communication between them is in 1525; see Ep. 1577. 10.
30. Liranus] See Ep. 182. 116n.
40. scribere potest] Cf. l. 22n.
42. Quirinus] Talesius.
48. Cancellario] S. Pistorius; see Ep. 1125. 27n. His letter is not extant; but see Ep. 2086. 65–6.
50. literas] Not extant; no doubt connected with the Eppendorff affair. See Epp. 2086, 2099.
53. Sichardum] See l. 126n.
54. contentio] See l. 109n.
56. Princeps] Duke George.
58. secreti] Cf. l. 118.
60–1. nusquam . . . fides] Verg. *Aen.* 4. 373.

fides. Nec mihi redditae sunt literae tuae proxime, de quibus scribis.

Quod duabus sedeo sellis, temporum facit iniquitas. Essent mihi quidem etiam bis duae sellae, vna Romae inter Poenitentiarios Papae, altera Francfordiae in Decanatu B. Virg., tercia Moguntiae, quarta Dresdae. Sed ea est temporum conditio vt nulli satis confidenter insidere possim. Neque tamen valde angor, quaecunque mihi fortuna contingat, modo salua mihi permaneat anima in fide Catholica. De corpusculo fiat quod Deo aut etiam hostibus meis, si in rem sit Ecclesiae, visum fuerit. Princeps hic meus plerumque corripitur febre. Laborat nunc ex altero crure, per quod venenum, quo intoxicatus fuerat, erupit. Qui si moreretur hoc tempore, nihil foret clero huius patriae miserius.

Quod titulum ad Morum correxisti, plurimam tibi habeo gratiam, et gaudeo libellum illum, qualiscunque sit, editum esse. Si non prosit multum, dabit saltem occasionem diligentius inquirendi de Consulum serie. Maluissem tamen totam epistolam a te correctam. Scripseram enim festinanter, nec vllum eius mihi exemplum est. Caeterum quod plaerumque scribis nomen meum *Cochleius*, suspicor erratum esse in orthographia, dum scribo *Cochlaeus*. Et certe nomen hoc non amo: neque tamen video quomodo mutare queam. Inditum est mihi Coloniae olim a Remaclo poeta, quem tibi notum esse arbitror. Harrisius autem Anglus vocabat me Wendelstinum: quod gratius esset, nam patria mea prope Nurenbergam vocatur Wendelstin, hoc est cochlea. Sed valeat haec curiositas: semel tamen hac de re vel simplicitatem vel errorem meum tibi scribere libuit, vt aequo feras animo errorem. Alioqui nulla mihi de nomine cura est, nisi de eo quod in Libro vitae scribitur.

In iis quae scripsisti in Eppend⟨orpium⟩, connumeratur Dorpius Laeo et Stunicae: quod equidem demiror, cum videaris Dorpii quam amantissimus, et ille tui studiosissimus fuerit, quantum ex tuis intelligere licuit.

61. literae] Not extant.

64. Romae] In a letter to Cervino, 31 Oct. 1545, Cochlaeus states that this was given to him by Clement VII in about the first month of his papacy ⟨c. Dec. 1523⟩: see Druffel, *Monumenta Tridentina*, 1884–5, p. 206.

65. Francfordiae] c. 1519.

66. Moguntiae] c. Sept. 1526.

Dresdae] 22 Jan. 1528. For his revenues from these three sources see Spahn's life, p. 135n.

71. febre] Cf. NE. 83.

Laborat] Cf. Ep. 2141. 12.

74. titulum] In the preface, dated from Mainz 11 Nov. 1528, with which Cochlaeus dedicated to More Cassiodorus' *Consulum Romanorum Catalogus* (ff. 155–67 in Sichardus' *Chronicon*, Basle, H. Petrus, March 1529), More's style is elaborated as 'Baron of England, Royal Councillor, Chancellor of the Duchy of Lancaster, etc.'

82. olim] c. 1507–8.

Remaclo] See Ep. 411.

83. Harrisius] Wm. Herisius Anglus, I.V.B. from Orleans, matriculated at Cologne on 29 Dec. 1507, and was Lic. Legum 27 Jan. 1509. He became a close friend and admirer of the famous teacher of law, Peter of Ravenna, and of Ortuin Gratius; and wrote dedications for the former's *Alphabetum aureum*, Cologne, Quentel, March 1508, and Gratius' *Orationes quodlibetice*, Cologne, H. de Nuscia, 1508. In the latter volume he is described as Mela Anglus. See Keussen ii. 621, and sources there cited.

85. Wendelstin] 7 ms. s. of Nuremberg.

89. scripsisti] No doubt in the letter to Duke George mentioned in Ep. 2124. 4.

90. Dorpii] See Ep. 1584 and introd.

Volebam tibi nonnihil scribere de Wittenberga; eo enim nomine missus erat a domino Cancellario et a me nuncius illuc cum literis typographi mei et cum literis meis ad Phil. Melanchthonem: ad quem literas habebat nuncius tuus, quas eo libentius et diligentius ei reddendas curaui, quod non satis sciebam an forte a te datae sint. Nolui eas violare, etiam si mihi forent capitales. Sed non remisit ad me nuncium D. Cancellarius, quod tamen rogaueram, et ipse adhuc heri pollicitus fuerat mane: sed oblitus est forsitan. Absoluit nuncium tuum, me non praemonito, licet iusserit vt me prius accedat antequam abeat. Non placet ei quod pro Ecclesia contra Lutherum quaedam defendere studeo. Vellet liberum esse coniugium sacerdotibus, fierique ait; contra Apostolum et Ecclesiam esse putat eos qui prohibent nubere. Vtramque speciem et panis substantiam in sacramento approbare videtur. Et in summa videtur multis Lutheranis dogmatis propensior quam velit clerus. Haec secreto.

Certe propter Septicipitem (quem libentissime mitterem, si vllum recepissem exemplar) murmurant plerique, licet librum nondum viderint. Sed ego corpusculum et fortunas externas iampridem periculo deuouere destinaui: fiat voluntas Domini. Mitto libellum vnum, quem Bero integerrimo viro et doctissimo theologo exhibere velis. Vellem certe et tuum super dissidio exemplarium iudicium; sed non audeo petere vt barbaris scriptis meis vel minimum impendas horulae momentum. Vellem, si quando habeas certum ad Principem meum nuncium, vt literas ad me includeres literis Principis, aut saltem nihil scribe secreti. Vtinam detur occasio qua tibi seruire vllo pacto queam! Si migrandum tibi sit, non scio commodiorem tibi locum quam Coloniam Agrippinam; tu pro tua prudentia optime scies quid tibi faciendum sit. Bene vale, clariss. et maxime venerande praeceptor, et summe rectae eruditionis antistes.

Ex Dresda 13 die Martii 1529.

---

94. Cancellario] See l. 48.

95. typographi] Perhaps Val. Schumann of Leipzig, who printed the *Septiceps* (l. 109n) at this time.

97. a te] No letters of Erasmus to Melanchthon at this time are extant.

103. contra Lutherum] Cochlaeus was perhaps now composing his *Fasciculus Calumniarum Lutheri*, Leipzig, V. Schuman, 1529; dedicated to Fisher, 5 July 1529. In an appendix *De vna specie sacramenti* is included a letter of his 'ad quendam amicum', a 'magnificus vir, dominus venerandus, doctor clarissimus' who is possibly Pistorius.

109. Septicipitem] *Septiceps Lutherus, vbique sibi suis scriptis contrarius*, Leipzig, Val. Schumann, 22 April 1529: dedicated by Cochlaeus to Duke John of Saxony, 2 Jan. 1529. For its reception by Lutherans see NE. 73–4.

113. libellum] In the *Fasciculus*, f. 85 v° (l. 103n) Cochlaeus reprinted cap. 23 of the *Septiceps* (l. 109n), 'in septem capita Lutheri quae inter sese vsqueadeo saepe dissident', its subject being 'De vtraque specie huius Sacramenti'; and in his introduction, f. 85, he invites the reader to hear 'quomodo de vtraque specie ex diuersis vnius eiusdemque apostatae libris septem personae vnius Lutheri contrariis disserunt rationibus'.

On such a subject he might well have desired the opinion of so distinguished a theologian as Ber, and therefore have sent this part of the book in ms.

120. migrandum] See Ep. 2090 introd.

Commendo me doctiss. et honestiss. viris, D. Bero et B. Rhenano, atque etiam D. Sichardo, si Basileae est; quod non puto.

Ex animo addictus nomini et virtuti tuae

Ioannes Cochlaeus.

2121. To Bernard of Cles.

Opus Epistolarum p. 644. Basle.
N. p. 614: Lond. xix. 25: LB. 1027. 14 March 1529.

[This group of letters, Epp. 2121–3, is consecutive in H: which, at this point, xix. 24–31, is in chronological order, perhaps reproducing a series of Erasmus' rough-drafts written on connected sheets. The year-date needs no confirmation.]

ERASMVS BERNARDO EPISCOPO TRIDENTINO S.

Ornatissime Praesul, scio me iam merito tibi videri importunum, qui vos tantis negociorum molibus tantum non obrutos, meis literis interpellem. Sed paucis expediam. Misi nuper Polyphemum quendam, non multo cordatiorem Homerico Cyclope neque minus bibacem, vt libellum Mariae dicatum perferret in Vngariam. Hoc enim muneris sic ambiebat, sic imminebat, sic vrgebat, vt existimem me duodecim illis aureis quos in viaticum dedi, paruo mihi redemisse quietem. Nunc mitto similem libellum sereniss. Regi Ferdinando, cuius nonnulla ibi mentio: quem tua prudentia in tempore illi exhibebit, si modo iudicarit in tantis negociorum vndis vllum dari ocium ad haec respiciendi.

Adfert autem libellum simul cum literis Christophorus Carleuitzius, iuuenis genere nobilis, sed alienissimus ab omnibus viciis quibus hoc hominum genus fere solet laborare. Est enim mihi illius ingenium domestica consuetudine penitus perspectum. Latini sermonis tam exacte peritus vt me non pudeat illi palmam cedere, nec literaturae Graecanicae rudis; tum in prudentia iuris non infeliciter versatus. Accedit his dotibus rara quaedam morum sobrietas modestiaque. Non dubito quin plurimi ambiant sese inserere in famulitium serenissimi Regis, sed huius similes arbitror esse perpaucos. Hunc itaque si non grauaberis pro tua solita humanitate tradere Regi, videberis mihi non minus optimi Principis consuluisse commodis quam huius iuuenis. Sin aliter visum erit tuae prudentiae, nihil hac mea commendatione grauaris.

2121. TIT. ROT. *post* ERASMVS *add. N.*

2120. 126. Sichardo] See Ep. 1660. 95n. For the pressure which drove him from Basle next year see Lehmann's life, pp. 10–11.

2121. 3. Polyphemum] carrying a letter of commendation to the Bp.; see Ep. 2130. 55–6, 63–4.

4. Cyclope] An evident reference to the colloquy, *Cyclops siue Euangeliophorus*, first printed in the Froben edition of March 1529; a dialogue between Polyphemus and Cannius, who derides his companion for the contrast between his riotous life and the big Gospels that he carries about with him.

5. libellum] See Ep. 2100.

8. Nunc mitto] The Bp. had already arranged for presentation: see Ep. 2130. 58–61.

9. mentio] Ep. 2100. 20–22; and in the *Vidua* itself, LB. v. 726B, DE, 766D.

12. literis] Ep. 2121–3, and others to Ferdinand and Henckel; see Ep. 2130. 108–12.

12–13. Carleuitzius] See Ep. 2010, and cf. Ep. 2166.

Nos hic valemus, non vt volumus, sed vt possumus. Vtinam diuina bonitas huic morbo remedium aliquod inueniat absque bello! Sunt enim interdum eiusmodi remedia ipso morbo grauiora. Reliqua cognosces ex Carleuitzio, si dignaberis illum tuo colloquio. Christi spiritus adsit vestro Concilio, nobisque per vos pro his tempestatibus tranquillitatem aliquam largiri dignetur. Bene vale. Datum Basileae pridie Idus Martias, Anno M.D.XXIX.

2122. To Simon Pistorius.

Opus Epistolarum p. 645. Basle.
N. p. 615: Lond. xix. 26: LB. 1026. 14 March 1529.

ERASMVS ROTERODAMVS SIMONI PISTORIO S. D.

Miseram nuncium aere proprio conductum, quem arbitror apud vos fuisse; nondum enim rediit. Nunc scribendi occasionem dedit Christophorus Carleuitzius; quem antea timide commendaram illustrissimo Principi semel atque iterum, nonnihil pudefactus mea commendatione. Sed posteaquam hunc domestico conuictu propius inspexi penitusque cognoui, non dubitarim illum cuiuis Principi meo periculo commendare. Latine exacte callet, Graece mediocriter doctus, in iuris quoque prudentia satis feliciter versatus, adhaec iudicii sobrii, moribus commodis, nihil habens neque fuci neque supercilii; in summa, Thrasonis illius dissimillimus est. Cogitur relictis Musis, quas vnice adamat, ad aulicam vitam se conferre. Plurimum fiduciae posuit in suo Principe Georgio; nec ego parum habeo spei, si modo tua humanitas dignabitur autoritate gratiaque sua nostram adiuuare commendationem. Quod vt facias, te etiam atque etiam rogo. Crede mihi, penes iuuenem dignum, gratum ac memorem collocaris istuc officii.

Datum Basil. prid. Id. Mart. Anno 1529.

2123_{2166} To Balthasar Mercklin.

Opus Epistolarum p. 645. Basle.
N. p. 615: Lond. xix. 27: LB. 1028. 15 March 1529.

[Ep. 2166 shows that the bearer was Carlowitz, and that he found the Bishop at Spires. For Mercklin see Ep. 1382. 25n.]

ERASMVS BALTHASARI EPISCOPO HILDESHEMENSI S.

Iam diu est, ornatiss. Praesul, quod amo tuam ciuilem benignitatem, non ignarus quantum illi pro singulari erga me fauore debeam. Sed hactenus non est oblata occasio per quam tibi vicissim grati animi significationem darem. Nunc obtulit commodum sese iuuenis hic maiorum quidem imaginibus clarus, sed longe clarior

2121. 26. *N*: aliquot *H*. 2122. 17. Anno *add. N*.

2121. 29. Concilio] See Ep. 2107. 1–2n.
2122. 1. nuncium] Cf. Ep. 2120. 2–3.
3. antea] See Epp. 1924. 41–7, 1983. 52–4.
10. Thrasonis] Eppendorff.
2123. 5. iuuenis] Carlowitz; see Epp. 2010, 2121–2.

eximiis animi dotibus. Is desiderat tibi notus esse: quem, si non grauaberis cognoscere, incipies, sat scio, diligere.

Ex hoc de statu rerum tum publico tum meo priuatim abunde cognosces, quando tutum non est quiduis literis committere. In me sic fremunt quidam his nouis factionibus addicti, tum ex diuersa parte Bedda ac Sutor, theologi simpliciter furiosi, postremo pseudomonachorum phalanges nihilo saniores, vt ni principum fauore subleuer, non possim subsistere. Nullorum enim improbitas tantum apud me valebit vt ab Ecclesiae consortio recedam.

Vtinam quemadmodum serenissimi Regis aduentus bonos omnes in spem erexit, ita fauente Christi spiritu hanc rerum tempestatem vertat in tranquillitatem! Bene vale.

Datum Basileae Idus Martias, Anno M.D.XXIX.

2124. From Duke George of Saxony.

Breslau MS. Rehd. 254. 70. Dresden.
LB. App. 349. 15 March 1529.

[An original letter, by a secretary, signed by the Duke; with the address-sheet missing. Evidently sent with Ep. 2120. It reached Erasmus at Basle on 30 March; see Ep. 2141. 11–12.]

GEORGIVS DEI GRATIA DVX SAXONIAE, LANTHGRAVIVS TVRYNGIAE ET MARCHIO MYSNAE.

S., gra. et fau., doctiss. Erasme. Quantum nos epistola nostra studuimus Henricum Eppendorfium ab inquietandis feliciss⟨imis⟩ studiis tuis reuocare, tanto maiorem concepimus dolorem vbi literas tuas, vna cum codicillis totius fabulae seriem complectentibus, cognouimus perlegendo. Quid enim indignius quam te, cum aetate tum eruditione longe grauiss⟨imum⟩ virum, ab homine tali infestari? Ego vero, opt. Erasme, si tuo loco essem, ita me aduersus illum gererem, vt de ipsius improba magnificentia minus quam de muscis, quod dici solet, praeteruolitantibus laborarem. Vides enim quid ista concertatione captet, nimirum vt per aequa perque iniqua tecum comissus, orbi celebris fiat. Habuit hoc studio iam inde homo tragicus et personatus, vt malit videri quam esse generosus ac nobilis; alioqui quorsum erat opus tot ansas hic illic in rebus nullius momenti captare, qui conflictaretur tecum? tum tanta improbitate post commentas iniurias pacisci ac postulare vt libello aliquo publice aedito te illi declarares amicum?

Neque vero tibi author esse velim vt codicillos actionum vestrarum aedas. Indigniss⟨imus⟩ enim est quem posteritas ex te

2124. 4. condicillis *MS*: *corr. LB.*

2123. 14. ab Ecclesiae consortio] For this loaylty cf. Epp. 1007, 1033, 1167, 1195, 1273, 1275, 1386, 1412, 1416, 1418, 2082. 431–2, 2133, 2134, 2136, 2226.

15. Regis] Ferdinand; who had come to Spires for the Diet.

2124. 1. epistola] See Ep. 1929. 11n.

4. literas] Perhaps a draft of the *Admonitio* printed in 1530; see Ep. 1934 introd., and cf. l. 17 *infra*.

7. si tuo loco] For this advice cf. Ep. 2120. 14–22.

16. libello] See Ep. 1941, and cf. Ep. 2086. 27–40.

17. codicillos] Cf. l. 4n.

cognoscat. Quid? quod in iisdem multa praeter aequum et bonum teque indigna apparent acta pactaque: nisi quod nusquam non tuam agnoscam modestiam, qua in placandis vel infestissimis hostibus vti soles. Etsi vero vnice cupiam te ab ista concertatione tam iniqua adserere ac vindicare, tamen cum animaduertam vsque adeo literas apud illum nostras nihil promouisse, vt multo quam ante in te sit factus animosior foerociorque, nolumus caussam tuam nostra intercessione amplius grauare. Itaque nec consilium nobis est vllo titulo in patriam reuocandi hominem, quippe qui iam ante, non sine periculo tum famae tum rerum, edocti simus quam non sit tutum eiusmodi ingenia functionibus publicis admouere. Neque nos illum perditum cupimus. Sed quia in nostra manu non est sanare eum, quibuscunque etiam muneribus praeficiatur, comodius est vt illum suas sibi res habere sinamus. Neque arbitror te nobis consulturum, si tuum hic serio appellarem consilium, talem adsciscere nobis.

Caeterum quod istic Euangelium ita inualescere scribis vt tibi cum aliis multis bonis de migrando sit cogitandum, quanquam id nobis permolestum est auditu, et cupiam tuam id aetatem ferre, vt tibi nobiscum agere liceret: tamen, quum tu tam saeuientibus iniuriis solus obnoxius non sis, perferendum est tibi infortunium nobiscum commune. Non enim facile credas quam indignis ac falsis contumeliis hisce nos diebus et Lutherus de integro traduxerit, aedita in hoc plane tragica responsione, nisi ex libellis vltro citroque scriptis cognoscas. Et quom videam haec saecula ingenia non ita multo saniora, praesertim inter istius factionis homines, ferre, boni consulenda sunt quaecunque etiam praeter dignitatem et meritum adeo nostrum in nos committantur. Itaque multa, immo omnia, danda sunt charitati Christianae atque publicae tranquillitati, si modo hac nostra facilitate caussam nostram non reddimus deteriorem. Bene vale.

Datum Dresdae sub Idus Martii. Anno etc. XXIX.

Georgius dux Saxonie, etc.

2125. To Francis Vergara.

Opus Epistolarum p. 645. Basle.
N. p. 615: Lond. xix. 28: LB. 1029. 17 March 1529.

[The year-date needs no confirmation.]

ERASMVS ROTEROD. FRANCISCO VERGARAE S. D.

O NIMIVM verum dictum, Homo bulla. Scripseras alacer, rescribis aegrotus: satis recte valens accepi tuas literas, nunc afflictus

2124. 24. literas] Cf. l. 11n.
27. vllo titulo] Cf. Ep. 1934. 490–1.
42. responsione] *Von heimlichen vnd gestolen brieffen*, Wittenberg, H. Lufft, 1529, completed at this time: see LE^2. 1409, 1429. 23, 1436.
25. It replied to *Ayn kurtzer Bericht*, Augsburg, A. Weissenhorn, 22 Jan. 1529, with which Duke George had carried on his conflict with Luther. See the Weimar edition of Luther's works, xxx. 2; and cf. Ep. 2338. 11–40.

2125. 1. dictum] See Ep. 1181. 12n.

respondeo. Corripuit enim me tenacissima quaedam pituita, nec sine febri nec sine vitae periculo; hoc pacto me salutauit Martius. Atque interim tamen molimur migrationem, cogimurque e nido cui tot annis assueuimus, euolare; veremur enim ne quando exemplum in diuos ac diuas aeditum in nos recidat. Praeterea stultissima quidem sed mire pertinax suspicio quosdam habet, mihi clanculum cum his sectis conuenire, quum vt quisque est illis addictissimus, me oderit pessime. Capitis itaque discrimen capitis discrimine fugiendum est.

Sed ne nihil ad tuam epistolam, Francisce charissime, si missa epistola non aliter obstringit accipientem quam numerata pecunia, tu danista es, qui prior epistola tam prolixa, tam erudita, tam amica prouocaris. Ego vero quum vsuram quoque deberem, vix sortis dimidium reposui, nimirum pro bene Graeca male Latinam, hoc est ἀντὶ χρυσῶν χάλκεα, reddidi. Quod si hoc meum qualecunque referendae gratiae studium acceptum tulit tua humanitas, rursus isto quoque nomine debeo. Tu tamen non solum liberas debitorem, sed vltro etiam te mihi profiteris obligatum. Nihil erat quod excusares, sed si quid esset maxime, malim mihi esse quod iure tecum expostularem quam tibi tam bonam esse purgandi tui causam. Quis fuit ille morbus tam tenax, tam inuidus, qui iuuenem studiis iuuandis natum vltra annum lecto affixum detinuit? Quanquam arbitror te iam dudum conualuisse; tuas enim literas prid. Cal. Iul. Madriti scriptas, Martio demum accepi.

Nos sane hic viuimus, non vt volumus sed vt possumus; et vereor ne succedant acerbiora, si ventum ad arma fuerit, quo videntur hactenus spectare prooemia. Vtraque pars fidit suis viribus; sed varius belli euentus. Vtinam Christus ἀπὸ μηχανῆς huic fabulae laetam addat καταστροφήν! Posthac, mi Francisce, nec numerandis nec appendendis epistolis inter nos certabimus, sed mera animorum beneuolentia: quae si prolixa perpetuaque sit, non ita magni referet quam breues aut rarae veniant literae; quanquam hunc quoque fructum amicitiae vehementer optamus accedere. Dominus te seruet incolumem.

Datum Basileae XVI. Calend. April. Anno M.D.XXIX.

2126_{2198} TO ALFONSO VALDES.

Opus Epistolarum p. 646. ⟨Basle.⟩
N. p. 616: Lond. xix. 29: LB. 1031. 21 March 1529.

[It is evident from this letter that, with the letter which this answers, Valdes had sent Erasmus a copy of the Salamanca edition of Carvajal's *Apologia* (Ep. 2110 introd.). Though his *Responsio* was already finished and dispatched to Frankfort, Erasmus ran through the original and compared it

3. pituita] It came on c. 15 March and lasted till the end of the month: see Epp. 2136. 10–14, 2145, 2147, 2158.
7. exemplum] At the 'Bilder-sturm': see Ep. 2101. 31n.
12. epistolam] See Ep. 1814. 513n.
14. danista] The Greek word occurs in Luke 7. 41. In his 1516 edition Erasmus translates it *fenerator*, in 1519 *creditor*.
17. reddidi] in Epp. 1876, 1885.
23. morbus] Cf. Ep. 1876. 47–50.
24. lecto affixum] Hor. *S*. I. i. 81.
25. literas] Not extant. Evidently sent with Epp. 2003–4; which Erasmus answered a week later (Epp. 2134, 2133).

with the Paris reprint he had used hitherto: see a passage in his *Responsio* (LB. x. 1676BC), where he cites, from the edition he had been using, a marginal note referring to the Spanish edition.

The extract cited in l. 10 is in the Paris reprint; but all the others (ll. 22–3, 28–9, 37–8, 41–2, 57–8) come no doubt from the Salamanca book, which we have not seen.

The year-date needs no confirmation. Valdes in replying gives two month-dates, neither of which agrees with that of this letter. The repetition in ll. 179–80, 215–17, suggests that this may be a copy, hastily put together for dispatch by a messenger who offered himself at an intermediate date.]

ERASMVS ROTEROD. ALFONSO VALDESIO S. D.

De Pantalabo sero monueras, aut, vt melius dicam, sero mihi redditae sunt tuae literae, circa nonas Martias, quum absolutum esset quicquid ad Francfordiensem mercatum erat deportandum. Idem libellus clam absque typographi nomine excusus Lutetiae, per amicos ad me missus fuerat paucis ante diebus. Addiderant praefationem ad eius ordinis principem Cardinalem; sed sustulerant quaedam quae sciebant apud Gallos ipsis obfutura, mihi profutura: id quod ex Hispanici libelli collatione deprehendi. Ex meis ad Regem Franciscum literis, quarum exemplar ad te mitto, tantum decerpserant, 'mentitur iniquum Caesarem'. Hoc Gallus non intelligebat. Si dixissent 'iniquas conditiones', probasset etiam. Quod sequebatur, ex colloquio Puerpera desumptum, prorsus omiserant, quoniam sciebant Gallorum aures nullo pacto laturas. Illic ludens Eutrapelus, vt ostendat Deum satis habere negociorum, etiamsi non obstetricetur parturientibus, inter caeteros principum tumultus, dicit, 'Caesar nouam totius orbis molitur monarchiam'. Tota calumnia est in voce 'noua': quasi fuerit vnquam aliquis totius orbis monarcha praeter Deum; quum hodie nondum totus orbis habeatur cognitus, nec ea pars quae cognita est, vnquam vni paruerit.

---

1. Pantalabo] Carvajal: see pp. 68-9.

2. literae] Cf. Ep. 2133. 6–8.

6. Cardinalem] Franc. Quignon (1485?–27 Oct. 1540), son of Fern. de Quiñones, count of Luna in Leon. After studying at Alcala and other universities he entered the Franciscans as 'Francisco de los Angeles', and through force of character quickly rose to influence. He was general of the Order 1523–7, and travelling much on its business, was captured by pirates in 1527 and maltreated. During his generalship two austerer sects of the Franciscans were founded, the Recollects and the Capuchins. Clement VII employed him often as ambassador, made him Cardinal S. Crucis 1527–9, governor of Veroli 1531, and of the Campagna 1532; and charged him with the revision of the Breviary. His edition, Rome, A. Bladus, 1 March 1535, though at once condemned by the Sorbonne for its innovations, went through 100 editions before 1566, when it was superseded.

See a life by J. W. Legg, in *The Second Recension of the Quignon Breviary* (H. Bradshaw Soc.), 1912, ii. 87–103; and F. E. Brightman, *The English Rite*, 1915, i, pp. xxvi–vii.

8. Hispanici] The Salamanca edition.

10. mentitur] A charge based on Ep. 1722. 17–18: cf. Erasmus' *Responsio*, LB. x. 1675C–F.

11. iniquas] Cf. ll. 195–7 *infra*.

12. sequebatur] in the Salamanca edition.

16. Caesar] This, with *molitur* as second word, is the reading of the Froben edition of Feb. 1526, the first in which the *Puerpera* appears. In March 1529, no doubt as the result of this criticism, Erasmus substituted 'Carolus molitur monarchiae proferre pomoeria': LB. i. 766D.

Non hic disputo de Caesaris monarchia. Sed vt intelligas quam stolidis argumentis ille ius adserat Caesaris, 'Quod sol' inquit, 'est in coelis, hoc Caesar est in terris'. Atqui iureconsulti qui hanc inutilem contentionem cum aliis multis inuexerunt, Pontificem faciunt solem, Caesarem lunam. Equidem probarem exemplum, si quemadmodum sol indefatigabili motu vniuersum terrarum orbem lustrat, illustrat et conseruat, ita vnus homo posset singulis orbis nationibus prospicere. Deinde, 'Aristoteles' inquit, 'praefert monarchiam aristocratiae'. Praefert, si quis inueniatur omnium optimus ac sapientissimus; sed monarchiam appellat, non totius orbis sed suae cuiuspiam ditionis, veluti Cretensium, Lacedaemoniorum, Atheniensium, etc. Nec quicquam vetat vnius ciuitatis esse monarchiam. Nam quod ex Homero solent adferre,

οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω,

de vnius exercitus imperatore loquitur, cuius tamen potestas non erat absoluta, nisi in praelio; quod ipsum indicat Aristoteles. 'Sed Christus etiam' inquit, 'probauit autoritatem Caesaris, "Date Caesari", etc.' Si Christus docuisset in Sabaudia, et simili occasione fuisset illi exhibitum Ducis numisma, dixisset, 'Date Duci quae sunt Ducis', etc.

Vides acumen hominis, qui se iactat in logica, physica et metaphysica versatum. Hoc, vt dixi, non de re, sed de hominis insigni stulticia. Neque vero miror inter tot hominum milia inueniri qui talia ausit scribere; illud magis admiror, haec diuersis locis excudi a Franciscanis, nec eos animaduertere quam se bonis ac doctis propinent deridendos. Vnde liquet hoc genus aut insigniter esse stupidum, aut pessime sentire de genere mortalium. Quid quod toto opere fingit me hostem omnium religionum piarum, quod alicubi notem quorundam irreligiosam superstitionem aut impietatem? Docere aut monere apud illum est odisse, dissentire est infamare. Dein, nunquam citat mea verba vt habent, sed aut truncat aut aliquid addit. Ad haec, perpetuo quod dictum est in treis quatuorue malos, detorquet ad vniuersos ordines. Toties repetit insigne mendacium, quod non distinguam bonos a malis, quum id vix vsquam non faciam. Haec est illa mera simplicitas iactati ordinis qui fluxit e Paradiso. Videor mihi suspicione colligere quis sit autor libelli. Testatur enim se fuisse in Anglia, Gallia, Germania et Hispania, quum tamen stomachetur in mundiuagos.

Ante menses complures adiit me Franciscanus quidam, iuuenis indole liberali, prompte loquens Latine, nec omnino rudis Graecae literaturae, deinde natiua quadam praeditus facundia. Exponere coepit, in Gallia quid molirentur theologi, quid monachi; tandem et hortari vt in tempore prospicerem, se esse vnum ex his qui meis commodis impense fauerent. Hunc campum ingressum reuocaui ad alia, partim quod adesset Guardianus huius loci, partim quod ea quae narrabat, certius ex amicorum literis omnia cognouissem.

33. Homero] *Il.* 2. 204.
60. Franciscanus] This visitor perhaps came in the summer of 1527, when Erasmus was engaged on the final processes of his will (ll. 91–2); see App. 19. 137, 140, in vol. vi.

Placuit tamen indoles, ac statueram illi deferre domus meae hospitium ad aliquot menses, si forte voluisset vti. Itaque ipsum ad prandium vocaui in diem posterum: Guardianum non vocaui, quo liberius inter nos confabularemur. Venit, sed comitem trahens Thrasonem, natu grandem, quem simulabat esse laicum (quum, vt post resciui, fuerit sacerdos), ne mecum cogeretur loqui Latine. Huius inamoenissimo fastu adeo sum offensus vt amor ille meus in iuuenem refrixerit.

Peracto prandio repetiit quod pridie fuerat orsus, indicans in animo esse peragratis regionibus, doctis innotescere. Nam attulit duas schedas commendatitias, alteras a Badio, alteras a Budaeo, quas satis apparebat extortas esse. A me flagitabat vt ipsum amicis meis omnibus commendarem, ac didicerat quos quibus in locis haberem, videbaturque paratus quouis ire gentium, modo a me commendatus. Hic excusaui multa, sed praecipue quod non esset consultum hominem ignotum talibus viris tradere: eam rem mihi non raro parum feliciter cessisse. Alleganti schedas commendatrices, recitaui eas; quae testabantur hominem et ipsis ignotum esse. Instabat vt saltem duobus aut tribus praecipuis commendaretur. Negaui me id facturum. Tandem petiit aliquod epistolium velut ad ipsum manu mea scriptum, quod circumferre posset. Id etiam cum stomacho negaui. Nam his artibus non semel delusus sum ab istis erronibus.

Interea nunciat famulus duos adesse viros eruditos, quibuscum peragendum erat de nostro testamento; quod hic bene condere difficillimum est. Illis occurrentem interpellauit vt saltem eleemosynulam (nam hoc vsus est verbo) darem. Ego alibi intentus 'Iam dedi', inquam, putans futurum vt ad me rediret tempore commodiore. Visus est post biduum in hac ciuitate. Multa molitus est ad corradendum aliquid nummorum, sed ad me non rediit. Hic eo libello vltus est suum dolorem, nisi me fallit suspicio; nam ordo ille vix habet alium qui tantum possit Latine. Nec est de genere Obseruantium quos vocant, sed Coletarum, id quod post ex Franciscano quodam cognoui. Est autem, ni fallor, Brabantus aut Gelrius genere; nec dubito quin nunc sit in Italia aut in Vngaria, donec peragat suam periodum. Vide quantum periculi sit quicquam illis negare. Quanquam hic vnus est quem absque viatico dimisi, tametsi frequenter sum a sordidissimis impetitus.

Risi librum in crucem actum. Istis rationibus vincentur citius quam apologiis. Sic Louanii germanus quidam Lei librum in me scriptum, quem in bibliotheca Franciscanorum reponendum locauerat, intus ac foris excrementis humanis obleuit atque incrustauit, vt dies aliquot tota foeteret bibliotheca: percontantibus qui ingrediebantur, quid esset hoc putoris, excussis omnibus angulis nihil repertum est. Tandem sagacior aliquis sequutus vim aro-

71. comitem] Cf. Ep. 1211. 104n.

100. Coletarum] Nicolette Boellet (1381–1447) of Corbie in Picardy founded a reformed Order of Poor Clares (Coletae), which spread widely. Later the reform was extended to Franciscan men (also called Coletani); but this new division did not thrive, and was suppressed by Leo x in 1517. See Chevalier, *s. n.* Colette.

106. in crucem] Cf. Ep. 2163. 128n.

107. Louanii] Cf. Ep. 1174. 15n.

matis, repperit fontem. Guardianus voluit librum ostendere populo, voluit ferre caecum fulmen in autorem; quanquam inscio me res tota peracta est, nec autorem noui, nisi huc reuersus.

Hermannus comes a Noua Aquila indigne tulerat se notatum ab Iacobo Hoghestrato Dominicano: is erat rabinus, Prior monasterii quod Coloniae sane quam magnificum est et opulentum. Non potuit hominem compescere, donec illius cognati denuntiarint Dominicanis, ne posthac colligerent caseos in vlla ditione vel Comitis vel cognatorum illius. Illi rati minas esse inanes, clam tentarunt solito more venire ad oua et caseos. Factus est in illos impetus terribilis. Hoc damno totum annum mulctati sunt; itaque factum est vt Iacobus a suis coactus pacis leges acceperit. Habeo illius palinodiam, in qua cum recitet verba plena contumeliae quae scripserat in Comitem, tamen affirmat ac propemodum deierat se semper de Comite praeclare sensisse. Bella palinodia, scurra quam theologo dignior.

Illud in fatis meis esse video, mi Valdesi, a nullis grauius laedor quam ab iis qui fauent sedulo magis quam prudenter. Quidam Lutetiae emisit Epistolam ἀνώνυμον in mei patrocinium. Ea res excitauit Beddam simpliciter furiosum, vt in me bilem suam rursus euomeret. Itidem apud vos Epistola nescio cuius excitauit pseudomonachos, qui Pantalabum oratorculum subornarunt. Nihil vnquam erat mihi tragoediae futurum cum theologis Parisiensibus, ni Berquini cuiusdam vehementer sed imprudenter amantis studium illos in me prouocasset, suo pariter ac meo malo. Ducitur fortissimis consiliis sed infelicissimis.

De Colloquiis damnatis scholasticus erat ludus. Colineus quidam excuderat, vt aiunt, ad vigintiquatuor milia Colloquiorum in modum enchiridii, sed eleganter. Id fecerat non studio mei, sed amore quaestus. Quid multis? nihil erat in manibus praeter Colloquia. Praecesserat nescio quis rumor, forte a typographo studiose sparsus, fore vt hoc opus interdiceretur. Ea res acuit emptorum auiditatem. Itaque Bedda forte nactus Rectorem suae farinae, et adhibitis aliquot coniuratis, curauit hoc aedictum, quod proprie pertinet ad solennes collegiorum lectiones, per quas itur ad gradus scholasticos. Nam quod in omnibus collegiis iam traditur grammatica, quaestus causa factum est, sed magno studiorum detrimento. Huiusmodi technis ludunt frequenter. Aedictum tamen nullam facit haereseos mentionem. Fieri potest vt displiceat illis oratio parum Latina, nolintque hoc studio lectu

113. reperit *Lond.* 117. Hochstrato *N.*

117. Hoghestrato] See Ep. 877. 16–29.

131. Epistolam] Beda in the preface, Oct. 1528, to his *Apol. aduersus clandestinos Lutheranos* (Ep. 1571), ff. vi–vii, mentions not a letter but two books in defence of Erasmus which had moved him to write: for one see Ep. 1875. 95n. He ascribed them to Doctor Petrus Caroli or to Berquin; but neither would admit authorship.

133. Epistola] See Ep. 2198. 27n.

136. Berquini] For his end see Epp. 2158. 2188.

139. De Colloquiis] See Ep. 2037 introd.

Colineus] See Ep. 1875. 86nn.

145. Rectorem] See Ep. 2037. 150n.

149. grammatica] Erasmus was an upholder of this as an important branch of study. But here his meaning probably is that it should be studied in schools, not in colleges.

digniores autores e iuuentutis manibus excuti. Sed atrociorem rumorem pertulerant in Saxoniam, sex Episcopos designatos in Gallia ad pronunciandum de libris haereticis, quorum princeps esset Archiepiscopus Rothomagensis. Per hos fuisse damnatos libros meos et in publico exustos foro, precium autem supputatum ad 50. coronatorum milia. His technis stolidum monachorum genus sibi pollicetur victoriam.

Nituntur alio stratagemate. In omnibus regionibus habent aliquot Franciscanos Obseruantes—nam his adhuc nonnihil tribuitur ob qualemcunque speciem sanctimoniae—, qui in concionibus ac publicis praelectionibus subinde perstringant nomen Erasmi. Lutetiae habent Petrum Cornutum, in Sabaudia Ioannem Gacchum; qui tamen, posteaquam Duci per literas de illo questus fueram, sancte deierauit mihi respondens, se nunquam nominasse Erasmum praeceptorem suum, nisi sicut oportuit honorificentissime. In Anglia habent Ioannem Standicium, nunc Episcopum. Louanii Titelmannum quendam iuuenem mire gloriosum, quod illius indicant progymnasmata: vtinam tantum possit quantum sibi tribuit! Sunt et in Polonia et in Vngaria, nec vsquam proficiunt, nisi in peius. Vbique decrescit illorum tyrannis. Quanto Christianius agerent, si conuerterentur ad studium verae pietatis, et omitterent iam nimis notam hypocrisim!

Triginta florenos accepi mense Februario. Scripseram enim ad Bartholomaeum Vuelzerum, simulque monueram de ducentis ducatis. Respondit se nondum accepisse, sed bona fide curaturum simulatque acceperit. Circa Nonas Martias venit fasciculus literarum, omnia geminis exemplaribus. Alteram syngrapham commisi Hieronymo Frobenio, qui Francfordiae pecuniam recipiat.

Hic me non fugit quantum tibi debeam, Alfonse candidissime, cuius erga me pietas nusquam non est sui similis. Archiepiscopi literae tam amanter scriptae non paulo fuere gratiores quam ipsa pecunia. Gaudeo mihi scrupulum ademptum de dedicatione. Audebo illi hanc aeditionem nuncupare, quanquam hoc nec tu significas nec ille. Et arbitror consultius vt vni dicem quam

156. Rothomagensis] Geo. of Amboise II, abp. of Rouen 30 July 1511, †25 Aug. 1550.

164. Cornutum] P. de Cornibus (†22 May 1542) of Beaune, a Franciscan. Some verses printed in Duns Scotus' *Questiones quodlibetales reportate per P. Thataretum* (Ep. 1581. 585n), Paris, B. Rembolt and P. Gromors, 1 April 1519, address him as 'magistrum sententiarium' and 'Diuine philosophie bacalarium'. Later he became D.D. at Paris; cf. Delisle p. 82. He published nothing; but S. Fontaine, *Hist. cathol. de nostre temps*, Antwerp, Jo. Steelsius, 1558, f. 228, credits him with having, by his preaching and teaching, checked the spread of Lutheranism in Paris. See Sbaralea's Supplement, pp. 591–2, to L. Waddingus, *Script. Ord. Minorum*, 1806. For a gibe of his against Erasmus and Luther see Ep. 2205. 214–17; to which Titelmans replies with spirit in his *Epist. apologetica* (Ep. 2245), f°. B^4.

165. Gacchum] See Ep. 1891.
Duci] See Ep. 1886.

168. Standicium] See Ep. 608. 14n.

169. Titelmannum] See Ep. 1823.

171. in Polonia] Cf. Epp. 1823. 14, 2205. 256–7.

176. Vuelzerum] See Ep. 2153.

178–9. literarum] Valdes' was one (cf. l. 2); see Ep. 2133. 1–2 for another.

179. geminis exemplaribus] See Ep. 2109. 3n.

182. Archiepiscopi] Ep. 2003.

184. dedicatione] of Augustine: cf. Epp. 2109. 28n, 2133. 52–5.

duobus, nisi tu aliud moneas. Mittam tibi volumina decem, hoc est vnum corpus, alterum Toletano, tertium Hispalensi, quartum Gattinario, nisi tu secus iusseris. Opus absoluetur nundinis autumnalibus proximis. Mihi hinc migrandum, idque non sine praesenti vitae periculo. Sed parendum fatis.

Misi totam epistolam meam ad Regem Franciscum, vnde Pantalabus sumpsit ansam calumniandi, quod me autore Rex defecisset a pactis. Imo ibi consolor Regem vt moderate ferat aduersam fortunam et amplectatur concordiam. Quoniam autem non dubitabam quin illae conditiones Regi viderentur graues,—hoc enim dico 'iniquas', vt consoler illius animum—, supposui personam aliorum, quum ita loquor, 'Quanquam autem nonnullis pax ista', etc.; et ostendo spem melioris fortunae a Christo, qui solet res deploratas in tranquillum statum reponere, interdum etiam his quos amat immittens calamitates, quod archanis suis consiliis intelligat sic expedire. Mox adhortor ad seruandam concordiam: 'Si Christianos monarchas', etc. Et hic est locus vnde probat tot Romae circaque Romam clades mihi acceptas ferri oportere, quum eum casum nullus expectaret, ne Caesar quidem ipse. Sed isti non vident quae sit scribentis ratio; deinde quoniam vim Latini sermonis nesciunt, crebro hinc nobis mouent calumniam: velut hic putat 'iniquum' nihil aliud significare quam iniustum, quum aequitas sit moderatio iuris ab humanitate proficiscens; et quod aequissimum est, id recedat potius a iusticia; et quod iustissimum est, parum sit aequum. Fortassis expedierit illam epistolam formis excudi, quo magis pudescant isti qui principes habent pro fungis potius quam hominibus.

Commendaram tibi Franciscum Dilfum: qui num istuc appulerit, nondum ex literis tuis certum potui cognoscere. Alteram syngrapham per Hieronymum Frobenium miseram Francfordiam, cum mea quietantia, vt vocant. Asscripseram si ea non placeret, Hieronymus meo nomine scriberet qualem vellet. Vuelzeri procurator excusauit, esse syngraphae genus, vt pecunia numerari non posset, nisi prius a me datis tribus syngraphis quietantiariis. Atqui eas poterat ab Hieronymo sumere; sed maluit pecuniam differre. Itaque scripsi Augustam ad Bartholomaeum Vuelzerum, vt nobis, si posset, hac in re commodaret. Dicunt pecuniam non esse numeratam mensariis, sed cuidam negociatori, qui hoc officii ab illis petit, sic vt illis liceat negare. Interim negociator vtitur pecunia. Memini me et olim in Anglia delusum simili genere syngraphae. Vereor ne intra annum non sim recepturus obolum, quum ego iam plusquam totam illam summam partitus sim in eos qui libros ex variis bibliothecis inuestigarunt, et contulerunt atque enotarunt, quo mihi iudicandi fieret potestas.

188. Toletano] Fonseca.
Hispalensi] Manrique.
192. epistolam] Ep. 1722.
197. iniquas] Ep. 1722. 17–18.
202. Mox] Ep. 1722. 23.
214. Dilfum] See Ep. 2109. 3n.
215–16. Alteram syngrapham] Cf. l. 179.
222. scripsi] Welzer in replying (Ep. 2153) gives 6 April as the date of Erasmus' letter: evidently a duplicate, of the same date as a letter to Valdes (Ep. 2198. 2–3).
226. olim in Anglia] I do not know when.
229. inuestigarunt] Cf. Epp. 2133.

Quod bibliopolae mea causa sic ades ex animo, gratiam habeo, mi Valdesi, maximam: quod beneficium vti perficias, te plurimum rogo. Queruntur tempus trium mensium esse perquam angustum. Iter longum est, nec satis tutum; prius quam merces suas perferant, praeterit dies, ac periclitantur. Nondum est manifestum bellum, et si esset, tamen studia digna sunt aliquo priuilegio, nec ab his quicquam est metuendum. Germani sunt origine, nec aliud agunt quam vt parent vnde liberos et vxores alant. Scripsi eadem de re D. Mercurino cancellario: cui reddes epistolam, si tibi videbitur expedire.

Bene vale, duodecimo Calend. Aprilis, Anno M.D.XXIX.

2127. To John Valdes.

Opus Epistolarum p. 649. Basle.
N. p. 619: Lond. xix. 30: LB. 1030. 21 March 1529.

[Contemporary with the other letters sent at this period to Spain. As three of them (Epp. 2125, 2133,4) answer letters from Madrid of 29–30 June 1528, it is possible that Valdes' letter was of the same date.]

ERASMVS ROTEROD. IOANNI VALDESIO S. D.

Vt mihi permolestum fuit Valdesium meum tot molestiis ac periculis agitatum esse, ita magnam voluptatem attulit quod ex tuis literis cognoui te incolumem ex isto naufragio enatasse. Iam non mediocriter me discruciat vestram Hispaniam tot affligi malis. Vtinam aliquando Deus monarcharum animos ad pacis amorem conuertat!

Ne posthac sollicitus sis quomodo mihi excuses, charissime iuuenis, tuum silentium. Illud inter nos pactum esto, quotiescunque scripsero fratri tuo, tibi quoque scriptum esse; dein, quoties ille mihi responderit, a te quoque responsum esse, quandoquidem ego vos tam gemellos pro vnico habeo, non pro duobus.

Quod epistolium sic neglecte scriptum inter tua praecipua κειμήλια reponis, ego vicissim istum tam candidum et amicum animum pluris facio, mi Ioannes, quam vt inter gemmas meas velim reponere, sed in pectoris mei scriniolo reconditum vsque seruabo.

Equidem non possum non gaudere tam multos existere istic qui nobis ex animo bene velint. Sed rursus molestum est regionem istam alioqui felicissimam tot habere σφηκία crabronibus improbissimis differta, qui non mihi solum sed amicis etiam omnibus tam odiose facessunt negocium, vt prope magis mihi doleat vestrum incommodum quam meum. Tibi tuique similibus omnibus ex animo gratulor, qui studia conatusque vestros omnes in

2127. 21. facessant *N.*

58–9, 2134. 254–6. Lypsius was one (Epp. 1473. 5n, 1547, 1837), Gelenius (Ep. 1702. 8n) perhaps another. Goclenius too had helped; see Epp. 1778, 1890, 1899.

2126. 231. bibliopolae] Probably the Frobens' salesman, who was trying to secure an imperial privilege for Augustine. For efforts for a French privilege see Epp. 2053, 2075.

2127. 11. gemellos] Cf. Ep. 1961. 3–5. 12. epistolium] Ep. 1961.

hoc confertis, vt cum elegantia literarum pietatis Christianae synceritatem copuletis: quod apud Italos antehac a non ita multis tentatum videmus. Quid enim est eruditio si absit pietas? Bene vale. Datum Basil. 12. Cal. April. Anno. 1529.

2128_{2161} FROM DANIEL STIBARUS.

Leipzig MS. EE. 100. — Frankfort. 21 March 1529.

[An original letter, autograph throughout. The year-date is sufficiently confirmed by the contents, and by Ep. 2161. Stibarus wrote on the same day to Boniface Amerbach, giving much the same news: Basle MS. G. II. 26. 102.

SI vales, bene est; ego valeo. Cum nuper Louanio discederem, dedit mihi ad te litteras Coclenius, vir doctiss. Eas Frobenio tradidi curandas. Quod praeterea scribam non habeo. Vereor enim te onerare meo infortunio quod mihi Antuuerpiae contigit. Sed Christi beneficio conualui. Audio autem et vos variis calamitatum fluctibus agitari. Doleo tuas et Musarum vices, et id quidem merito. Caeteros sua manebit pena. Vtinam tibi meam operam probare possem, siue istic maneas siue abias! hoc enim te animo habere in Brobantia accepi. Tu pro tua prudentia rebus tuis consules.

Ego Vuyrcepyrgum proficiscor, aliquandiu ibi mansurus. Si mea opera tibi vsui esse potest, inpera saltem; si eam tibi bona fide non accomodauero, vincere verbis non cupio. Per Ioach. autem Camerarium Norinberg⟨ensem⟩ ad me scribere potes quid me tua causa facere velis. Plura non licent. Addam hoc, Philipp. Melanch⟨thonem⟩ cum suo Principe Spiram profectum. Vale foeliciter, decus litterarum, et me tibi commendatum habe.

Franckfordiae, XII. Cl. Aprilis ANNO M D XXVIIII.

Tuus Danielus Stibarus.

2128. 14. potest *MS*: *corr. EE*.

2127. 25. Italos] Cf. Ep. 1479. 19n.

2128. 1. Louanio] On 27 Jan. Stibarus wrote to Boniface from Antwerp (Basle MS. G. II. 26. 100) that he was going on to Louvain 'intra sex dies', and gave as his address, 'c/o Coclenius' (cf. l. 2). For further indication of the date of his departure from Louvain see l. 2n.

2. litteras] Not extant. It must be dated before Erasmus' letter of c. 22 Feb. reached Louvain, cf. Ep. 2161. 2n, 48n.

Coclenius] This form, for Goclenius, is found also in Ep. 1355. 59. Here Stibarus wrote first *Toclenius*: a confusion which may be paralleled in an edition of Jo. Redman's *De iustificatione opus*, Antwerp, J. Withagius, 1555, where Tunstall's preface appears as 'Cutheberti Constalli'.

4. Antuuerpiae] He was murderously attacked there c. 22 Jan.: see Ep. 2069 introd.

5. calamitatum] See Ep. 2101. 31n.

10. Vuyrcepyrgum] Wurzburg, where Stibarus held a canonry. To Boniface he wrote, 'Nunc a meo Senatu, hoc est canonicis, domum reuocor; eo, vt arbitror, animo vt me quoque in ipsorum Senatum recipiant'; and he asked for advice what to do.

12. vincere verbis] To seek to supply by words the shortcomings of his deeds. Cf. Verg. *G*. 3. 289.

13. Camerarium] See Ep. 1501. He was now Rector of the town-school at Nuremberg.

15. Melanchthonem] He arrived at Spires for the Diet on 13 March: see ME. 589, 590.

suo Principe] Duke John of Saxony: see Ep. 1670.

Humaniss. Eras., nihil litterarum ab te hodiernum in diem accepi. Si per otium licet, oro te vt ad me scribas.

Clariss. viro Erasmo Roterodamo, praeceptori obseruando.
Basileae.

[2111]2129. From Viglius Zuichemus.

Van Heussen iv. 111 (β). Dole.
VZE. 4 (γ). 23 March 1529.

[There are only two sources, β and γ, of p. 57; but they do not vary.]

ERASMO ROTERODAMO

Etsi non mediocri temeritatis meae poenitentia afficiebar, qui ad te litteratorum omnium principem litteras meas ignotus dare ausus fuerim, magnam tamen contra nunc ex euentu (qui longe meam exspectationem superat) voluptatem capio. Nec mihi potuit quicquam iucundius accidere quam quod illae litterae tam ineptae gratiam tamen aliquam apud te inuenerint. Iam certe quaerebam qui impudentiae meae culpam apud te deprecarentur; et ipse te sic aequum benignumque offers, vt quod ego excusare voluerim, tu non modo in meliorem acceperis partem sed laudi etiam adscripseris. Cum tu vero adeo benignus sis peccati mei censor, vix mihi consto, aut qua ratione vicissim tuae humanitati respondere debeam scio. Illud vero, quod ex veteri amicitiae lege ad rerum communionem abs te inuitor, pudore ac verecundia denuo me afficit, dum tam largam mihi fidem tuae erga me beneuolentiae facere dignaris. Impudentissimus autem sim si vltronei tui beneficii alium sponsorem exegero. Nec mihi sane isthoc pacto quicquam reliqui facis, quo ego tuae in me beneuolentiae satisfacere posse credam. Pudore etenim haud leui afficior, cum pro tam grandi beneficio tam tenuem referendae gratiae facultatem superesse mihi perspicio. Quod si tamen fortuna animo responderet, et quantum vellem possem quoque, reipsa declararem quanti Erasmum faciam.

Porro patrui mei Buchonis, cui tecum olim non ingrata consuetudo intercessit, eadem exhortatio fuit, vt litterario studio gloriam aliquam quaerere conniterer. Idipsum vero quanta alacritate a te audierim, dici non potest. Non desistam autem, donec vtriusque voto respondero.

Sed quid, quaeso? Ornithoplutusne ille tuus suspendio proximus est? Sic tollantur quotquot simili furia tui animi tranquillitatem infestant. Nec alter ille viuere diu potest, cum praeter corporis morbum mens quoque illi non satis sana sit. Cogita autem te huiusmodi monstris domandis in coelum ire, nominisque tui gloriam illustriorem reddi. Quin et Herculis virtus incognita mansisset, nisi tot aerumnis exercitata fuisset.

2128. 21. praeceptori *EE.*, *cf. Ep.* 2069. 54: Basileae *MS.*

2129. 28. Ornithoplutus] Heinrich (= Hühnreich) of Eppendorff: see Ep. 1168. 19n and vol. v, p. xxi.
30. alter ille] Carinus.

Haionis nostri maiorem in modum faelicitati gratulor, cui quotidiana consuetudine tua frui contigit. Ex animo autem precor vt quam diutissime diligentissimeque omni officio obsequioque eam tueatur. Habet autem eam tui amor energiam, vt in plures συμφιλοῦντας transfundi cupiat. Vnde et nos, vbi tanto a te amoris amplexu suscepti sumus, nobis ipsis non satisfacimus, nisi plurimos nobiscum in eius communionem trahamus.

Vale, Dolae 23. Martii 1529.

2130. From Felix Rex.

Leipzig MS. Spires.
EE. 102. 23 March 1529.

[An original letter, autograph throughout. The year-date needs no confirmation.

Felix Rex (? de Koninck: † c. Oct. init. 1549, of plague) of Ghent had worked in the Froben printing-house. His nickname Polyphemus was very likely assumed by him to display his knowledge of languages (cf. Ep. 2071. 4–9); Vigl. Zuichemus' attribution of it to Erasmus (VZE. p. 229n) perhaps refers to the title of the colloquy, *Cyclops*, composed in response to Polyphemus' request (Ep. 2121. 4n).

Polyphemus first appears in Oct. 1528, carrying letters for Erasmus to Brabant; where he learnt of the death of his wife and child (Ep. 2068). Next, travelling for Erasmus to Dole and Besançon, he involved himself in a quarrel with Carinus, and only escaped from justice by claiming to be in Ferdinand's service, and by going off promptly with Erasmus' letters to Spires; see Ep. 2112. 31–43. From the details given here his start may be dated not later than 7 March, possibly even in Feb. About 28 May, after visiting J. A. Brassicanus at Vienna, he reached Znaim in Moravia (OE. 9), and delivered the *Vidua* to Queen Mary with proper ceremony (Ep. 2339). Later he proposed to enlist against the Turks (Ep. 2230. 1–4).

He was a versatile man of vigour and ability, but the temptation to strong drink for some years impaired these qualities, and he lived an adventurer's life: at the Diet of Augsburg; in Saxony, recommended by Luther and Melanchthon to Duke John (EE. 167); at the Diet of Ratisbon; carrying letters and ready for any novelty. In spite of strong commendations from friends (Ep. 2335–6, 2339; Horawitz i. 14; EE. 145) Erasmus never approved of him.

Later Polyphemus went off to Prussia with Jo. Dantiscus (Ep. 2163. 138n); and ultimately settled down with Duke Albert (Ep. 1297. 54n) in 1534 as his first librarian. In the organizing and careful cataloguing of the Königsberg library, which was to serve for the University designed by the Duke, the rest of his life was spent; dwelling in his own house and garden with his second wife, Catherine of Kralingen, the Duchess' laundress, who owned property near Amsterdam, and using his influence to protect Lutherans. It may be noted that Poliander's MSS., which contain Ep. 1127^{a} (see p. xlv of this volume) and much material about Luther, were appropriated in 1540–1 to the 'gemeine liberei' at Königsberg.

Besides this autograph letter there is one at Basle (G. II. 23. 223) to Boniface Amerbach, dated from Königsberg, 3 Jan. 1545, and giving news of his present prosperity: others at Königsberg are enumerated by P. Tschackert, *Urkundenbuch z. Reformationsgesch. d. Herzogthums Preussen*, 1890.

See EE, and A. Roersch, *L'Humanisme Belge*, 1910, pp. 83–99; each citing numerous sources.]

S. P. Accipe, doctissime preceptor, totam itineris mei come-

2129. 36. Haionis] Cammyngha; see Ep. 2073.

2130. 1. Accipe] An imitation of Ep. 867. 1; and cf. Ep. 2068. 4.

diam. Primo die, qui fuit faustissimus verum inamenus, peruentum est in Banle; secundo, quo nihil poterat accidere fortunatius, Nouum Castrum. In pago quodam nomine Slege mihi venit obuiam Comes quidam Germanus strenue equitibus comitatus, qui dixerat Regem Ferdinandum esse Spire; huius consilio reliqui Friburgum et recta petii Nouum Castrum. Quod oppidulum distat a Basilea m. p. 3: in quo, consilio Consulis ac Ludimagistri, vnum atque alterum diem expectaui nauem, descensurus Spiram vsque. Optime patrone, tibi ex animo commendo Consulem Noui Castri, qui ob nomen Erasmi mihi presentauit duos cantharos vini. Etiam et Ludimagistrum oppiduli tibi commendo; vir sane candidus, amantissimus est Erasmi, et Faustum tuum summo honore prosecutus est, tanto vt me in suas reciperet edes. Scripseras mihi ne diutius hererem in propinquo; paruissem monitis, ni Cratander typographus tanta effutisset in caput meum. Volui conuenire hominem, et Brisaci illum conueni, cum quo Spiram vsque nauigio descendi; qui ne verbum quidem ausus est iacere in caput meum, imo toto itinere suauiter nugati sumus, ita vt ne mentio quidem fieret illius vipere Carini. Et vt verum fatear, quum relinquerem Cratandrum, dixit 'Mi Fauste, bene valeas et parce nugis'. Non temere dicitur in nostra lingua vernacula, 'Eenen hont es staut vp zynen messync'. Frobenius consuluit ne mentionem facerem Carini coram Cratandro; obtemperaui. Relicto Nouo Castro veni Brisacum, vbi inueni doctorem Fabrum, qui dixit Regem Ferdinandum ac Episcopum Tridentinum esse Spire.

Quum aduolassem, non poteram prima nocte nancisci diuersorium; omnia plena erant aulicis. Sequenti die conueni ornatissimum simul ac doctissimum virum dominum Ioannem Vlattenum, cui pridem dedicasti Ciceronianum; qui Faustum tuum non plebeio sed, vt ingenue quod verum est fatear, regio more per dies plus minus decem tractauit, vt ne Erasmum ipsum splendidius potuisset tractasse. Cui presentaui Colloquia aucta cum Cicero-

3. Banle] Dr. Carl Roth has kindly traced Polyphemus' route for us. The old post-road from Basle to Freiburg kept away from the Rhine and went over the hills. Three ms. w. of a 'coldharbour' on it is Bamlach, on the Roman road nearer the Rhine; further on is Schliengen (l. 4), on the post-road 18 ms. from Basle.

4. Nouum Castrum] Neuenburg; see Ep. 2183. 9n.

5. Comes quidam] Perhaps cf. Epp. 2139. 9, 2140. 6.

6. Spire] For the Diet; see Ep. 2107. 1n.

8. Consulis] Of him and the Schoolmaster I have found nothing beyond their praises here.

15. in propinquo] Cf. Ep. 2112. 38–9.

16. Cratander] See Ep. 1374. 109n. It appears that he had taken up Carinus' cause.

20. Carini] See Ep. 2111. 28n.

23. Eenen hont] Cf. *Adag.* 3325, first printed in the Froben edition of 1515, 'Gallus in suo sterquilinio plurimum potest': where, after explaining its origin, Erasmus adds, 'Hodieque de cane vulgo dicunt, eum in suo sterquilinio plurimum audere'. I owe this interpretation to Prof. J. de Vries.

26. Fabrum] Ferdinand's minister; see Epp. 1382. 33n, 2006.

27. Tridentinum] See Epp. 1357, 2107, 2121.

30. Vlattenum] See Epp. 1390, 2088, 2146.

31. Ciceronianum] See Ep. 1948.

34. Colloquia] The edition of March 1529, containing the *Ciceronianus*.

niano aucto et recognito, necnon Selectas Epistolas et Responsionem illam in Albertum Pium. Qui pro munusculo mihi dedit nummum argenteum valentem aureo. Quid hoc homine candidius, quid amicius, quid denique liberalius? Non possum D. T. describere quam ex animo te amat. Si domum amplam habuisset, non passus fuisset quod me diuertissem ad hospitium dormiendi gratia. Tanto candore tractauit Faustum tuum vt vel ipse candor videri possit. Habet fratrem adolescentem multis dotibus preditum, tui amantissimum ac studiosissimum, quem tibi officiosissime commendo. Dignus sane omni commendatione, quandoquidem pectore est candido ac aperto, nullum pre se ferens fucum; imo ausim dicere, ne agnoscit quidem quid sit fucus, adeo est candidus ac apertus: qui me summo prosequitur amore, iuuenis sane magne spei ac summe eruditionis. Non possum D. T. describere encomium istius iuuenis, quandoquidem mihi deessent vires.

Sed vt ad Vlattenum tuum reuertar, cui gratus eram conuiua; ipse me ex animo commendauit aulicis, precipue vni nobili commisit omne meum negotium, qui ei est conuiua quotidianus, tui amantissimus. Qui me duxit ad aulam Episcopi Tridentini meque illi ex animo commendauit: cui dedi literas D. T., que ipsi erant gratissime. Iussit post vnum atque alterum diem reuerti; feci, et R. eius D. dono dedi Viduam Christianam et Selectas Epistolas. Pro munere tantum egit gratias. Sed iussit vt quamprimum facerem compingere alterum, et illum presentarem Regi Ferdinando. Feci, ac vna accessimus Regem, cui dedi libellum inauratum de Vidua Christiana; pro munere egit gratias et dedit mihi officium artsiriorum. Reuerendissimus dixit regie maiestati: 'Serenissime Rex, magister noster Erasmus famulum suum mihi ex animo commendauit, vt illum maiestati tue commendarem'. Respondit Rex: 'Quid est quod nomine Erasmi preceptoris mei haud velim facere?' Rex iussit Reuerendissimo necnon eius Camerario, dicerent Capitaneo Artsiriorum, si locus vacaret apud Artsirios, illum haberem, sinautem, primus essem in ordine. Accesserunt Capitaneum (qui meus est conterraneus et frater germanus fratris Gabrielis Cartusiani apud monachos Cartusien⟨ses⟩ extra Bruxellam) eique dixerunt: 'Domine Capitanie, Rex dedit famulo Erasmi officium artsirii. Si vacat locus, inscribatur, imo venias et quamprimum loquaris Regi.' Quid multis? Capitaneus audito nomine Erasmi plurimum gauisus est, dicens, 'Quid non

---

35. Epistolas] G; Sept. 1528. See Ep. 2021 introd.

35–6. Responsionem] Basle, Froben, March 1529.

42. fratrem] Werner Vlatten, who became canon of Aachen in 1534, and succeeded his brother as 'scholaster' in 1541: see O. R. Redlich in *Zs. d. berg. Geschichtsvereins*, xli (1908). 162.

55. literas] Ep. 2107.

57. Viduam Christianam] See Ep. 2100.

59. presentarem] Cf. Ep. 2121. 8n.

62. officium] For Polyphemus' use of this hope to shelter himself see Ep. 2112. 35–6.

artsiriorum] This singular word appears to be formed from Fr. *archier*.

65. preceptoris] Cf. Ep. 917 introd.

67. Camerario] Gabr. of Salamanca; see Ep. 2096. 36n.

70. Gabrielis] Ofhuys; see Epp. 692 introd., 1239.

facerem pro Erasmo, quum germanum meum fratrem Gabrielem Cartusianum extra Bruxellam summo amore prosequitur? Nondum vacat locus, verum intra paucos dies vacabit, et illum habebit.' Rex loquutus est Capitaneo et iussit quamprimum inscriberer. Optime patrone, habeo R. D. T. gratiam, habiturus quoad viuam maximam, de tua commendatione. Si quid est quod in rem tuam a me fieri velis, precipito; inuenies Faustum tuum ad omnia promptum et alacrem. Precor D. T., si fieri potest, scribas Capitaneo Artsiriorum literas quibus me illi commendes. Latinus est et tui amantissimus. Tibi ex animo commendat germanum suum fratrem Gabrielem.

Literas Alfonsi Valdesii curaui transmittendas in Hispaniam: dedi illas domino Wulfgango Brantnerio doctori, Cesaree maiestatis consiliario. Ipse dixit, quum volueris scribere literas in Hispaniam, mittas ei Spire, ipse transmittet; is est quotidianus conuiua domini Ioannis Vlatteni. Dominus reuerendissimus Tridentinus scripsit literas vidue Vngarie, quibus me commendauit. Gaspar Velius non est in aula Ferdinandi, mansit Vienne. Regina vidua non longe est a Vienna. Philippus Melanchton est Spire cum Duce Saxonie; qui D. T. copiosissime scribet per Frobenium. Fui cum eo in cena.

Optime patrone, te reliquisse Basileam gratulor plurimum. Conueni in aula Regis quamplurimos magnates, et ne vnum quidem inueni qui tibi aduersetur; omnes summo honore prosequuntur D. T., dicentes 'Omnia debemus Erasmo'. Et Rex Ferdinandus ceterique principes ex animo tibi gratulantur, quod relicta Basilea concesseris Friburgum. Optime preceptor, pessime audiunt monachi apud aulicos, precipue doctos. Doctor Faber scripsit vidue Vngarie. Doctor Maurus ex animo dolet quod ei

---

83. Latinus] 'having knowledge of Latin'.

86. Literas] Perhaps a duplicate of Ep. 2126, dated earlier. Cf. Ep. 2198. 1–3.

87. Brantnerio] of a noble family in Lower Austria. He matriculated at Vienna, 25 April 1508; and in 1513 at Bologna, where in May 1516 he was LL.D. After service with Spiegel in Maximilian's secretariat he was appointed High Master of the military order of St. George, founded by Frederick III in 1468 against the Turks; and became a trusted counsellor of Charles V, who employed him on many important embassies. †28 Sept. 1541, probably of the plague which was raging at Trautmannsdorf, when Sig. of Herberstein met him there on 16 Sept. See Knod and EE.

A letter from him to A. Valdes, 15 June 1528, is printed by Caballero 358; for another see NE. 286. Nausea dedicated to him a volume of *Conciones Pragenses*, NE. 493.

91. vidue Vngarie] Queen Mary; see Ep. 2100.

92. Velius] Ep. 2313 shows that Polyphemus was carrying a letter to him.

93. Melanchton] Cf. Ep. 2128. 14–15.

94. Duce Saxonie] Duke John: Ep. 1670.

scribet] No such letter is extant.

96. reliquisse] As Polyphemus directs this letter to Basle, he must mean here that Erasmus had taken the decision to leave. Cf. also l. 101.

102. apud aulicos] This information was no doubt intended to be welcome as a contradiction to Erasmus' opinion, which found expression in Ep. 2134. 159–63.

103. Maurus] Hartmann Moer of Linn, near Crefeld, matriculated at Cologne 30 Oct. 1506, and was bachelor 1512, lic. 1514, I.V.D. 1521. He was a spectator of Charles V's coronation at Aachen, 23 Oct. 1520, and published an account of it, Nuremberg, F. Peyp, 1523, to serve as a historical record.

non inscripseris libellum Lactantii de opificio Dei. Respondi Erasmum non potuisse inuenire inter schedas nomen Mauri; scio, si inuenisset, alteri non dedicasset. 'Non dubito', dixi, 'D. eius altero libello compensabit.'

Loquutus sum et cenam feci cum Carlibitio; qui pauca mihi dixit de tua R. D., nisi quod haberet epistolam ad Regem et libellum inauratum de Vidua, quum eundem dedissem Regi. Habuit literas ad concionatorem Vidue, sed illas mihi non dedit, pollicebatur tamen se daturum. Sed iuit Francfordiam.

Per dominum Decanum maioris ecclesie Aquen. misi Tielmanno a Fossa Viduam Christianam cum libello Lactantii. Etiam domino Priccardo canonico Aquen. eundem transmisi libellum. Decanus maioris ecclesie Aquen. est tui amantissimus, et omnia sua tua sunt, inquit; imo iussit vt tibi illa verba transscriberem.

Ne modum epistole excedam, finem faciam. Bene valeat excellentia tua, quam nobis diutissime seruet incolumem ac florentem Christus Opt. Max. Si D. T. commodum fuerit, salutabis meo nomine quam potes officiosissime humanissimum simul ac doctissimum doctorem dominum Bonifatium Amorbachium cum tota illius familia, necnon dominum Hayonem conuiuam tuum ac M. Quirinum et M. Nicolaum ceterosque collegas meos. Iterum vale, doctissime preceptor, et mancipium tuum, quod hactenus facis, diligere perge. Plusquam ex tempore, quod videre erit ex manu celeri et ineleganti, decimo Calendas Apriles. Spire Anno M D xxix.

Proficiscor in Vngariam: Christus Opt. Max. det felix faustumque iter.

Tuus, si quis alius, ex animo Faustus Celebris.

Quum valedicerem reuerendissimo Episcopo Tridentino et mihi daret literas ad reginam Mariam, Ferdinandi sororem, pro viatico dedit mihi duos florenos aureos, vt D. T. sciat quid acceperim. Non potui citius relinquere Spiram propter ardua et seria negotia principum. Officium, quod dedit mihi Rex Ferdinandus tuo nomine, valet singulis annis centum triginta aureis florenis, etiam

---

In 1521 he was appointed an assessor in the Reichskammergericht, and by 1526 was established at Spires. In the preface to Zasius' *In vsus feudorum Epitome*, Basle, Jo. Bebel, 1535, he is mentioned as one of the friends who had advised publication. See EE.

His expectation of receiving a dedication from Erasmus seems to imply intimacy between them; of which, however, there is no trace elsewhere.

104. Lactantii] See Ep. 2103.

108. Carlibitio] See Ep. 2010. He had just arrived, bearing Epp. 2121–2123.

109. epistolam] Not extant; but cf. Ep. 2090 introd.

111. concionatorem] Henckel; see Epp. 1672, 2110.

113. Tielmanno] See Epp. 610. 47n, 2103.

115. Priccardo] See Ep. 972.

116. Decanus] Jo. Schoenrad, canon of St. Mary's at Aachen 1522, dean before 1529. In 1537 he appointed a coadjutor, and in 1540 resigned in order to marry. For this information I am indebted to my friend, Dr. Herm. Keussen, stadtarchivar of Cologne.

124. Hayonem] Cammyngha; see Ep. 2073.

125. Quirinum] Talesius; cf. Ep. 2113.

Nicolaum] Cannius.

132. Faustus Celebris] A jesting translation of Felix Polyphemus.

habemus duas vestes; sed oportet alere equum et habere arma et semper equitare cum Rege. Doctissime preceptor, me semper commendo excellentie tue; inuenies me, quoad vixero, fidum et obedientem famulum. Iterum vale Nestoreos annos, et Faustum tuum, quod hactenus facis, iuuare perge.

Tuus ex animo Faustus Celebris.

Summo theologo ac bonarum literarum facile principi, D. Erasmo Roterodamo, patrono vt patri suo obseruandissimo. Basileae.

2131_{2150} FROM JEROME RICIUS.

Leipzig MS. EE. 101. — Linz. 23 March 1529.

[An original letter, autograph throughout.
Jerome was the younger son of Paul Ritius (Ep. 548. 15n), a Jew of Pavia, whom Erasmus had known and highly esteemed there (Ep. 549. 36–47). He matriculated at Freiburg 13 Nov. 1515, but left in Feb. 1516 to pursue his studies, probably in medicine, elsewhere (ZE. p. 464). In Aug. 1516 he introduced himself to Reuchlin (RE. 221); writing from Augsburg, whither his father had then moved. From Augsburg too on 15 May 1516 (? 1518) he dedicated to Bern. Adelmann a translation, from the 'Tuscan', of Mars. Ficinus' *Consiglio contro la pestilenza*, Florence, 1481; printed at Augsburg by Grimm and Wyrsung, 26 Sept. 1518. His description of himself there as 'Ticinensis' perhaps shows that he had returned to Pavia to study medicine. On 29 Jan. 1527 he was presented by Ferdinand for the provostship of Trent; being then physician to the Queen (T. Gar, *Annali di Trento*, 1860, p. 473). A cure effected by him at Trent is recorded in VE. s^4. 11. On 24 Feb. 1527 he delivered an oration at Prague for Ferdinand's coronation as king of Bohemia. In 1530 Ferdinand created his father Freiherr and baron of Sprinzenstein on the Enns, s. of Linz; and the title seems to have descended to both sons (cf. EE^2. 114, NE. 149). See a rather confused notice in Zedler xxxix. 514; M. Denis, *Wiens Buchdruckergesch.*, 1782, p. 402; and EE.]

NOLIM, Erasme felicissime, impudentem me existimes, quod te, diuinum hominem quem vniuersus celebrat orbis, quem non modo mortales venerantur omnes sed et ipsi demirantur superi, pusillus ego et indoctus homuntio, nulla tibi familiaritate iunctus, insulso rudique hoc epistolio adire non erubuerim. Fretus sum enim tua ingenti mansuetudine suauitateque incomparabili, quippe que omnium volitat per ora virum et summis vbique decantatur preconiis; litterasque has mihi ad te datas sine mea manu destinare absurdum duxi. Quinimo diem hunc lucro ponam et margarita signabo, quo mihi diu multumque optata ad te scribendi occasio diuinitus oblata est: necque equidem vel gratius quicquam vel fortunatius afferri potuisset. Quod si tu vicissim me vel vnica tua dignabere epistola, in celo esse videbor.

Bene vale ex Linchio 23^a martii 1529.

2131. 7. volitat] Cf. Ep. 32. 21n.
8. literas] Perhaps from Vienna. Burscher conjectures that it was the answer to Ep. 2090: but Ferdinand was now at Spires.
13. epistola] Ep. 2150.

D. M. D.

Celeberrime D. T. vti filius obsequentissimus,
Hieronymus Ricius,
prepositus Tridentinus, physicus regius.

Consumatissimo diuinarum humanarumque literarum interpreti, diuo Erasmo Roteradamo, D. plurimum obseruando.

2132. To the Reader.

Senecae Opera, 1529, p. 683. ⟨Basle.⟩
⟨c. March 1529.⟩

[The preface to a number of *Sententiae* attributed to Seneca, and partly collected during the centuries from his works: found by Erasmus in a MS. at King's College, Cambridge. In 1515 they had appeared without comment, as 'Senecae Prouerbia'. In 1529 he adds this preface, but otherwise does little beyond pointing out that some are prose, and showing how they may be versified. In one, from Verg. *G.* 4. 212–13, he comments with glee 'Ha ha he, Maronis carmen est'. The two which represent the last letter of the alphabet, he describes as 'Christianae sententiae, ne Z non haberet locum'. As the *Sententiae* come ten pages later than the *Ludus* with Beatus' preface of 1 Feb. (p. 25), an approximate date may be assigned—in fact rather before this, since Seneca was no doubt got ready for the Frankfort fair in March, and copies were dispatched earlier in the month (Epp. 2108, 2116). But this preface is inserted here to fill the place of Ep. 1739[a], which by wrong conjecture I had placed in 1529.]

AD LECTOREM.

Stvdiosvs aliquis coeperat ex Publii Laberiique Mimis insignes aliquot colligere Sententias; nam hi duo mimographi magnam in hoc genere laudem olim tulerant, praecellebat tamen Publius. Sed incertum an hic collector destiterit in littera N, an aliquis opus contaminarit; nam ab hac nullum fere carmen est. Etiam in caeteris admixtae sunt Sententiae oratione soluta, ex Senecae libris pleraeque decerptae. Versus aut senarii sunt iambici aut trochaici tetrametri catalectici, paucissimi iambici tetrametri. Quorum aliquot nomine Publii et Laberii referuntur, ab Aulo Gellio et Macrobio, nonnulli reperiuntur et apud Senecam, omnes prodigiose deprauati: quos maxima ex parte restituimus.

Opusculum hoc Cantabrigiae reperimus in membranis accurate descriptum, literis initialibus colore et auro pictis, sed deprauatissime. Adiecti erant commentarii, Deum immortalem quam absurdi! Neque coelum, quod aiunt, neque terram attingebant. Singulis commentariolis subiectum erat distichon hexametrum eandem sententiam aliis scilicet verbis explicans, ad ostentationem, opinor, copiae. Tales neniae tum viris etiam praelegebantur, talibus ineptiis discruciabantur ingenia puerorum. Et sunt hodieque qui indignantur linguarum peritiam et bonas literas reuocatas in ludos literarios.

2131. 15. D. M. D.] Burscher proposed to interpret this 'De mandato Domini'. Mr. T. Gambier-Parry suggests an allusion to Ps. 95. 3, 'Deus magnus dominus'.

2132. 1. Publii] Publilius Syrus; see Ep. 678.
12. Cantabrigiae] Cf. Epp. 1656. 3–4, 1797. 3–7.
15. aiunt] See *Adag.* 444.

[2004]2133. To John Vergara.

Opus Epistolarum p. 649. Basle.
N. p. 619: Lond. xix. 31: LB. 1032. 24 March 1529.

ERASMVS ROTEROD. IOANNI VERGARAE S. D.

Literas vestras tertio Calend. Iulii scriptas, sub Cal. Martii demum accepi, geminis exemplis omnes, sed ab eodem Melchiore et eodem die; quae per se multo gratissimae, hoc etiam nomine fuere gratiores, quod iam desperatio quaedam obrepere coeperat animo meo. Non quod de vestro erga me studio quicquam addubitarem,—quod etiamsi mihi potuisset accidere, non patiebantur id Valdesii mei literae, vestrae in nos non iam beneuolentiae verum pietatis assiduae, locupletissimae testes; sed quod suspicabar idem vos statuisse de rescribendo literis meis.

Quod significas τοῖς δικασταῖς placere de aedendo Apologetico meo, quod ipsum augurabar futurum, nec mihi sane displicet consilium. Non satis memini quod in eo libello τῶν δικαιάρχων maiestatem imminuerim; nam de improbitate quorundam monachorum apud nos, qui se iactant Ecclesiae nutantis Atlantes, dici satis, vt dignum est, non potest, nec apud vos apparet multo saniores. In hos illic destomachor. Absit autem vt iudicum autoritatem verbo laedam. Nam in Britannia Cutberto Tonstallo, episcopo Londoniensi, totius huius negocii summa, vt audio, delegata est: quo non alium magis habeo in aere meo. Itidem in Galliis huiusmodi causarum cognitio ad aliquot summates viros delata est: alioqui Beddarum, Sutorum et pseudomonachorum improbitas omnia commiscuisset tumultibus. Libellus ille sordide fuit excusus: si vobis ita videbitur, curabimus vt locupletior et nitidior rursus exeat cum dignitate, mutatis his quae, vt indicant amici, videntur offensura iudices.

Praesulem tuum arbitror inuidia maiorem, non tantum ob eximiam amplissimi muneris dignitatem, verum multo magis ob singularem vitae integritatem, ob eruditionem ea fortuna dignam, ob minime vulgarem prudentiam; quae illi apud Caesarem et optimos quosque hoc plus conciliant tum autoritatis tum gratiae, quod hae dotes maiorum clarissimis imaginibus commendantur. Excellentior itaque est ille quam vt quisquam canis ausit allatrare. Tibi vero nolim ex me quicquam inuidiae accrescere, si qua fieri

6. potuisset *N*: posuisset *H*.

2. geminis exemplis] See Ep. 2109. 2–3n.
Melchiore] Very likely Trechsel, the Lyons printer; for whom see Ep. 2083. 1n.
7. literae] answered by Ep. 2126.
10. Apologetico] *ad monachos Hispanos*; see Ep. 1967.
18. negocii summa] Tunstall was not, like Manrique, Grand Inquisitor; but his activity (for examples of which see Ep. 1697. 23n and Brewer iv. 4028) was limited to his own diocese: which was, however, the chief seat of printing in England. See A. W. Reed, *Early Tudor Drama*, 1926, pp. 165–76 = *Trans. of Bibliogr. Soc.* xv. 1919, pp. 162–72.
19. in aere meo] Tunstall's obligations to Erasmus perhaps began in Italy in 1506, or in Flanders in 1517 (cf. Ep. 597. 16–20). They find expression in Epp. 663, 1367, 1726. For Erasmus' feeling cf. Ep. 1781. 19.
24. rursus exeat] See Epp. 2094,5.
26. Praesulem] Fonseca.

possit; quanquam scio te, quae tui est animi magnitudo, non quorumlibet latratibus excitari. Tum ingenii tui prudens dexteritas mihi bonam spem porrigit fore vt, si quae forsitan malae bestiae non vereantur obsibilare, nulla tamen ausit mordere; praesertim quum tantum habeas Aiacem sub cuius clypeo lates. Postremo breui futurum auguror vt te tua virtus in fastigium aliquod euehat vnde possis hoc reptilium genus impune tutoque despicere. Ego hactenus ocii dulcedine ebrius, omnem fortunam reieci: cuius animi nunc me sero poenitet, non quod displiceat humilitas, sed quod hoc seculo vix quisquam tam sordidus est et abiectus quin audeat Erasmum conspuere, commingere, concacare—sit honos auribus. Ab ea contumelia vindicasset mediocris fortunae dignitas. Nunc ea est valetudo vt aegre vitam tuear, tantum abest vt dignitati sustinendae par esse queam.

Maliciosa quaedam operarum conspiratio fuit impedimento quo minus hoc verno mercatu prodierit Augustinus, decem magnis voluminibus absolutus; in quibus nihil est quod non maiusculis formulis sit excusum, id quod scis in Hieronymo non esse factum. Id malum nobis bene vertit. Non enim ausurus eram hunc laborem dicare Praesuli Toletano, nisi certior factus hoc illi fore non ingratum: nam esse scio nonnullos qui solent hoc genus officiis offendi. Quanquam autem ne nunc quidem vel ex ipsius vel tuis vel Valdesii literis certum habeo responsum, tamen multae res mihi fiduciam addunt, vt quod animo conceperam, audeam. Non est ingratum munus: quod cum studiosis aliquot, qui in conferendis exemplaribus nonnihil operae subsidiariae praestiterunt, partiar, imo iam bona ex parte praesumpsi; sic enim interpretor, eam pecuniam Augustino datam esse, non Erasmo.

Haereseωn negocium a libellis venit ad arma, quantum video rerum prooemia. Rex Ferdinandus cum Germaniae Principibus consultat. Hic medio brumae frigore mire caluit idolomachia, ne musca quidem imaginum relicta est in templis, sublata funditus missa ritusque ecclesiastici, nisi quod habetur interdum concio; deinde mulieres cum pueris canunt psalmum Germanicis rhithmis compositum, et interdum datur panis corporis Dominici symbolum. Monachi simul et monachae iubentur ponere sacram vestem aut alio demigrare. Hactenus tamen in nullius aedes priuatas facta est irruptio, et a sanguine temperatum est; quod vtinam sit perpetuum! Tot enim Germaniae Heluetiaeque ciuitates in hoc foedus dedere nomen vt, si res agatur ferro, malim abesse procul. Est quidem magna principum potentia, sed vbi reperies militem pro sacerdotum iure pugnare paratum? Mea sententia res exiit hominum potestatem, ad diuina praesidia confugiendum est.

67. rhythmis *N*.

41. fortunam reieci] Cf. Ep. 809. 127–37.
48. operarum conspiratio] Evidently a strike (cf. Ep. 2083. 1n): for the word cf. Epp. 1901. 58, 2134. 49–50.
49. Augustinus] See Ep. 2157.
51. Hieronymo] See Epp. 396, 1465.
56. literis] Cf. l. 7.
58. studiosis] See Ep. 2126. 229n.
64. consultat] at Spires: see Ep. 2107. 1n.
idolomachia] See Ep. 2101. 31n.
67. mulieres] Cf. Ep. 2134. 206–7.

Ego interim non instrennuum militem praestiti Ecclesiae; si nihil aliud, certe nunquam τὴν τάξιν λιπών, et ingenue professus me ab Ecclesiae consortio digitum latum nolle discedere. Deinde tribus praeliis cum Luthero conflixi, idque in ea Germaniae parte quae maxime tenebatur hoc nouo feruore; quod ante me nullus est ausus, vt tibi Thrasonem e comoedia referam. Nam Parisienses extra telorum iactum positi, mittunt fortes Articulos, qui hic tantum ridentur. Porro, quidam sic tuentur sua dogmata scriptis et argumentis, vt praestiterit illos omnino siluisse, mea quidem sententia. In Brabantia poteram tuto scribere; verum illic mihi fuisset acrior pugna cum quibusdam penes quos nunc est cognitionis autoritas. Aduersus horum odia tutus esse non poteram, nisi aulae praesidio; aulam habere fauentem non potui, nisi coluissem. At haec valetudo non patitur vt cuiquam hominum inseruiam. Interim tamen aliquo demigrandum, nec satis video quo: adeo nusquam affulget spes tranquillitatis. Itaque prorsus iuxta Graecorum prouerbium οὗτος ἄνεμος οὔτε μένειν οὔτε πλεῖν ἐᾷ. Ob cubiculum mutatum, ob aliud vinum, ob vestem mutatam subinde periclitor. Quid futurum censes si relicto nido cui tot annis assueui, relictis amicis quos habeo diutina consuetudine perspectos et exploratos, alii veluti mundo me commisero? Sed tamen hoc tentandum est, quicunque sequetur exitus. Nam hic diu manere nihil aliud haberetur quam profiteri quod hic geritur iam publicitus; nec dubito quin rumor multum addat veris.

Vtrique germano tuo respondi. Ab Helisabetha virgine salutem lubens accepi, quam illi multo cum foenore vicissim opto. Bellum est eum sexum ad prisca exempla sese postliminio recipere. Habemus Angliae Reginam foeminam egregie doctam, cuius filia Maria scribit bene Latinas epistolas. Thomae Mori domus nihil aliud quam Musarum est domicilium. Caesaris germana Maria Latinos codices habet in deliciis: cui nuper scripsi Viduam Christianam. Id efflagitarat a me quidam ecclesiastes illi charissimus. Scena rerum humanarum inuertitur; monachi literas nesciunt, et foeminae libris indulgent. Bene vale.

Datum Basileae nono Calend. Aprilis, Anno M.D.XXIX.

---

79. nolle discedere] Cf. Ep. 2123. 14n.

80. tribus praeliis] with the *De libero arbitrio* (Ep. 1419) and the two parts of the *Hyperaspistes* (Epp. 1667, 1853).

87–8. cognitionis] The Inquisitor in Brabant at this time was Nic. Coppin; see Ep. 1162. 108n.

93. prouerbium] See *Adag.* 1421.

95. periclitor] Cf. Ep. 2112. 26n.

102. respondi] Ep. 2125 is one of the letters. The other, to Bern. Tovar, is not extant.

Helisabetha] L. Marineus, who had seen her at Alcala, extols her as the equal of her brothers: see his *De rebus Hispaniae memorabilibus*, Alcala, M. de Eguia, July 1530, f. 174 v°.

105. Reginam] See Epp. 1028. 4n, 1404. 24.

106. Maria] See Ep. 1727. 27n.

Mori domus] See Epp. 1233. 50–57, 1402. 30–35, 1404. 28.

108. Viduam] See Ep. 2100.

109. ecclesiastes] Henckel: see Epp. 1672, 2110.

2003 2134. To Alfonso Fonseca.

Opus Epistolarum p. 652. Basle.
N. p. 622: Lond. xix. 33: LB. 1033. 25 March 1529.

[For Erasmus' reason for apprehension about Fonseca, before the receipt of Ep. 2003 c. 1 March, see Ep. 2109. 26n.]

ERASMVS ROTERODAMVS ALFONSO FONSECAE, ARCHIEPISCOPO TOLETANO, S. D.

Pavlvs ille magnus Ecclesiae propugnator et diuinitus electum organum Euangelicae philosophiae—ille, inquam, homine maior et coelestibus assuetus colloquiis, non raro fatetur ingentem cordis dolorem ac tristiciam vsque ad vitae taedium, atque interdum literas mittit lachrymis interlitas, requirit ex piorum colloquio solatium aliquod, precaturque leuari molestia Satanae colaphistae. Quo minus mirum si ego, qui ad Paulini spiritus robur minus sum quam ad aquilam lumbricus humi reptilis, aliquid humanum sentio, multo pluribus malis exercitus quam vt his commemorandis velim tanti Praesulis aures onerare. Sunt enim quaedam minuta sordidaque, quae partim numero, partim improbitate grauius interdum infestant hominem quam ingentia mala; veluti cimices, culices et pulices, qui quosdam insomnia nonnunquam ad vitae taedium adigunt, nonnullis etiam mortem adferunt. Mentiar itaque, Praesul amplissime, si in tanta vndique allatrantium, lapidantium, mordentium improbitate, dicam me perpetuo vacare omni sensus aegrimonia. Sed tamen auxiliante Christo et tentationum procellas gratiae suae afflatu temperante, nunquam eo valuit haec carnis molestia, vt aut de loco deserendo cogitarim aut animum desponderim: quin potius sentio me ex his hominum insultibus aliquid etiam roboris collegisse.

Ita visum est diuinae prouidentiae malorum improbitate abuti ad explorandam suorum synceritatem: contra, bonorum charitate vti ad consolationem eorum qui laborant afflictionibus, ne deficiant. Nostrum autem est alterum patienter ferre, veluti flagellum a patre nostrae salutis amantissimo adhibitum ad correctionem; alterum grate amplecti, veluti solatium a propitio Deo immissum ad confirmandam imbecillitatem nostram. Quanquam hic minima doloris pars est mea priuata contumelia: quantulum enim detrimenti rebus humanis accesserit, si Erasmus, quantus est, redigatur in nihilum apud homines! Sed illud serio discruciat animum meum, tantum impiae maliciae deprehendi in plerisque Christianis, potissimum in his per quos oportebat vulgarium condiri fatuitatem. Nec enim video spem vllam orbis ad ecclesiasticam redituri concordiam, nisi positis humanis affectibus, consentientibus animis agamus Christi negocium. Quod si successerit, meam sortem facile deplorare desinam.

Procellam istam saeuire iam mitius sane gaudeo, neque non intelligo quantum debeam vestrae tum pietati tum prudentiae: quanquam isti nec consilescent vnquam, et ad quamuis occasionem

6. precaturque] 2 Cor. 12. 7–9.

renouabunt tumultus. Habent Lutetiae propugnatorem quendam Saulum, hoc est turbulentum, hominem adeo non doctum vt sensu communi careat, sed natum excitandis huiusmodi tragoediis. Apologiam meam non omnino displicuisse vehementer gaudeo. Moderationem mihi videbar vobis approbaturus, reputantibus quid istorum mereatur stoliditas. Quis vnquam vidit tales Articulos talibus viris proponi?

Augustinus totus summa cum dignitate feliciter absolutus, hisce vernis nundinis prodisset in lucem, nisi pertinax quaedam operarum conspiratio remoram iniecisset. Absoluetur tamen intra menses duos. Curabitur vt in sinum tuum quamprimum veniat, non sine causa tantopere semper abs te adamatus. Solus enim praestat omnes Christiani scriptoris dotes, in docendo sedulus, in redarguendo neruosus, in exhortando feruidus, in consolando blandus, vbique pius et vere Christianam spirans mansuetudinem.

Reliqua tua epistola me multis argumentis hortatur vel vrget potius ne desim Ecclesiae tot sectis atque opinionum dissidiis periclitanti; praesertim apud Germanos, vbi conueniebat sub Caesareae maiestatis vexillis praecipue florere pietatem Christianam. Id quo facis vehementius, hoc magis et exosculor istam animi tui pietatem, cui video, sicut par est tanto Praesuli, dignitatem ac tranquillitatem Ecclesiae serio cordi esse. Et non vulgarem in me beneuolentiam agnosco, quae tibi persuasit me ex omnibus praecipue parem huic negocio; adeo vt iam nihil moreris vulgares illas causificationes de virium mearum defectu. Vtinam quemadmodum videmus praesentaneum Ecclesiae periculum, imo non iam periculum sed magna ex parte ruinam, ita paratum cerneremus efficax remedium! In his inauditis tumultibus mihi videor agnoscere manum Dei; iamque res exisse videtur hominum potestatem. Nec tamen ob id abieci spem omnem, haudquaquam ignarus opem numinis in rebus deploratissimis maxime solere exoriri: quam, ni fallor, breui sentiremus, si concordibus studiis ad Domini misericordiam confugeremus, consiliaque Christo digna capesseremus. Nunc alius aliud molitur. Vix vllum hic video qui de vita in melius mutanda cogitet, sed plurimos fieri deteriores; vt ne commemorem tam tenaces principum iras, praecipuum rei Christianae malum. Sed quod ad meas partes attinet, isto nomine frequenter appellor etiam a magnis, quorum nonnullis respondi verius quam satisfeci. At talis est huius causae ratio, vt omnia scripto committere nec mihi sit tutum, nec ipsi causae expediat. Virium mearum defectum possem tibi multis ac magnis testibus approbare, Stunica, Latomo, Bedda, Sutore, denique Luthero ipso.

Sed nolo cum heroe tanto pugnaciter agere. Sit fueritue in me tantum eloquentiae, doctrinae, autoritatis et gratiae quantum haec causa postulabat, mihi certe nunquam hoc persuaderi potuit, nec adhuc potest. Itaque quum primum hoc malum coepisset herbe-

---

41. propugnatorem] Perhaps Jo. Zafranus (see p. 69), editor of the Paris reprint of Carvajal's *Apologia*: see Erasmus' *Responsio*, LB. x. 1684A.

44. Apologiam] See Ep. 1967.

46–7. Articulos] See Ep. 1791. 1n.

48. Augustinus] See Ep. 2157.

49–50. operarum] Cf. Ep. 2133. 48.

scere, magno sane orbis applausu, ego primus, veluti praesagiens rem in atroces turbas exituram, abstinui a negocio periculoso, licet tum mire plausibili, et quos habebam charissimos ab eodem deterrui. Mox quum paulo altius exereret caput, iis rationibus mecum egerunt monachi, per quos huius fabulae primae partes actae sunt, vt me mallent in Lutheri castra protrudere quam aduersus illum in acie stare. Hoc quale fuerit, explicare perlongum sit. Proinde quum reputarem Ecclesiam magna ex parte ad pharisaismum esse collapsam, quem ipsum tamen huic rerum confusioni anteposuerim; quum dubitarem quid diuina prouidentia per Lutheri spiritum vellet agere—adhuc enim videbatur vir bonus, qui viciis iratus pietatis zelo grassaretur, impotentius quidem sed vt cohiberi possit; adhaec cum meam imbecillitatem conferrem cum tot milibus theologorum, quos multorum annorum vsus in hac palestra reddiderat absolutos, inter quos sunt aliquot Ecclesiastica dignitate praeminentes: vt ingenue dicam, religione quadam abstinui, ne vel imprudens repugnarem diuinae voluntati, vel pietatis causam redderem deteriorem, si eam tot nominibus impar suscepissem.

Ita tum mihi videbar, ac nunc etiam multo magis videor; nec puto me falli. Aliud est enim scribere scholia in Hieronymum, subleuando lectori parum erudito, annotationes in contextum Noui Testamenti, rudibus ad qualemcunque Scripturarum cognitionem alliciendis; aliud diuinarum literarum praesidiis ea tueri dogmata, quibus stantibus cadentibusue stat caditue Christianae religionis negocium.

Attamen ne tempus omne rixis ac monachomachiis tereretur, Basileam me contuli, saltem aliquid moliturus quod publico vel literarum vel pietatis studio conduceret: vbi me non semper indulsisse somno res ipsa clamitat. Nec tamen interim omnino mutum spectatorem huic me praebui fabulae. Colloquiis, epistolis, publicatis etiam libris, multos aut reuocaui aut deterrui, aut certe moderatus sum. Deinde ex professo manum cum Luthero conserui, et illius toxica iacula pectore opposito excepi, proque viribus aut reppuli aut in ipsum etiam retorsi. Idque sum ausus in ea Germaniae parte quae propensior erat in Lutherum quam ipsa Vuittenberga, vbi mihi tutius fuisset cum illo congredi quam hic. Quantum profecerim nescio; certe vt quisque est hic sectis addictissimus, ita me atrocissimo prosequitur odio: de his quoque loquor quos olim habui charissimos.

Hoc aequiore ferrem animo, nisi interim pars altera nihilo mitius saeuiret in caput meum, imo aliquanto hostilius ageret, posteaquam in Lutheranam aciem semel atque iterum impressionem feci: quasi hoc ipsum illos vrat, quod in ipsorum gratiam haereticus esse nolim. Tales habeo amicos pro quibus depugno: potius habent me deturbato magis etiam periclitari nauim, quam per me incolumem, saluam in portum deduci. Accedit huc quod plerisque non satis est excludi impia dogmata, nisi comprobetur alba, quod

121. repuli *N*.

87. primus] Cf. Ep. 1167. 390, 392. 134. alba] See *Adag.* 488.

aiunt, amussi, quicquid hactenus ab ipsis inuectum est. Imo ne hoc quidem satis; extenditur funiculus in diuersum, et his quae vltra modum excesserant, aliquid etiam adiungitur. Iam totum hoc genus fere situm est in placitis quibusdam scholasticorum, quae totidem et iisdem verbis a nobis flagitant quibus ipsi solent ea proloqui, quum tamen in his quoque scholarum inter ipsas magna dissensio sit. Videbam hic libellos Latomi, Hieronymi, Sutoris et Beddae nihil aliud quam rideri, et animos etiam addere propensis in haec noua dogmata; quin et ipsius Ioannis episcopi Roffensis, in quo viro nihil desideres, libros prorsus negligi. Post hos ego quid aliud profecissem, nisi quod iritassem crabrones? Quod meo periculo sine causae periculo potui, feci; clam, palam, publice, priuatim, dictis, scriptis ac factis, testatus sum me ab Ecclesiae vnitate culmum latum nolle discedere. Postremo, si maxime stringendus esset in illos calamus, id alio loco tentandum erat, nec absque theologorum subsidio poteram. Hic solus eram, et si quid tale scripsissem, nemo typographus sustinuisset excudere. Tantos fremitus excitarat libellus De delectu ciborum et De confessione.

'Redisses' inquies, 'Louanium.' At hic tenebar, atque etiamnum, captiuus sub immitissimo tyranno calculo, vt vix vnquam domo liceat proferre pedem. Et si per calculum licuisset tam prolixum iter suscipere, eadem causa deterrebat a repetenda Brabantia quae persuaserat relinquendam. Allegabis aulae fauorem aduersus inimicorum molimina. Sed tua prudentia vidit istic quorundam sordidorum improbitatem nec Caesareae maiestati nec praesulum autoritati cedere. Et aliorum exemplis didici quam non tutum sit illis quicquam fidere. Nec vsquam magis regnant quam apud nos. Gratiae quidem permultum et autoritatis nonnihil mihi conciliarant apud Germanos bonae literae. Sed protinus omnis illa gratia versa est in odium, autoritas in contemptum, simulatque palam ausus sum illorum instituto reclamare; et qui prius eram 'sydus Germaniae' ac 'syncerae pietatis vindex', nunc verso, vt aiunt, pollice, sum Balaam et Doctor asinus.

Attamen ne nihil agnoscam eorum quae mihi tua tribuit sublimitas, ab ambitione et priuato studio reliquisque viciis, quae vt huic orbis malo seminarium ministrarunt, ita videntur obstare quo minus liceat adhibere remedia, puto me satis esse liberum: ac nisi mihi penitus ignotus sum, non dubitarim hoc corpusculum ignibus tradere, si persuasum habeam id magno Ecclesiae bono

141. Hieronymi] As this passage corresponds to Ep. 2133. 82–4, presumably a Paris theologian is intended; perhaps Hier. de Hangest on the Somme (†8 Sept. 1538), prior of the Sorbonne, D.D. 22 March 1514, canon of Le Mans, who beginning in 1507 wrote numerous books on logic, mathematics, and ethics. In 1523 he turned to controversy and attacked Luther. See NBG; Renouard, *Badius*; and Clerval pp. 139, 386.

148. discedere] Cf. Ep. 2123. 13–14.

152. De delectu ciborum] See Ep. 1274. 14n.

153. De confessione] See Ep. 1426.

155. calculo] For the most recent attack see Ep. 2084. 12–13.

160. Caesareae] For the influence of the friars at Court see Epp. 1113. 37–38nn, 1256. 62–3, 2094. 29–30; but cf. Ep. 2130. 101–2.

167. sydus Germaniae] Cf. Ep. 1352. 34–7.

168. Balaam] See Ep. 1510. 18n.

174. ignibus] Cf. Ep. 2109. 26n.

futurum; nec eam iacturam mihi grauem duxerim. Primum enim quid habet haec vita mea quod magnopere sit expetendum iuxta carnis affectum? Deinde, vt habeat aliquid suaue, quantulum obsecro iam superesse potest, etiamsi nullus abrumpat casus?

Sed eo res nunc prouecta est vt omnia videantur ad arma spectare; quod si fiat, tum vere futurum est quod scribis, vt Germaniam habeamus omnium miserrimam et perditissimam: atque id ne breui fiat, misere timeo, nisi me fallunt omnia. Et vtraque pars tantum habet virium vt incertum sit vtri cessura sit victoria; quae vt maxime contingat parti meliori, non continget absque immensa sanguinis humani iactura. Quum ferro res geritur, nobis nihil est loci, nisi forte peragendum sit martyrium: quod ego non detrectarim, si res ita postulet. Hoc ne gloriosius dictum videatur, accipe quod rideas, sed tamen vero verius. Leuiora puto passum Stephanum lapidibus semel obrutum aut Sebastianum semel iaculis confossum, quam me qui tot annis eorum linguis confodior qui venenum aspidum habent sub labiis, qui lapidor vndique conuiciis. Tot contumeliis citius distraherer ab orthodoxorum foedere, si vllis rationibus auelli possem a fide quam semel dedi Christi sponsae Ecclesiae.

Quo in statu nunc res hic sint, non dubito quin multo celerius rumor ad vos pertulerit quam hae peruenturae sint literae. Mihi vertendum solum: quod non absque summo vitae discrimine scio me facturum. Tot annis huic assueui nido: sed de euentu viderit Christus. Nos quod homine orthodoxo dignum est faciemus, vt potior sit pietatis quam incolumitatis ratio, quandoquidem hic manere, vbi nec sacrificare licet nec corpus Domini conficere, nihil aliud sit quam profiteri quod isti profitentur. Oecolampadius obtinet omnes ecclesias. Monachi monachaeque iubentur alio demigrare, aut sacram vestem ponere. Idem fit in multis aliis ciuitatibus. In templis nihil solitum geritur, nisi quod in nonnullis semel concionatur huius professionis ecclesiastes; dein pueri cum mulierculis canunt psalmum Germanicis rhithmis compositum. Haec sunt prooemia. Ego misere metuo ne pharisaismo succedat paganismus. Lutherus habet aliquot ciuitates, quae de Eucharistia propemodum sentiunt cum Ecclesia; sed altera pars habet plures, quae huc recta tendere videtur, vt totum sacerdotium ac monachismum funditus aboleant. Anabaptistae, tametsi magno sunt vbique numero, tamen nusquam obtinuerunt propriam Ecclesiam. Hi vitae innocentia prae caeteris commendantur, sed a reliquis quoque sectis opprimuntur, non solum ab orthodoxis. Subolet mihi multos his tumultibus admisceri Iudaeos ac paganos, quorum alteri Christum oderunt, alteri nihil omnino credunt. Auguror illos meditari nouam quandam democratiam, totaque res agitur callidissimis quorundam consiliis, quorum autores nullus adhuc satis agnoscit; atque ita succedit, vt dicas voluntatem Numinis geri, cuius aeterna prouidentia solet interdum malorum

196. hae *N*: haec *H*. 207. rythmis *N*.

186. martyrium] Cf. Ep. 1167. 435–6.

218. democratiam] For the word cf. Epp. 1001. 78, 1062. 10.

improbitate ad suorum emendationem abuti. Id quoties fit, nullum praesentius remedium quam agnoscere manum Dei prouocantis ad poenitentiam, et commutata in melius vita iram illius vertere in misericordiam. Sint illi locustae, sint ranae, sint cyniphes, sint pustulae, tantum ne nos simus Pharaones et Aegyptii. De ignotis non est meum iudicare. Hic nec inter sacerdotes nec inter monachos quenquam vidi quem tanta rerum tempestas reddiderit pilo castigatiorem. Tantum inhiamus vindictae, quasi sit humanum quod agitur.

Porro, quod dogmata separas a corruptis moribus, agnosco prudentiam vere Christianam. Id enim ni fiat, nulla erit opinionum constantia; quando nunquam tam bene cum rebus humanis actum fuit, nec agetur, vt non iustissima querela futura sit de plurimorum moribus. Mutare rerum statum procliue est, mutare in melius difficillimum. Quis autem non exosculetur istam singularem vereque piam modestiam, qui nec tui ordinis hominum mores taxari recuses et emendari, modo qui corruptis dogmatibus desciuerunt ab Ecclesiae contubernio, resipiscant et ad sanam mentem redeant. De episcopis non ita magna est querimonia, de Romano Pontifice deque his qui sub illius titulo regnant, longe maior est; de monachis, praesertim mendicantibus, grauissima. Iam cor regum in manu Dei est; quod ille flectet ad pacatiora consilia, simul atque nos illius misericordiam promeruerimus. Interim nos humiles, quod vnum possumus, assiduis votis precibusque fatigabimus Domini clementiam, vt hos inconditos rerum tumultus vertat in laetiorem exitum; nec tamen interim cessabit industria nostra, si quid Dominus per nos omnium infimos agere dignabitur. In hac causa mihi necesse fuit reticere quae propemodum sunt praecipua; sed tamen arbitrabar hoc esse mei officii, tam amico Praesuli meum hac in re consilium aliqua ex parte approbare. Posthac efficiam vt omnes intelligant mihi synceram mentem ac propensam animi voluntatem non defuisse.

Munus quod tua benignitas vltro voluit Augustino renascenti largiri, cum his partiar qui conferendis exemplaribus (quo labore nihil molestius) nostram industriam nonnihil adiuuerunt. Dominus te nobis seruet incolumem.

Datum Basileae, VIII Calendas Aprilis. Anno M.D.XXIX.

2135. FROM BERNARD NIGER.

Leipzig MS. Dole.
EE. 103. 27 March 1529.

[An original letter, autograph throughout. The year-date may be interpreted as it stands, from the mention (ll. 9–10) of a letter of Erasmus to C. Sucquet. Ep. 2141. 5–6 shows that Erasmus wrote at this time to Dole, and by 1 April had received Sucquet's reply: which, from comparison of the dates, this letter may well have accompanied. Gryphius' new issue of the *Adagia* (l. 21n) gives no clear guidance, as it has no month-date. But the practice of the time admitted of a book which one printer had produced

242–3. cor regum] Cf. Prov. 21. 1.
254. Munus] This reached Erasmus through the Welsers at Augsburg; see Ep. 2153. 4–13.
255. cum his] See Ep. 2126. 229n.
256. molestius] Cf. Ep. 2157. 576n.

for the autumn fair at Frankfort, being reprinted by another for the ensuing fair in the spring.

Bernard Niger was a student at Dole on 12 March 1530, when Viglius Zuichemus wrote urging him to come to Bourges to hear Alciati's lectures: by 26 April following it seems that he had decided to come. See Brussels MS. II. 1040[1], ff. 20, 19; C. P. Hoynck, *Analecta Belgica*, 1743, i. pp. 73, 129. Basle MS. G. II. 21. 309 is a letter from B. Niger to Bo. Amerbach, 24 March 1530.]

S. D. Posset quis non iniuria me omnium et ineptissimum et impudentissimum nominare, doctissime Erasme, qui meis ineptissimis ineptiis tibi, literarum omnium antistiti, quoquam pacto ausus sim oppedire; sed humanitatis tuae candor, quo non mediocri te esse omnes amplo ore praedicant, eum mihi animum addidit vt prorsus sine omni erubescentia te non modo literis absens, verum ipso etiam ore praesens affari minime vererer. Quare amica fronte, quicquid tibi scripsero, excipias rogo.

Quod tam honorificam mei fecisti mentionem in epistola ad Carolum Sucquetum, eo nomine me tantum tibi deberi existimo quantum persoluere difficile est; reddidisti enim me tibi ita obnoxium ac tuo in aere, quod aiunt, esse, vt nihil magis optem quam mihi aliquando voluntatis meae declarandae probandaeque gratitudinis occasionem a superis concedi; sentires profecto me tibi gratificandi, omnia libenti prolixoque animo esse facturum. Sed quid multis verbis agam? Dabo operam vt possim hunc animum tui ardentissimum re potius quam verbis declarare. Interim tibi polliceor me tui nominis et studiosum et defensorem futurum, eamque voluntatem perpetuo erga te conseruaturum esse.

Adagiorum Opus nuper Lugduni excusum esse ex epistola Sebastiani Gryphii intelliges quam operi praemisit; eam transcriptam ad te mitto, si fortassis id cognitione tua dignum esset.

2–3. ineptissimis] For this duplication cf. Epp. 313. 18, 396. 307, 459. 167–8.

4. oppedire] Perhaps = impedire.

15. gratificandi] Seemingly a Tacitean construction.

20. Lugduni] For Gryphius' edition of 1528 see Ep. 2022. 37n. When the Froben edition of Sept. 1528 appeared (Ep. 2022), Gryphius undertook a new issue, Lyons, 1529, using the sheets of his 1528 edition, and appending to them first the 123 new adages of the Froben volume, and then a number of passages which had been inserted here and there through the book, and to which he affixed the heading, 'Inserta Adagiis per Eras. Ann. M.D.XXVIII'. He altered his title-page too, and printed on it a letter to the reader, explaining wherein the enlargement of this new issue consisted: 'Quo in auctario mihi aeque ac studiosis omnibus congratulor ex animo quidem, tantum abest vt meum commodum anteferam communi literarum vtilitati; non minus impudenter facturus, vbi secus egero, quam ii quorum hortatu, imo impulsu potius, et chalcographis et vniuersae literatorum classi imponitur, ob minutulum nescio quod lucellum. Vtut sit tamen, non potest non esse gratum quicquid ab Erasmo prodit.'

Of this 1529 issue, which has eluded the editors of BEr[2]., *Adagia*, there is a copy in the Public Library at Besançon (6651).

21. Gryphii] c. 1493—7 Sept. 1556, son of a printer at Reutlingen in Swabia. After studying the art at Venice, he settled at Lyons c. 1523, and from 1524 onwards printed a very large number of books, mostly in Latin. Besides many unauthorized reprints of Erasmus, he printed also for Alciati, Sadoleto, Aonio Paleario, J. C. Scaliger, Dolet.

See Baudrier, *Bibliogr. Lyonnaise*, viii, 1910, and R. C. Christie, *E. Dolet*, 1899, pp. 175–7. Baudrier prints three letters, 1530 and 1535 (Herminjard 318; Basle MSS. G[2]. I. 18. No. 29, ff. 17, 18); and there is an autograph letter to Boniface Amerbach, 3 Feb. 1531 (Basle MS. G. II. 17. 429).

Pluribus tibi molestus esse nolui, sciens quam multis alioqui sis occupatus negotiis. His valeas, meque tuum deditissimum clientulum commendatum habeas rogo.

Dolae VI. Cal. Aprilis. Anno a Christo nato M.D.XXIX.

Tibi deuotissimus Bernardus Niger.

⟨Ex⟩imio theologo ac eloquentiae ⟨prin⟩cipi D. Erasmo Roterodamo.

2136. To Louis Ber.

Berlin MS. Radowitz 170 (α). Basle.
H. p. 657: N. p. 627: Lond. xix. 38: LB. 1035. 30 March 1529.

[An original letter, autograph throughout, well and clearly written: in the National Library at Berlin. The year-date is confirmed by the mention of Erasmus' impending departure from Basle: in which Ber had preceded him (see Ep. 2087 introd.).

In a time of great anxiety and distress of mind he attempts to state to an intimate and trusted friend his views on some of the questions which were agitating him. Before dispatching the letter he made some corrections ($α^2$) of his original text ($α^1$). These evidently were not repeated on the text he retained and consequently do not appear in H; where further changes are found, made at the time of printing. The variant of H in the month-date is probably a mere lapse.]

S. P. Amicorum in Christo syncerissime, tibi quidem ex animo gratulamur, cui licet dominicam Resurrectionem spiritualibus, vt par est, celebrare gaudiis. Nos hic nostrum Pascha peragimus absque alleluia, absque victoriali conuiuio, licet non sine lactucis agrestibus. Videmurque nobis interim sedere ad flumina Babylonis, vt non libeat cantare canticum Domini in terra aliena. Sed corpore duntaxat hic heremus, spiritu tecum sumus.

Sperabam me ante triumphalem Domini diem Friburgi futurum, vt hic me querentibus responderi posset quod piis mulieribus responderunt angeli, 'Surrexit, non est hic'. Verum sub Idus Martias, nulla euidente causa, corripuit me pituita quaedam multo tenacissima, non sine febri; adeo vt noctibus aliquot vehementer periclitatus sim, ne praefocarer viscoso phlegmate. Ex hoc malo vixdum satis conualui. Nunc quoniam indies expectamus Hieronymi Frobenii reditum ex Francfordia, visum est consultius tantisper adhuc commorari; siquidem illius opera tutius hinc demigrabimus, et fieri potest vt ille litteras adferat, vel ex aula Caesaris Brabantica vel e Spirensi Concilio, quae me cogant alio proficisci quam Friburgum. Praestat autem, opinor, semel quam bis demigrare. Iamdudum tamen praemisimus quae in reculis nostris praecipua sunt, quaeque potissimum a furibus ac praedonibus expetuntur, prima quaque occasione cum reliqua supellectile sequuturi. Interim cubiculum nobis pro templo est,

2136. 1. S. P. *α*: ERASMVS ROTERODAMVS LODOVICO BERO S. D. *H*. 3–4. peragimus *α*: agimus *H*. 9. quaerentibus *N*.

2136. 3. Pascha] 28 March 1529.
7. tecum] See Ep. 2112. 4n.
11. pituita] See Ep. 2125. 3n.
15. Frobenii] Cf. Ep. 2140. 5–6.
17. litteras] For his expectations from Brabant and Spires see Epp. 2115. 5–7; 2107. 12–14, 2137.
20. praemisimus] Cf. Ep. 2143. 5n.

donec cum Hebreis in deserti libertatem restitutis licebit sacrificare Domino: quod sane spero futurum propediem.

Post has tempestates Domini clementia dabit letiora, posteaquam illius ira versa fuerit in misericordiam. Nam huiusmodi rerum tumultus quales hodie videmus, imo perpetimur, nullus opinor ab Ecclesiae crepundiis ad hoc vsque temporis aut vidit aut legit aut audiuit. Equidem agnosco diuinam Prouidentiam: explorat electos suos velut aurum igni, tentatque num vere fidant ipsi diligantque. Quid aliis accidat nescio, me certe tot malorum procellae adeo non labefactant vt reddiderint etiam aliquanto firmiorem. Qua quidem in re absit vt quicquam tribuam meritis aut viribus meis, sed agnosco manum Excelsi, in mea imbecillitate suam exerentis potentiam: cuius voluntati quoniam me semel totum tradidi, confido illius clementiam mihi non defuturam vsque in finem. Ille misericors Samaritanus infundit vinum, vt emordeat purulentiam meam, infundit et oleum, faciens cum tentatione prouentum, vt possim sustinere.

Id ni esset, qui tandem potuisset hoc corpusculum, haec animula, tot malorum assultibus esse par? Vt enim omittam senectutis per se quidem grauis, sed multo grauissimae valetudinis incommoda, quid esse potest humano sensui durius quam omni ex parte sic animis gladiatoriis impeti, idque nullo neque modo neque fine? Negatur Hercules vnus duorum monstrorum impetum sustinuisse. At huic homuncioni cum quot Anteis, leonibus, Cerberis, cancris et hydris digladiandum est assidue! ne commemorem ista minuta sed interdum molestiora animalcula, viperas, cantharides, cimmices, culices et pulices. Multi amissa re confugiunt ad laqueum; at erectis ac generosis animis quanto preciosior est honesta fama quam pecunia! Scis ipse quam multos amicos, qui me tantum non adorabant, mihi quum alibi tum apud Germanos pepererant bonae litterae: qua sola possessione mihi videbar sat beatus, qui nec opes nec dignitates vnquam ambii. Quis talem possessionem poneret aequo animo? At mihi non solum ponenda fuit, verum etiam illud deuorandum, quod quos habebam iuratissimos amicos atque vt priscum vsurpem verbum *συναποθνήσκοντας*, id est commorientes, eos fere nunc habeam aut hostes capitales aut clancularios insidiatores. Graue malum quod infligitur immerenti, grauius quod benemerito, grauissimum vero vulnus quod venit ab amico: quanquam interim a nullis atrocius ledor quam ab his qui fauent, sedulo quidem sed imprudenter.

Quis finis vndique prouolantium libellorum quibus proscindor? Quae rabies istorum quorum dentes arma sunt et sagittae, et quibus venenum aspidum sub labiis, quorum lingua gladius acutus. Vbi cessat horum improbitas? Non in conuiuiis, non in priuatis colloquiis, non in arcanis confessionibus, non in sacris concionibus, non in publicis praelectionibus, non in aulis principum, non in

26–7. postquam *H*.　39. meam *add.* a^2: criminum *H*.　47. quot *a*: tot *H*.　49. animalcula *add. H*.　51. ac *a*: et *H*.　60. capitales *a*: atrocissimos *H*.　63. ab his *add. H*.

---

59. *συναποθνήσκοντας*] Cf. Ep. 1934. 328.

vehiculis ac nauibus. Et ab his intemperiis nec pudor illos nec conscientia nec principum autoritas, nec toties in os ipsis regesta vanitas potest cohibere. Imponunt simplicioribus, parum bene volentes nobis perpellunt in insaniam, modestiores obruunt improbitate. Nusquam non adsunt, loquuntur omnium linguis; vtinam Dei magnalia! Itaque vincunt, nimirum deserta, quod aiunt, causa: quum ego tantum Latine loquar, et si centum haberem linguas, quid vnus valeam aduersus tot coniuratas phalanges? praesertim quum mihi res sit non solum cum turmis hostium verum etiam cum his a quibus sto. Nulla est secta quae me non capitaliter oderit, sed horum praecipue qui Dominicum corpus nobis auferre conantur: et tamen apud episcopos quosdam ac principes insimulor, quasi cum illis colludam. Alii queruntur quod non stringam calamum in nouorum dogmatum autores, aliis videor id parum acriter facere; nec desunt qui praedicent me his malis seminarium ministrasse. Vt interim sileam minutos hostes, qui anserum, cimicum, culicum ac pulicum ritu, nusquam non obganniunt, opputent, obstrepunt ac morsitant: qui tametsi venenum non habent, tamen improbitate frequenter adigunt hominem ad vitae tedium, nonnunquam et ad mortem insomnia.

Haec me tot annis perpeti, idque solum—nam amicos, si qui sunt, fere absterret inuidia—, nonne tibi videtur durius quam semel cum Stephano lapidibus obrui, aut semel cum Sebastiano configi iaculis? Ibi cruciatum mors corporis finit, hic animus saucius in multas mortes superest. Quanquam nec ab istorum minis sum liber, qui corporis interitum moliuntur.

Iam ne quod genus malorum abesset, nescio quis sinister genius inter bonarum litterarum cultores non minus atrox dissidium concitauit quam est inter sectas de fide digladiantes. Ob Budeum Badio collatum Lutetiae lapidor grammaticorum versiculis. Haec lues primum Romae per Ciceronianos quosdam excitata, nunc demigrauit in Galliam. Ab his vt sexagenarius de ponte deiicior, semelque quicquid hactenus habere visus sum vel ingenii vel eruditionis vel eloquentiae vel iudicii, cogor deponere. Atqui plerique sunt hoc animo, vt malint vita quam gloria decedere. Gloriam si qua est aequissimo animo posuerim; at pro gloria, ab omnibus etiam abiectissimis conspui, cedi colaphis, ac propemodum (sit honos auribus!) commingi concacarique, nonne videtur durius morte? Nec in his malorum vndis vllus affulget portus huic senectuti quietus, iam ad nullum hominum conuictum accommodae, nedum aulis aptae principalibus, nisi nomen dare velim alicui sectarum; quod haud dubie facerem, si mihi persuadere possem esse pia quae docent omnia. Id quoniam nulla

76–7. quod aiunt *add. H.* 85. id videor *H.* 86. interim *a*: rursus *H.* 87. ac *a*: et *H.* 88. ac *a*: et *H.* 92. fere *add. H.* 101. aN^2: Rhomae *H.* 107. caedi *H.* 111. aptae *add. H.* 113. omnia *add. H.*

76. magnalia] Cf. Acts 2. 11.
deserta] See *Adag.* 480.
77. tantum Latine] Cf. Ep. 1313. 85n.
99. Budeum] See Epp. 1948, 2021 introdd.
100. versiculis] See Epp. 2027. 26n, 2119.
101. Ciceronianos] See Ep. 1948 introd.
112–13. mihi persuadere] Cf. Ep. 2147. 34–6.

ratione nec hactenus potui nec adhuc possum, satius duco vel cum sexcentis hominum sectis ac monstris belligerari, quam ab Ecclesiae catholicae contubernio discedere.

Quis sit harum turbarum futurus exitus, viderit Dominus; mihi persuasum est eum perire non posse quisquis in petra immobili pedem fixerit. Probabile est Dominum his motibus et calamitatibus velle castigare mores nostros. Qui, si verum fateri fas est, nimium nimium defluxerant a syncera pietate, praesertim in his qui videbantur Ecclesiae columina; non tantum si respicias ad Euangelici spiritus vigorem, verum etiam si spectes veterum pontificum constitutiones de probitate sacerdotum et clericorum aeditas, quas innumeras Ioannes Gersonus in quodam opusculo commemorat. Quantum porro nostrorum temporum mores etiam a Gersoni seculo recesserunt! Olim Dominus per ranas, locustas, ciniphes aliasque pestes inuitauit Aegyptios ad poenitentiam; verum me diuina ope fretum nullus dolor aut vindictae cupiditas huc perpellet, vt vel locusta velim esse vel Pharao. Castiget sponsus sponsam suam suo arbitratu, nouit enim quid illi expediat; nulla res vel tam blanda vel tam atrox erit, quae me distrahat ab vnicae columbae consortio. Hominum malicia rem auferre potest, famam auferre potest, vitam auferre potest; pietatem, qua nihil melius, auferre non potest, nisi prodamus ipsi thesaurum nostrum quem habemus ex sponsi munificentia. Proinde tutissimum arbitror illi medico totos nos committere. Nouit plastes suum figmentum, nouit figulus vasculum luteum quod deformauit. Fingat, refingat, frangat, comminuat; non potest in aeternum perire quod illius digitis concreditum est. Siue porrigit amarum absinthium immissis tristibus, siue blandioribus foueat remediis, denique siue secet siue vrat, dubium non est quin vt fidelis et amicus medicus nostrae salutis peragat negocium. Ille nimirum solus est qui potest et solet etiam occidendo viuificare; vere iuxta Grecorum vetus prouerbium Εὔνους ὁ σφάκτης, id est beneuolus mactator.

Hic fortasse me rogabis num qua titillatio sollicitarit aliquando mentem meam, vt in aliquam factionem concederem. Equidem non grauabor me totum aperire tam exploratae fidei amico, meosque affectus in tuum sinum effundere. Interdum quum meo cum animo reputo tam peruersam tamque pertinacem quorundam maliciam, tangor interdum humano quodam sensu, vindicandi cupiditate; sed ea tam leuiter perstringit vt vltra summam animi cutem nunquam penetret, pungatque tantum, non vulneret. Mox enim hunc carnis affectum reprehendit spiritus. 'Quid sibi vult tam impia cogitatio? Tune vt hominum maliciam vindices, impias manus mittes in matrem Ecclesiam', quae te sacro lauacro genuit Christo, quae verbo Dei pauit, que tot sacramentis fouet

115. ac monstris *add.* a^2: *om. H.* 141–2. fouet . . . secat . . . vrit *H.* 151. interdum *add. H.* 152. *H*: perstringat *a.* 154. hunc *add.* a^2: *om. H.* hunc in modum *post* spiritus *add. H.*

116. discedere] See Ep. 2123. 14n.
125. Gersonus] See Ep. 224. 12n.
opusculo] *Declaratio defectuum virorum ecclesiasticorum.*
133. columbae] see Hier. *in Soph.* 3. 1 and for similar expressions Ep. 2123. 14n.
145. Εὔνους] See *Adag.* 2107.

vegetatque. Tune vt improbos ledas, ipse fies improbus: et vt temporariam iniuriam vlciscaris, animae tuae iacturam facies nunquam recuperabilem: et dum hosti nocere studes, ipse tibi fies quouis hoste nocentior? Respice corpusculum tuum, supputa quantulum vite tibi supersit. Quum portum teneas, vltro te in mare praecipitabis? Nulla vindicta speciosior quam vt teipsum quotidie reddas meliorem. Totus hic tumultus temporarius est. Vrget quod aeternum est. Hoc age.'

Huiusmodi cogitationibus facillime discutio carnis affectum, qui citra periculum occurrit interdum; sed tamen efficit vt melius intelligam quod accipio, Arium, Tertullianum, Wycleuum aliosque nonnullos, inuidia clericorum et improbitate quorundam monachorum, ab Ecclesiae communione recessisse, priuatumque dolorem in publicum Ecclesiae malum emisisse. Ego citius et famam et vitam posuerim quam ad facinus tam impium descendam. Qui sic animatus est, opinor non facile prolabitur in haeresim. Atque vtinam liceat his tantis Ecclesiae malis huius vitae dispendio mederi! Nam quod nonnullis sub obtentu zeli mea scripta falso criminantibus libere respondi, non vindictae cupiditas huc me perpulit, sed pietatis zelus aduersus maliciae zelum excitauit. Aliud est hereticum errorem tueri, aliud hereseos calumniam depellere. Ad alia conuicia obticescere fortasse lenitas est, verum ad impietatis crimen esse mutum impietas est, si conscientiam habeas a crimine liberam. Paulus iubet et ore fieri confessionem ad salutem; at negandi genus est non habere linguam aduersus intentatam heresim.

Nec obscurum est quam friuolas ob causas isti primum in me coorti sint. Prouexi linguas ac politiores litteras, magno rei theologicae bono: quibus nunc se fingunt fauere, quum annis plus quadraginta nullum non lapidem mouerint vt eas profligarent ac subolescentes obruerent. Atque hoc est huius tragoediae seminarium. Adhortatus sum theologos vt omissis questiunculis quae plus habent ostentationis quam pietatis, conferrent sese ad ipsos Scripturarum fontes et ad veteres Ecclesiae doctores. Ceterum scholasticam theologiam non sublatam, sed puriorem magisque seriam esse volui. Hoc, ni fallor, fauere est, non ledere. Adhortatus sum monachos, vt vere studeant esse quod dicuntur, hoc est mundo mortui; minus fiderent externis ceremoniis, magis amplecterentur veram animi pietatem. Vtrum hoc est odisse monachos, an bene velle potius? Notaui quosdam qui vota temere suscipiunt, item alios qui rudem aetatem artibus in nassam illiciunt. Istos qui sine grauibus causis, sine pontificum autoritate deserunt institutum suum, nunquam probaui; imo multos vacillantes vel consolatus sum vel confirmaui. Traduxi praepostera iudicia, vnde scatet praecipua pestis Christianae religionis. Hoc, opinor, est illam iuuare, non ledere.

161–2. quouis hoste fies *H*. 166. Hoc *a*: Hoc hoc *H*. 169. *a N*: Tertulianum *H*. 171. ab Ecclesiae *a*: a Christiani gregis *H*. 174. opinor *add. H*. 194. ni *a*: nisi *Lond*. 196. exteris *H*. 203. scatet *add. H*.

182. Paulus] Rom. 10. 10. 186. linguas] Cf. Epp. 2264. 31, 2353. 19.

Sepius optaui pontifices, cardinales et episcopos tales vt in his reluceret apostolica pietas; nunquam mihi venit in mentem quenquam de suo gradu deturbandum esse. Nunquam contempsi neque contemnendas docui constitutiones ac ritus Ecclesiae; sed praetuli praecepta Dei, et commonstraui a ceremoniis profectum ad meliora. Et si quid in hisce rebus irrepsisset hominum negligentia, indicaui quo posset corrigi: id quod non raro fecit Ecclesia. Nullum Ecclesiae sacramentum non semper veneratus sum, quanquam de matrimonio veteres diuersa sensisse animaduerto.

De confessione sacramentali nunquam dubitaui, quin eam religiose, velut a Christi spiritu traditam, putarim obseruandam; nec vnquam ausus sum aut auderem ad Christi mensam accedere, aut ex hac vita decedere, nisi sacerdoti confessus quae grauant conscientiam. Tantum haec qualis nunc in vsu est, an ab ipso Christo prodita fuerit dubitaui; sed ita vt magnopere faueam, si qui hoc argumentis irrefutabilibus possint euincere.

De missa abroganda nunquam somniaui. De Eucharistia nullum video argumentandi finem; tamen mihi nunquam persuaderi potuit neque poterit, Christum qui veritas est, qui charitas est, tam diu passurum fuisse dilectam sponsam suam haerere in errore tam abominando, vt crustulum farinaceum pro ipso adoraret. De verbis quibus consecramus aliquando desideraui, fateor, plenius edoceri. Verum in huiusmodi scrupulis facile soleo in Ecclesiae catholicae iudicio acquiescere. Dogma quo quidam cuiuis tribuunt potestatem consecrandi, absoluendi et ordinandi, semper habui pro manifesta insania. A sectis et schismatibus vnice semper abhorrui, nec hactenus vlli me addixi factioni, quum eo tot causae protruderent; nec vllos mihi collegi discipulos, sed si quos nactus sum, Christo tradidi.

Illud potissimum me ledit apud quosdam, quos et nescire pudet et piget discere, quod in Annotationibus meis multa indico a doctoribus superiorum temporum perperam intellecta; quod ad alliciendos segnes ad Christianae philosophiae studium, Nouum Testamentum sermone paulo mundiore explanaui. Nam isti quanquam sibi videntur pulcre Latini, quod vitent soloecismos manifestos (tametsi ne id quidem satis vitant), tamen a linguae Romanae deliciis plurimum absunt. Non agnoscunt proprietatem et emphasim vocum, non agnoscunt tropos et allusiones, que non parum venustatis et gratiae addunt orationi. Proinde sepenumero fit vt quum eadem dicam, quoniam non iisdem verbis dicuntur quibus illi solent, sua probent, mea reprehendant. Vtinam autem in scholasticis illis placitis, ad quae nunc velut ad gnomones exigunt Scripturarum intelligentiam, inter se scholae consentiant! Probetur sane illud dicendi genus, sed in diatribis scholasticis, vbi qualibuscunque verbis rerum subtilitas explicanda est: in concionibus et in his libris qui parantur non solum ad

211. quo α: quomodo *H*. non *add. H*. 220. quis . . . possit *H*.
224. haerere *add. H*. 240. id α: hos *H*. 244. eadem α^2: idem α^1 *H*.
250. in *ante* his *add. H*.

214. De confessione] Cf. Epp. 1299. 60–66, 1300. 15–28.

238. explanaui] In the Paraphrases.

docendum verum etiam ad excitandos affectus, dictu mirum quam illa frigeant; apud eos vero qui mundiciem orationis requirunt, risui sunt etiam ac nauseae.

Quod si ciuiliter amplexi fuissent linguas ac politiores litteras, et ipsorum studia rectius haberent, nec his tragoediis fuisset concussus orbis. Porro quod monachi quidam confidunt istiusmodi tumultibus omnem tyrannidem suam veteremque sophisticam ac barbariem simul cum superstitione posse restitui, multum falluntur mea quidem sententia. Aut si credimus pontificum et cardinalium opibus et episcoporum copiis hoc incendium restingui posse, vereor ne non succedat; aut si ad tempus opprimatur, mox erupturum est. Nam qui fieri potest vt his rebus medeamur morbo, que morbo dedere causam? Suum quisque trahit funiculum; vnicum potius omnes trahamus funiculum, videlicet Christi! Non oportuit quemquam ob hominum improbos mores a piis Ecclesiae dogmatibus recedere; sed illud esset prudentiae Christianae, stirpem ac radicem horum malorum semel excindere, ne facile queant repullulascere.

Meam quidem priuatam calamitatem moderatius fero, quod sciam eam non fore diuturnam. Iam enim delibor; et agnosco supremum vitae diem haud procul abesse. Sed profecto publicam Ecclesiae ruinam non possum non acerbe ferre. Si tempestas haec tantum eos attingeret qui dedere causam, tolerabilior esset. Nunc quot pii sacerdotes, quot integri monachi, quot sanctae virgines indignis tractantur modis! Et si spectemus prooemia, videntur atrociora imminere, ni propicii numinis bonitas dignetur auertere: quam equidem spero nobis non defuturam, si synceris animis ad eam confugerimus. Ea consoletur cor tuum et afflictorum omnium, domine et amice in Christo charissime.

Datum Basilee .3. Cal. April. An. 1529.

Erasmus Rot. mea manu,

quam vereor vt legas absque tedio.

2137. From Hermann of Neuenahr.

Leipzig MS. Spires.
EE. 104. 31 March 1529.

[An original letter, autograph throughout: written during the Diet of Spires (Ep. 2107. 1n), which Ct. Hermann evidently attended.]

S. P. De illo qui nuper apud vos fuit tumultu varia hic narrantur. Certe, vtcumque res habet, nihil nisi inauspicatum exordium istud future saeditionis existimo. Facies rerum vndique tristis breui in apertum malum eruptura videtur. Optarim ego commode posse alicubi peregrinari, donec in vnam partem fortuna concesserit; sed hoc tempore tam impacatus orbis est vt, vbi tuto quis agere possit, non videam. Expectandus igitur euentus, interimque Deum agere sinemus quidquid volet.

2136. 254. ac α: et *H*. 257. veteremque α^2: et veterem α^1 *H*. 261. ne non α: vt *H*. aut α: et *H*. 264. potius *add. H*. videlicet *add. H*. 265. quemquam *add. H*. 266. esset α: est *H*. 280. 3 *om. H*. 281–2. Erasmus . . . tedio *om. H*.

2137. 1. tumultu] See Ep. 2101. 31n.

Remitto ad te nugas illas meas, quas anno superiori ad te miseram. Emendaui quedam per negligentiam perperam scripta, tua admonitione; interim fortasse alia surrepserunt. Vellem iam vt, sique circa rem ipsam tibi vel immutanda vel accuratius tractanda videbuntur, dato aliquando ocio velis annotare. Putabas, ni fallor, ex Scripturis diligentius communiendum fundamentum, quo asseritur hereses auctoritate verbi Dei discernendas. Quam rem non video quo pacto diffusius tractare possimus. Nam heresium siue sectarum rarissima in Scripturis mentio habetur, et preter Apostolicas Epistolas vix aliquid de heresibus aut hereticis scriptum inuenies. Verum hic tu admoneas velim quo pacto satisfieri negotio possit. De sacramentis quedam verbose ad rem parum conferentia scribi, ante admonueras, verum loca non notasti. Ego tamen alicubi magnam partem disputationis resecaui, illud iterum rogans, vt iam etiam obelisco loca ipsa conficias. Vbicumque aliquid addendum videtur aut detrahendum, omnino tue committo synceritati. Deinde iterum exscriptum exemplar sub alterius nomine vel ἀνόμαλον in manus aliquorum venire curabo, quorum auctoritas hac in re aliquid prestare poterit. Nam video apprime necessarium fore vt mediis quibusdam animi procerum leniantur, alioqui ad saeditionem breui res deueniet. Monarche nimium consiliis adulatorum innituntur. Lutherani affectibus seruiunt vsque adeo vt caussam plane in desperationem coniitiant.

Princeps meus tuam auctoritatem magni facit, hiis in rebus presertim. Hinc non multis diebus peractis, oblata occasione, de seditione Basilieñ. multa cum illo collocutus, tandem cepi persuadere vt te Coloniam accerseret. Ille continuo, me etiam non expectante tam subitum responsum, iussit vt tibi significarem, facturum te rem illi gratissimam si cumprimum huc te contuleris; idipsum enim nullo tibi dispendio cessurum. Dissoluto deinde Conuentu, quod proculdubio fiet post tres septimanas, Coloniam concedere poteris; habiturus illic non modo patronum aduersus rabidos sophistas verum etiam, si opus sit, clauigerum Herculem.

Hec itaque tibi significare per literas volui, vt saltem animum Principis mei posses intelligere, etiam si alio te vocet rerum tuarum conditio. Verumtamen, si stat sententia vt velis mutare locum, non video tibi oportuniorem quam Coloniam, vbi et amicos habebis qui etiam circa rem familiarem tibi vsui erunt, et Principem vsque adeo fauentem vt patronum merito dicere possis. Tuum vero iam erit deliberare quid potissimum tibi faciendum sit. Atque idipsum

---

9. nugas illas meas] Evidently some book intended to have a mediating influence at the present crisis: perhaps, in contradiction of the suggestion made in Ep. 1926. 5n, the 'libellus' returned to the Count in Jan. 1528 with a letter, such as he refers to here (ll. 11, 13–14, 21). Nothing of the sort was ever published under his name; but he may have put it out anonymously (cf. ll. 25–6).

26. ἀνόμαλον] Apparently = ἀνώνυμον.

32. Princeps] Herm. of Wied, with whom Ct. Hermann had lately brought Erasmus into correspondence: see Ep. 1976. 1–5.

35. Coloniam] For other invitations thither see Epp. 2120. 120–21, 2146. The latter Erasmus seems to have already declined.

38. Dissoluto] The Diet broke up after the delivery of the Protest on 19 April.

mihi rescribes. Ego tam variis districtus negotiis, vix hanc epistolam ad lucernam absoluere potui. Vale, mi Erasme, ex Spyra, pridie Kl. Apriles anno etc. 29. Lectam epistolam discerpe.

Tuus Herimannus a Nuenare, prepositus Coloñ. etc.

Doctissimo Erasmo Roterodamo, theologo primario, amico integerrimo. Basileae vel Friburgi.

2138_{2148} TO ANTHONY BERCIN.

Opus Epistolarum p. 656. Basle.
N. p. 625: Lond. xix. 34: LB. 1037. 1 April 1529.

[This series of letters to Besançon (Epp. 2138–42) can be dated securely, between the publication of Seneca in Jan. 1529 (cf. Ep. 2139. 15) and the completion of the *Opus Epistolarum* (H) about September. It is noticeable, as a slight indication of the conditions under which Erasmus' rough-drafts were preserved, that the series is not continuous in H but falls into two groups.

Anthony Bercin of Besançon (c. 1490—26 Feb. 153$\frac{7}{8}$) was a student at Dole in 1506, when, in his seventeenth year, he disputed publicly upon the Institutes of Justinian, under the presidency of Louis de Marenches; as he inscribed in his copy of Justinian, Paris, U. Gering and B. Rembolt, 1499 (see A. Castan, *Incunables de la Bibl. de Besançon*, 1893, p. 473). On 13 Sept. 1505, before his University course was finished, he was appointed canon of Besançon, and therewith Scholaster, the ninth office in rank in the Chapter (Besançon Archives, G. 250, p. 2).

This letter of self-introduction had perhaps been suggested to Erasmus by Cl. Janandus in conversation: see Ep. 2141. 21–2. It was accompanied by the gift of a book: see Ep. 2148. 1, 14.]

ERASMVS ROT. SCHOLASTERI BESONTINO S. D.

NEC erat oportunitas nec argumentum ad te scribendi, vir clarissime, nisi quod quum ex amicorum litteris cognouissem te, vt es ipse litteratissimus, honestissimis studiis humanissimum quendam et benignissimum praestare Mecoenatem, mei officii ratus sum studiorum nomine gratias agere primum, deinde etiam meo, quod pro tuo candore de Erasmo sentias amantius quam pro ipsius meritis. Quare hac epistola veluti chirographo me tibi bifariam obstrictum habes, vt si qua in re dignaberis mea vti opera, mihi non sit liberum quicquam recusare, quod modo per me praestari queat: immo nihil accidere poterit gratius quam si quo pacto liceat tuo animo gratificari. Hunc animum si non respuis, fac Erasmum inter tuos saltem gregarios clientulos accenseas; et si quid dubitas, facito periculum. Non morabor te pluribus. Opto tibi laeta omnia. Basileae Calendis Aprilis. M.D.XXIX.

2139. TO LEONARD OF GRUYÈRES.

Opus Epistolarum p. 656. Basle.
N. p. 626: Lond. xix. 35: LB. 1036. 1 April 1529.

ERASMVS ROTERODAMVS LEONARDO, OFFICIALI BESONTINO, S. D.

QVVM haec scriberem, auriga nunciauit vinum in propinquo esse,

---

2139. TIT. LEONARDO] See Ep. 1534.

hodie aut cras adfuturum. Ex epistola Stephani ad Hieronymum Frobenium intellexi nihil aurigae numeratum isthic; quod factum gaudeo, pactum tamen fuisse vellem. Petit tres coronatos, eos lubens dabo. Si plus exegisset, dandum erat quantum illi libuisset.

Animus iste tuus quem exprimis epistola licet breui, quouis vino mihi suauior est, tametsi gratissimum est et illud. Opinor tibi communicatas litteras quas ante paucos dies scripsi per famulum Comitis cuiusdam Germani. Eram antea tibi vehementer obligatus, vir humanissime; nunc habes Erasmum obligatissimum. Et si tu non porrexeris, tamen a me quaeretur occasio referendae aliqua saltem ex parte gratiae tam obuiae benignitati tuae. Gratissimum autem fuerit si tu non grauaberis indicare qua ratione possim hic ingrati hominis notam effugere.

Nunc mitto Senecam, non illepidum confabulonem, si quando dabitur ocii nonnihil a tuis grauissimis occupationibus. Augustinus strenue decurrit ad metam, nondum tamen absolutus est. Bene vale. Basileae Calendas April. Anno M.D.XXIX.

2140. To Stephen Pratensis.

Opus Epistolarum p. 656. Basle.
N. p. 626: Lond. xix. 36: LB. 1041. 1 April 1529.

[Stephen Pratensis, a Pratis, or Pratanus, appears now (cf. Ep. 2139), and also in 1534 and 1536, as a devoted admirer of Erasmus, forwarding his letters and helping to procure him wine (EE. 199; Lond. xxvii. 51, LB. 1296; EE². 148, 152). EE. 199, an autograph letter, shows him as intimate with the Cathedral circle; in EE². 152 he states that he is a friend and kinsman of John Lambelin, the secretary of the town of Besançon.

A. Castan, *op. cit.*, pp. 476–7, mentions a Juvenal, Turin, 1494, with his autograph inscription 'Est Stephani Pratani et amicorum selectorum'; and adds that Ferry Julyot, the poet, addressed an epigram to 'maistre Etienne Desprez, son premier précepteur ès lettre' (*Elégies*, Lyons, 1557).]

ERASMVS ROT. STEPHANO PRATENSI S. D.

Pro opera tam diligenter nauata, mi Stephane, gratiam habeo, vt debeo, maximam. Vtinam hoc adiecisses officii, significasses quanti pactus esses cum auriga! nunc dandum erit quantum illi libebit petere. Petit autem coronatos treis; vasa nondum vidi. Mitto tibi libros quos petis ab Hieronymo; nam is nondum rediit ex Francfordiensi mercatu. Scripseram per famulum Comitis; eas litteras video nondum fuisse redditas, quum tu scriberes. Posthac Stephanum meum asscribam catalogo non vulgarium amicorum, nec vllum officium a me frustra requires, si quid erit in quo tibi queam gratificari. Bene vale. Basil. Cal. April. M.D.XXIX.

2139. 2. epistola] For further indication of its contents see Ep. 2140.
5. Evidently the letter had been opened in Froben's absence.
Stephani] See Ep. 2140.
6. epistola] Not extant.
8. litteras] Not extant.
9. Comitis cuiusdam] Perhaps cf. Ep. 2130. 5.
15. Senecam] See Ep. 2091.
16–17. Augustinus] See Ep. 2157.
2140. 5. Hieronymo] Froben; cf. Ep. 2139. 2n. But he returned before Erasmus left Basle: see Ep. 2147. 5.
6. Comitis] Cf. Ep. 2139. 9.

2141. To Claudius Janandus.

Opus Epistolarum p. 786. Basle.
N. p. 750: Lond. xx. 78: LB. 1040. 1 April 1529.

[Claudius Janandus or Jannandus had recently been a pupil of Boniface Amerbach at Basle: see some original letters from him to Boniface, Basle MSS. G. II. 20. 1–7. In one, dated 1 April ⟨1529⟩ from the house of his patron, Charles Ludinus, at Besançon, he writes: 'Scripsi D. Erasmo, sed elegantiis plane Burgundicis'—evidently the letter which this answers, written to introduce a friend going to Basle. In May 1530 he seems to have visited Erasmus at Freiburg; see Ep. 2320. 13. On 6 March 1531 Bo. Amerbach wrote to introduce him to Alciati, whose lectures at Bourges he was going to attend. (Basle MSS. C. VI^a. 54. 50–1). In 1552 he is mentioned as a highly respected lawyer at Lons-le-Saunier, in the *Burgundiae Descriptio* of Gilbert Cognatus; who was his kinsman, and who may have owed to him his introduction to Erasmus. See Cognati *Opera*, Basle, 1562, i. 349, iii. 72.

The name is misprinted in H, where it appears in the Index as 'Landanus'; but in his autograph letters 'Janandus' is clear.]

ERASMVS ROT. CLAVDIO IANANDO S.

Mihi vero longe magis gratulor, Claudi charissime, cui colloquium illud conciliauit amicum non modo doctum verum etiam prudentem, candidum ac liberum; quod genus amicis soleo mirifice delectari. A Mida posthac cauebimus; quanquam illius epistola nonnihil habebat ὕπουλον. De literis Dolam bona fide transmissis amo te plurimum. Sucquetus respondit per erronem quendam forte oblatum, lacerum, famelicum, et Iro pauperiorem; quem et vestitum et nummatum dimisimus.

Carlebitzius hinc profectus est Spiram, meis literis commendatus Ferdinando, Duci Georgio, et aliis aliquot magnatibus; quanquam Dux nec adest nec adfuturus est. Ante biduum accepi ab ipso literas. Laborat e tibia, non sine periculo. Sunt qui suspicentur esse fucum. Scit quid illic agatur, ac veretur offendere Ioannem Ducem et Marchionem Hessiae, alterum affinem, ni fallor, alterum cognatum; verum haec nihil aliud est quam diuinatio.

Illud habeto certum, inter principes amicos posthac scribetur Claudius Ianandus; nec quicquam facturus sum libentius quam vt tibi aliquo gratificer officio, modo tu non graueris significare quid per me fieri velis. Bene vale.

Calend. April. M.D.XXIX. ex horto Frobeniano.

Charta me defecit, vt vides. Scripsi paucis ac de eodem, quod aiunt, oleo Scholasteri.

TIT. IANANDO *scripsi*: IAVANDO *H*. 17. Iauandus *H*.

4. Mida] I have no clue.
6. Sucquetus] Cf. Ep. 2135 introd.
9. Carlebitzius] See Epp. 2121–3; the letters for him to Ferdinand and Duke George do not survive.
12. literas] Ep. 2124.
Laborat] Cf. Ep. 2120. 71–2.
13. Ioannem] The Elector, cousin to Duke George; see Ep. 1670.
14. Marchionem] Philip 'the Magnanimous' (13 Nov. 1504—31 March 1567), who succeeded his father as landgrave in 1509. In 1523 he had married Christine, Duke George's daughter; and he was now with the Elector a bold champion of the Reformers. In 1527 he founded the University of Marburg; and in Sept. 1529 he convened the famous conference there (Ep. 2219. 35 n). See ADB. xxv. 765–83.
20. horto Frobeniano] See Ep. 1756. 5n.
22. Scholasteri] See Ep. 2138.

2142. To Francis Bonvalot.

Opus Epistolarum p. 786. Basle.
N. p. 750: Lond. xx. 79: LB. 1039. 1 April 1529.

ERASMVS ROT. FRANCISCO THESAVRARIO S.

Opinor literas meas tibi redditas, simpliciter impudentes de vino mittendo.

Non bene conueniunt nec in vna sede morantur

pudor et egestas. Auriga nunciauit adesse duo vasa a domino Officiali; quare non est necesse vt sollicitus sis, hac quidem de re. Si tamen tua benignitas ita decreuit Erasmum iam pridem sibi obstrictiss⟨imum⟩ obstrictiorem reddere, cuperem, si fieri posset, alterum vasculum esse vini veteris: sin minus, non ita valde laboro. Tamen indica quanti conduxeris aurigam; nihil enim mihi molestius quam cum hoc hominum genere contendere. Si hic petisset octo coronatos, fuissent illi numerandi. Simul te rogo vt ne graueris tribus verbis indicare quo pacto queam vicissim hominis ingrati notam effugere. Dominus te cum tibi charissimis seruet incolumem. Datum Basileae cal. April. Anno M.D.XXIX.

[2120]2143. To John Cochlaeus.

Opus Epistolarum p. 972. Basle.
N. p. 909: Lond. xxiii. 15: LB. 1038. 1 April 1529.

[In editing Epp. 204, 206, I rashly corrected the year-date of this letter to 1522, not even offering explanation. The grounds of the change were firstly that this letter is an inadequate reply to Ep. 2120, quoting indeed one of its sentences (ll. 35–7), but mentioning other passages (l. 48) and topics which do not occur there; and secondly that the passage about Erasmus' move (ll. 5–8) was inconsistent with the facts.

But the course of his relations with Cochlaeus (Ep. 1863) and the mention of Cassiodorus in connexion with More (Ep. 2120. 74) make 1529 indisputable. The inconsistency about the move can be surmounted by supposing that the passage *Nam demigratio . . . volebam* (ll. 5–8), or at any rate the last sentence, was added when the letter was revised for printing. The sense runs quite smoothly without it.

From Cochlaeus' insistence in Ep. 2120 on the need for secrecy, it is not altogether surprising that the two letters do not fit.]

ERASMVS ROTERODAMVS IOANNI COCHLEIO S. D.

Accepi libellos quos ad me misisti. Horum priorem iam deuoraram, et adeo demirabar ardens quiddam ac vafrum, tum spiritus illos tragicos, vt nonnihil suspicarer Hieronymum Aleandrum operis esse parentem: alterum paginis aliquot degustaui duntaxat.

2142. 3. *N*: conuenit *H*.

2142. TIT. FRANCISCO] See Ep. 1534. 29n.
1. literas] Not extant.
3. Non bene] Ov. *M*. 2. 846.
5. Officiali] See Ep. 2139.
2143. 1. priorem] Perhaps the *Fasciculus Calumniarum*: see Ep. 2120. 109, 113nn.
4. alterum] Hasenberg's *Ad Luderanorum famosum libellum . . . Responsio*, 30 Sept. ⟨1528⟩; see Ep. 2247 introd.

(Nam demigratio perturbauit res meas omneis. Caesar, opinor, minore negocio mutat sedem. Tanta est epistolarum, libellorum et schedarum supellex. Hic vbi consedissem, excussis denuo chartis non repperi quod volebam.) Ex gustu satis placet hominis ingenium, ac facile paterer istiusmodi ludicris retaxari Lutheri violentiam, nisi ista procacia non solum non mederetur Ecclesiae dissidio verum etiam exacerbaret malum. Quam illius in me obseruantiam narres, nescio. Mihi sane prorsus ignotus est; quod si nobis bene vult, non grauabor mutua beneuolentia respondere.

Cassiodorum virum tantae dignitatis, tantae fortunae, tam eruditum, tam pium, facile inter felices et claros numero; sed quod omnes disciplinas prophanas simul et sacras suo stilo complecti studuit, non admodum probarim. Primum, vt caetera omnia fuerint in eo summa, quis est qui praecellat vnus in singulis? Atqui hoc magis expediebat studiis, vt eam quisque portionem tractaret in qua potissimum valet. Talis quidam affectus habuisse videtur et diuum Augustinum, quum adhuc esset in catechumenis. Et tamen videmus, vir alioqui coelesti praeditus ingenio quantopere frigeat in quibusdam progymnasmatis. At Cassiodorum apparet vt ingenio mediocri, ita dictione non admodum felici fuisse. Tot Graeci, tot Latini scripserunt in Psalmos, sed nemo fusius quam Augustinus. His quid opus erat succedere Cassiodorum? Et arbitror illum in caeteris quae tractauit, sui similem esse. Sed multo peius ocio suo videtur abusus Bruno, quem Cartusiani quidam instituti sui principem haberi volunt; qui mihi videtur in Psalmos Dauidicos nimium frigide scripsisse, praesertim post tot claros interpretes. Optarim tamen omnes Cassiodori lucubrationes extare, vel ob id quod autores plerique prorsus interierunt vnde ille sua decerpsit. Et mihi quidem arridet animi modestia synceritasque, quam et in diui Gregorii scriptis adamare soleo.

Porro non semel iam litteris tuis interpellas vt hunc laborem emendandi veterum libros aliis cedam; ipse tractem disciplinas

8. reperi *N*^{3}.

---

5. demigratio] Cf. Epp. 2161. 27–8, 2172. 3–4, 2203. 24–5, 2250, 2253. 2–3. The best part of Erasmus' belongings were sent on in advance; see Epp. 2136. 20–22, 2145. 29–30, 2202. 9.

6. epistolarum] An indication that Erasmus preserved his letters: of course both received and written, the latter being in rough-drafts. Cf. Ep. 2299. 68–9, and Talesius' letter quoted in Ep. 2328 introd.

7. Hic] This must mean Freiburg.

9–10. Lutheri violentiam] For a recent specimen see LE^2. 1454, 7 March 1529: 'Erasmus facit sese digna, quod Lutheranum nomen, sub quo iam viuit solo tutus, sic insectatur. Cur non it ad suos Hollandos, Gallos, Italos et Anglos? Er reucht Mäuse. Parat sibi quidem his adulationibus locum; sed non inueniet, inter duas sellas cadet. Quodsi Lutherani sic eum odissent vt illi sui, tum vere periculo sui capitis Basileae ageret. Sed iudicet Christus hunc ἄθεον Lucianumque Epicurum.' Cf. LE^2. 1492.

11. illius] Hasenberg.

14. Cassiodorum] †575. His *Expositio Psalterii* was first printed in 1491, Basle, J. Amorbach: Proctor 7591.

28. Bruno] of Carinthia, bp. of Wurzburg, †1045. His Psalter was printed four times in xv^c. and by Cochlaeus in 1533. It appears that among some Carthusians it was thought to be the work of Bruno of Cologne (c. 1040–1106), founder of the Order 1084.

36. emendandi] Cf. Ep. 2120. 18–19.

aut argumenta, quae nemo alius, vt ais, pari felicitate tractare possit. Non dubito, vir optime, quin sint qui possint idem in emaculandis autoribus praestare quod praesto; sed qui tantum molestiae deuorare velint, non video. Caeterum a me posse scribi quae nemo possit alius, tum mihi persuasurus es quum persuaseris mihi esse pauonis pennas. Attamen amo te tam amanter de me hallucinantem. Imo iam dudum me pudet praeteritae temeritatis, qui tam multa sim ausus supra vires; et illud potius a me flagitat et aetas et animus, vt in totum a scribendi munere mihi dem rudem, praesertim hoc seculo furioso, quo nec bene loqui fas est nec male.

Iam quod subdubitare videris an libellum ac duas epistolas quas scripsit aduersus Lutherum, suo marte confecerit Rex Angliae, id tibi cum multis commune est. Nec mirum, quum hactenus prodigii simile sit habitum, praesertim apud Germanos, principem scire litteras. Caeterum vt non contenderim neminem scribenti fuisse auxilio, quum eruditissimi quique viri nonnunquam vtantur amicorum subsidiis, ita non dubitem affirmare ipsum eorum quae aedit parentem et autorem esse. Siquidem patre natus est quo vix alium reperias exactiore iudicio. Mater item erat sanissimi ingenii, planeque singulari quadam tum prudentia tum pietate. Puellus admodum studiis admotus est. Ingenium erat viuidum, erectum et, ad quodcunque se vertisset, supra modum habile. Neque quicquam attentauit vnquam quod non absoluerit. Tanta naturae dexteritas est vt et in istis vulgaribus, velut equitandi iaculandique peritia, neminem non a tergo reliquerit. Dicas illum ad omnia natum. Nullum est musices genus in quo non excesserit mediocritatem. Mathematicarum item disciplinarum mire docilis. Nec vnquam omisit studia. Quoties per regni negocia vacat, aut legit aliquid aut disputat; quod solet perlibenter, mire comis ac placidus in certamine: dicas hic socium esse, non regem. Ad eas conflictatiunculas nonnunquam praeparat se lectione scholasticorum autorum, veluti Thomae aut Scoti aut Gabrielis.

Iam quod ad dictionis facultatem attinet, mitto tibi gustum vnde coniicere possis quantum tot annis accesserit. Totam enim hanc epistolam suapte manu descripsit adolescentulus. Quum agerem Venetiae, literis ad illum missis deplorabam mortem

---

37. quae nemo alius] Cf. Ep. 2120. 17.

40. posse scribi] Cf. Ep. 2120. 22, 40.

48. subdubitare videris] If the *Fasciculus* (l. 1n) was sent in ms., the passage referred to may have been removed by Cochlaeus in consequence of Erasmus' assurances.

libellum] Henry's *Assertio*: see Ep. 1227. 5n. Erasmus had already discoursed upon this question to Duke George: in Ep. 1313. 67–83.

epistolas] See Ep. 1290. 18n.

49. suo marte] See Ep. 1228. 18n.

56. Mater] See Ep. 206. 19n.

67. socium] As of the Sorbonne, or of one of the Colleges at Oxford or Cambridge.

68–9. scholasticorum] Cf. Ep. 1227. 24n.

69. Gabrielis] Biel: see Ep. 575. 32n.

72. hanc epistolam] Ep. 206: which follows this letter in H.

73. Venetiae] Doubtless an error of memory: there is no reason to suppose that Erasmus visited Venice before the end of 1507 (cf. Epp. 207, 209. 1). The letter quoted here, Ep. 204, was probably written, like Ep. 205, from Bologna. For similar errors see Ep. 1347. 307n.

73. mortem Philippi] 25 Sept. 1506.

Philippi Regis, mei Principis, hoc ferme exordio—nam exemplar mihi seruatum non est—: 'Allatus est hic rumor tristior quam vt verum esse credere libeat, sed idem constantior quam vt omnino vanus videri possit, Philippum Principem in fata concessisse', etc. Agnouit ille protinus schematis gratiam, et suam epistolam, vt vides, similiter exorsus est. Equidem manum agnoscebam. Caeterum, vt ingenue dicam, tum nonnihil suspicabar in sensibus ac verbis, alienis suppetiis adiutum fuisse. Eam suspitionem quum Guilhelmus Montioius mihi nullis argumentis posset excutere, cessit ac dissimulauit, donec esset satis instructus ad causam. Quumque forte soli confabularemur, protulit multas eius epistolas, quum ad alios, tum ad ipsum Montioium, et in his etiam illam qua meae responderat. In his extabant manifesta signa commentantis, addentis, detrahentis, corrigentis et immutantis. Agnouisses singularum primam manum ac veluti deliniationem, agnouisses secundam ac tertiam, nonnunquam et quartam. Quicquid erat dispunctum aut adiectum, eiusdem erat manus. Ibi quod tergiuersarer, prorsus nihil habebam, sed ipsa re victus omnem posui suspicionem. Nec dubito quin tu, mi Cochlee, facturus sis idem, si propius nosses illius Regis longe felicissimam naturam. Bene vale. Basileae Calendis Aprilis. Anno millesimo quingentesimo vigesimo nono.

^{2106}2144$_{2290}$ FROM PIETRO BEMBO.

Epistolae Floridae p. 5. — Padua.
K. p. 25: N. p. 957: Lond. xxv. 8: LB. 1042. — 4 April 1529.
Bemb. E., 1552, p. 250 (*a*).

[Erasmus printed this letter from the actual document which he received; so that his text is unimpeachable. The original of Bemb. E., a volume printed after Bembo's death, was no doubt the rough-draft, carefully preserved among his papers. For convenience Bemb. E. is placed at the end of the sigla. The variants show that in Bembo's *Opuscula aliquot*, Lyons, Gryphius, 1532, p. 270, this letter was printed from J.

On 15 April Bembo wrote to Chas. Utenhove at Venice, extending the welcome here promised, and asking him to forward this letter to Erasmus by some one journeying to Basle, but without urgency: 'Nihil enim continent praeter id vnum, eius de te commendationem magnum apud me pondus habuisse, idque me tibi rebus omnibus ostensurum' (Bemb. E., p. 251). By 1 July it had not yet reached Erasmus at Freiburg (see Ep. 2188. 1–3); possibly even not till Feb. through Choler (Ep. 2269. 87–8), for he did not answer till March.]

PETRVS BEMBVS ERASMO ROT. S. P. D.

INCREDIBILI voluptate cum tuae me litterae affecerunt, tua praesertim manu scriptae—cognoui enim ex iis minime verum esse id quod ad nos incertis rumoribus afferebatur, vexari te morbo nescio quo, non sine maximo vitae discrimine; tum Caroli tui, quem mihi commendas, sermo prudens ille quidem et suauis auxit voluptatem meam: qui et valere te, et praeter communem illam

2143. 82. Gulielmus *N*: Guilielmus *Lond.* 2144. TIT. P. D. *add. a.*

2143. 82. Montioius] Cf. Epp. 204 introd., 1228. 18n.
85. illam] See l. 72.

2144. 3. rumoribus] Cf. Epp. 2154. 1–3, 2174. 5–6, 2209. 42–4, 2324. 9–11.
4. Caroli] Utenhove.

locorum istorum tempestatem quam commemoras, nihil tibi mali proprium accidisse scire se dixit. Quamobrem nihil mihi potuit afferri vel tuis litteris vel illius sermone iocundius. Quo enim minus multi sunt qui nostram aetatem scriptis illustrarint et locupletarint suis; eo mihi grauius accidebat, te qui optime omnium id et fecisti iam et nunc etiam impensius facis, eripi cum Germaniae Galliaeque, quarum es praecipue in oculis, tum Italiae, quae te vna quanti faciat, illa ipsa tua scripta facile testantur: quae quidem plane iam omnium nostrorum hominum non solum oculos atque animos oblectauerunt sed etiam bibliothecas referserunt.

Itaque redeo ad id, iocundissimas mihi fuisse tuas litteras. In quo parem me tecum habuisse conditionem sane video: quem suspensum de meo statu (putabas enim fortasse me Romae fuisse miseris illis turbulentissimisque temporibus, cum direpta vastataque est) Sadoleti mei litterae, quemadmodum quidem scribis, molestia liberauerunt, quibus litteris me Patauium multo ante accessisse cognouisti. Quam quidem me ad vrbem ex multis laboribus tanquam in portum ex tempestate contuli, vbi quiescerem. Ea in sententia vtinam ipse quoque Sadoletus permansisset, vt cum semel prouinciam petisset vt otio frueretur, resorberi se Romanis fluctibus non siuisset! fortuna in illum minus iuris habuisset. Sed homo omnium innocentissimus frustra se a Pont. Max. peti vocarique passus non est. Itaque iussus illuc rediit: vbi iacturam fecisse vna cum multis magnis atque claris viris non tam reprehendendus est, quam quod ante quam Roma caperetur, sese vnus explicuerit indeque discesserit, laudandus. In illo humaniter lapsus vel etiam cum ratione progressus est: hoc extremum magni constantisque animi ac prope diuini consilii fuit.

Sed de his hactenus. Perturbari tua studia tumultu prope bellico, conuellique, vt audio, vestrum omnium veterem in Deum Opt. Max. cultum cerimoniasque sacrorum nobis a maioribus nostris per manus traditas, moleste tuli; doluique tuam vicem deuexae iam aetatis hominis, inque tuis optimis confirmatisque iudicio et longinquitate vitae moribus et virtutis actione quiescentis. Quanquam quis est qui hoc tempore plures cum fortuna expostulandi causas argumentaque non habeat? Tibi si recte cum valitudine tua erit, reliqua vel sanabuntur aliquando, vel erunt ferenda—humana enim sunt; prudentibus praesertim viris, quibus viuis animi cursus et voluntas impediri pietasque non potest.

Carolus Vtenhouius erit mihi eo loci quo apud te est. Vna enim commendatio tua omnium mihi necessitudinum instar est, vt non modo nullo meo incommodo, quod adscribis ipse, illi commodem, si quid erit in quo ei vsui esse possim; sed etiam vt nihil plane habeam cum illo non commune, non amicos, non domum, non

29. se *Ja*: *om. N.* 40. deuexa iam aetate *a*.

7. tempestatem] See Ep. 2101. 31n.
22. litterae] Ep. 2074.
29–30. Pont. Max.] Clement VII, on 19 Nov. 1523.
32–3. sese vnus explicuerit] See Ep. 2074. 22n.

pecuniam ipsam quam excipis, si ea volet vti. Omnino nihil tam tuum esse quam mea omnia meque ipsum si existimabis, non fallam opinionem tuam. Id cum virtuti tuae atque doctrinae, tum tuo de me iudicio debeo. Vale.

Pridie Non. April. M.D.XXIX. Patauio.

2145. To Antony Fugger.

Opus Epistolarum p. 656. Basle.
N. p. 626: Lond. xix. 37: LB. 1043. 5 April 1529.

[Antony Fugger (1493—14 Sept. 1560) had been since 1525 the head of the famous firm; living in princely splendour with his brother Raymond in the Fuggerhaus on the Weinmarkt at Augsburg. For a few years he showed great caution in conducting the firm's affairs; but now was becoming the financial prop of the Hapsburgs with their insatiable needs. For these services, which he continued to render throughout his life, he was ennobled in 1530, and in 1534 received the right to coin his own money. See ADB. viii, and many recent sources, including a series of *Studien zur Fugger-Geschichte*.

Having heard perhaps of Erasmus' wish to leave Basle, he had now approached him with an invitation to settle at Augsburg. Though this was declined, he continued his complimentary attentions. His second letter was accompanied by a gold cup (Ep. 2192. 58n); and in 1531 he once more prepared a house in the hope that Erasmus would come to Augsburg. Erasmus, while remaining his own master, showed his appreciation by dedicating to him a translation from Xenophon (Ep. 2273).]

ERASMVS ROT. ANTONIO FVGGERO S. D.

Qvo minus extat meorum erga te meritorum, vir clarissime, hoc magis debeo isti tam propenso in me animo tamque obuiae et expositae benignitati: quam ego adeo non contemno, vt libens fatear me non minus obstrictum tibi quam si quicquid offers acepissem. Iam enim me ingenti lucro auctum esse duco, quod Antonium Fuggerum, virum omnium ore celebratum, mihi tam ex animo amicum esse intelligo. Satis ex multorum narratione compertum habebam Augustam esse quae vix vlli Germaniae ciuitatum splendore, opibus, humanitate cederet; et ante menses complures eodem me vocarat vrbis vestrae Praesul, vir, vt scis, pietate iuxta ac doctrina cum primis ornatus. Quemadmodum inclytus Rex Ferdinandus ante Viennam inuitarat, pollicitus quotannis florenos aureos quingentos, neque quicquam a me requirens officii: quem Principem vt habeo meis commodis per omnia fauentem, ita vehementer cuperem illi per omnia gratificari. Sed hoc corpusculum aegre tueor domi manens, ac medice, quod aiunt, proinde misere, viuens; adeo vt veste aut vino mutato statim pericliter, tantum abest vt mihi tutum arbitrer illud longo itineri committere, etiamsi nihil a praedonibus esset discriminis. Huic nido iam multis annis assueui, et vetulam arborem transplantare vetamur etiam Graecorum prouerbio.

2145. 4. quicquid offers] See Epp. 2159. 15–17, 2193. 23–5, 2222. 3–8.

10. Praesul] For Chr. of Stadion's invitation, in the summer of 1528, see Ep. 2029. 93–5.

12. Ferdinandus] See Epp. 2000, 2005–6.

21. prouerbio] χαλεπὸν γεράνδρυον μεταφυτεύειν: cf. Epp. 2006. 6–7, 2195. 48–9. Mr. E. Lobel referred me to Apostolius, Diogenianus, Zenobius; but I cannot find it in Erasmus' *Adag.*

Itaque quando hic manere non est integrum, non quod quisquam exigat, sed quod qui mihi male volunt et quauis ex occasione struunt calumniam, si hic diutius haeream, interpretaturi sint mihi probari quicquid hic rerum geritur; quod si facerem, possem hic gratiosus viuere his penes quos nunc rerum summa est:—caeterum id, inquam, quoniam mihi nec per Deum, nec per Principes, quorum fauore subleuor, tutum aut integrum est, decreui Friburgum proximum concedere: quo iam quod erat in supellectile mea charissimum praemisi, atque ibi Senatus domum satis commodam, olim Maximiliano Caesari coeptam extrui, designauit, omnem praeterea fauorem pollicens. Quin et ipse Rex Ferdinandus litteris amantissime scriptis ei Senatui me commendauit. Ac iam dudum illic essem, nisi scelerata quaedam pituita me fuisset remorata. Si hoc bene cesserit, audebimus fortassis longius prouolare. Malim enim, quando Basilea relinquenda est, longius ab illa abesse.

Quod scribis isthic fortissimi simul et prudentissimi Senatus vigilantia prospectum esse vt omnibus libertas manserit incolumis, sane gratulor vestrae reipublicae; quanquam huc rumor attulerat isthic duas aut tres ecclesias cessisse Lutheranis, totidem Zuinglianis, quinque relictas orthodoxis: qui ciuitatis status non potest abesse a periculo. Sed non raro mentitur fama. Verum spero Domini clementia per principum vigilantiam dabit aliquando finem his malis. Non dubito quin meam excusationem sis in bonam partem accepturus: quae iustior est quam vellemus vtrique. Vtinam quemadmodum offers viaticum et annuam pensionem, ita posses et firmiorem dare valetudinem! Sed quod nunc non licet, fortassis aliquando dabit occasio. Interim si quid erit in quo tibi queam gratum facere, reperies Erasmum ad omne obsequium tam promptum quasi iam tua benignitate fuisset vsus; est enim grati animi acceptum ferre quicquid aliquis ex animo dare voluit. Opto te cum tuis omnibus quam prosperrime valere.

Datum Basileae 5. die April. Anno M.D.XXIX.

2146. From John Vlatten.

Leipzig MS. EE. 105. — Spires. 7 April 1529.

[An original letter, autograph throughout. The year-date is confirmed by the mention of the new *Ciceronianus*, which had just been presented to Vlatten by Polyphemus (Ep. 2130. 30–35).]

S. Serius quam institutum erat, tibi respondeo, Erasme, amicorum meorum facile princeps. In causa fuerunt mee in tuo

2145. 54. Aprilis *N*.

2145. 30. praemisi] Cf. Ep. 2143. 5n. domum] See Ep. 2112. 15n.

32–3. Ferdinandus] See Ep. 2090 introd.

34. pituita] See Ep. 2125. 3n.

41. ecclesias] For the formation of reformed communities in Holy Cross, St. Ulrich and St. George at this time see F. Roth, *Augsburgs Reformationsgeschichte*, 1901, i. 296–7.

negocio ad illust. Principem nostrum litere, quibus nondum preter meam opinionem responsum est; quod citra dubium hactenus tabellionum incuria stupide neglectum. Interim tamen non dubito quin Princeps te honorificis condicionibus in ditionem suam sit ex animo accersiturus; et dii faxint vt hoc tibi tam oportunum, quam Principi et proceribus erit gratissimum. Quare te etiam atque etiam oro, modo hec oportunitas a te impetrari possit, vt mihi indicare non dedigneris quemnam tuis studiis immortalibus in omni Principis nostri prouincia locum aptiorem delegendum putes; quo hoc felicius et Princeps et proceres tibi pro tuo voto vsui esse queant. Quia Coloniam et Aquisgranum in rem tuam esse non existimas, nunc harum nullam facimus mencionem: hoc tamen ex imo pectore rogans, vt et illud nostrum de vtrisque vrbibus consilium equi bonique consulas, et pro persuasissimo habeas illud ipsum ex cordatissimo atque amicissimo animo promanasse.

Quod in calce Ciceroniani rursus mei memineris, habeo non quas debeo sed quas possum gratias. Bene vale et me constanter amare perge.

Conradus noster Heresbachius multis sacerdociis obesulus est; ante bimestre nactus est prebendam Zanctensem, item preposituram Resensem.

Demum vale Spire, septima Aprilis sic extempore A° 29.

Tuus Ioannes a Vlatten.

Eruditissimo viro, D. Erasmo Roterodamo theologo, amico reuerenter obseruando.

2147. To John Oecolampadius.

Pirckheimeri Opera p. 289. ⟨Basle.⟩
O². p. 219: Lond. xxx. 47: LB. 1067. ⟨c. 10 April 1529.⟩
Hamburg MS. (α).

[This letter follows Ep. 2196 in P, and was printed from a copy sent by Erasmus to Pirckheimer; cf. Epp. 2158. 50, 2196. 88–9. Oecolampadius was reluctant to let him go, and had written to Grynaeus on 31 March, 'Habuit hoc perpetuo Basilea, vt doctis gratissima fuerit ciuitas. Quid putas Erasmum hic detinet? Inuenisset sane et alibi locorum typographos' (Oec. E. 179). This letter invites him to an interview in the afternoon. From the two descriptions of it in Epp. 2158, 2196. 89–97 it appears that he came at once, and that Erasmus in conversation spoke of himself as already gone from Basle, since his furniture (cf. Epp. 2136. 20–23, 2145. 29–30) and money had been sent off. A date can therefore be assigned shortly before his actual departure on 13 April (p. 137). When Oecolampadius wrote again to Grynaeus on 11 April, 'Abiturus est et Erasmus; id facturus nimirum in gratiam principum, quibus deuinctus est. Sed non perpetuo aberit, vt opinor' (Oec. E.

3. Principem] Duke John III of Juliers: see Ep. 1390. 143n.
litere] Not extant.
14. non existimas] Evidently Erasmus had already declined, perhaps through Polyphemus (cf. Ep. 2130), provision offered at one of these places. For another invitation to Cologne at this time see Ep. 2137. 32–49.
19. memineris] In Ep. 2088, printed at the end of the second edition.
22. Heresbachius] See Ep. 1316.
24. Resensem] of Rees, a small town on the w. bank of the Rhine, between Xanten and Emmerich.

180 v°.), it seems likely that the interview had already taken place. For Oecolampadius' feelings a fortnight later see Ep. 2149 introd.

In a copy of Lond. now in the Hamburg Stadtbibliothek Jo. Christopher Wolf (1683–1739) has noted some variants—not a full collation—which he found in 'vol. mss. Grammianum epp. B. Lutheri etc.' (α). For convenience these are placed at the end of the sigla after LB.]

EXEMPLVM CODICILLORVM D. ERASMI AD IOAN. OECOLAMPADIVM, QVORVM MEMINI SVPERIORE EPISTOLA.

ANTE dies complures cupiebam te euocare ad colloquium; nam et tempus erat incommodum, et affligebat pituita tenacissima non sine febri. Sed verebar ne quid hinc fabularum nasceretur in populo, quod res tum minus essent quietae quam nunc sunt. Hodie mihi narrauit Hieronymus Frobenius esse qui nescio quid sinistri suspicarentur de animo in te meo, quasi te scriptis meis perstrinxerim; deinde quasi nuper deflexerim ab itinere, ne te salutarem. Scito vtrumque esse vanissimum somnium. Nullam litteram scripsi qua te perstrictum volui, aut quam scribens, de te cogitaui.

Quum excuderetur colloquium Cyclops, quidam ex operis Frobenianis suspicati sunt quod dicitur de oue in capite, vulpe in pectore, deque longo naso, ad te pertinere; quum constet hoc lusum in Nicolaum Cannium famulum meum, qui cupiebat in Colloquiis celebrari. Is talem gestat pileum, et nasum habet longum, et colore est fusco, capillitio nigro. Te simili vti pileo nunquam audieram, nisi tu hac occasione. Non sum tam ineptus vt talibus nugis vtar in viros. Ambiebat et Polyphemus celebrari, qui circumferebat codicem Euangelicum belle ornatum, quum ipsius vita nihil esset inquinatius. Sic res habet de scriptis.

Iam ea via soleo fere semper adire hortum Frobenii, quum coelum est commodius, quod altera sit angustior et foeteat. Itaque si nullus adfuisset, illac tamen eram iturus. Nec te tum noui aduersum, sed famulus admonuit. Itaque reflexissem iter ad te, nisi plures adfuissent mihi ignoti, quorum coetum turbare nolui; idque tum dixi famulo. Sic habet de suspicione.

TIT. D. *P LB*: *om.* O^2. QVORVM . . . EPISTOLA *P LB* (MEMINI *P*: MENTIO FIT IN O^2. SVPERIORE *P LB*: PRAECEDENTI O^2): *om. Lond.* 1. auocare *α*. 2. affligebar *α*. 6. *LB*: suspicerentur *P*: suspicentur O^2*α*. 7. perstrinxissem *α*. 12. de *ante* vulpe *add. α*. 14. Cammium *α*. cupiebat *P*: ambiebat O^2. 15. et nasum habet longum *add.* O^2. 17. tu *om.* O^2: tum *α*. 20. inquinatius *P*: contaminatius *α*. 23–4. tam noui auersum *α*. 26. Idque O^2: Itaque *P*.

2. pituita] See Ep. 2125. 3n.

5. Frobenius] Cf. Ep. 2140. 5–6.

11. Cyclops] This had just appeared, in March: see Ep. 2121. 4n.

13. longo naso] In the first edition of the *Cyclops* is a sentence, 'Denique quam prolixum habet nasum, tam habeat prolixam benignitatem'; following 'inauraturae congruum' (LB. i. 831E). In the second edition, Sept. 1529, Erasmus withdrew it, evidently in consequence of protests.

14. lusum] In the Addenda to LB, col. 1934–5 is this note, 'Alia manus margini MS. sequentia adscripsit: "Haec eadem mihi saepius retulit Canius, dicens et ante sex menses priusquam Colloquium ederetur, iussisse vt huiusmodi pileo vteretur, van een poeten (pieten) voeds (voeder). Vtebatur simili et Oecolampadius, eratque Canio quam simillimus, vt ipsus dicebat"'. I have no clue to the source.

Cannium] See Ep. 1832.

18. Polyphemus] See Ep. 2130.

21. hortum Frobenii] Cf. Ep. 2141. 20.

Quod si quid aliud est rei, hodie circa horam quartam vsque ad sextam ero in horto Frobeniano, si dignaberis eo venire, vno comitatus; aut si mauis alio die, libenter tecum conferam.

In libello quo respondes Bilibaldo, notas me, quasi dixerim tuam de Eucharistia sententiam esse longe meliorem. Hoc fortasse Iohannes Danus ad te pertulit, sed perperam. Dixi tuam simpliciorem et expeditiorem, quod minus habeat quaestionum perplexarum. Alioqui si mihi certo persuaderem tua dogmata esse meliora receptis, sic vt in ea persuasione conscientia mea possit acquiescere, hac ipsa hora profiterer eadem quae tu profiteris; vlturus meo more furiosos quosdam monachos ac Bedaicos theologos. Nunc quod vnum possum, opto, et operam do, vt hi tumultus habeant laetiorem exitum. Bene vale.

Reliqua in colloquio, si videbitur.

[2138]2148. FROM ANTHONY BERCIN.

Leipzig MS. Besançon.
EE. 106. 12 April 1529.

S. Recepi, vir omnium doctissime, litteras cum libello, quas tua immensa humanitate ad me misisti; ex quibus te (vt laudis et virtutis precepta amplexans) summa laude dignum teneo. Otium tanquam rem pernitiosissimam deiiciens, hos virtutis alumnos esse reor qui beatissimas Scripturas (quas preteritis studiis summis laboribus memoria tenent) reuoluunt; de quorum numero te esse, non a paucis diebus sed longo diu tempore cognoui. Ex his enim facile perpendo quanto animi vigore illos antecellis qui inerti otio torpescunt; quorum hominum genus futille, obscenum, ac ferarum more desidiei, negligentie ac torpori se facile accommodat. Persuadent enim tales se ad otium, non vero negotium natos. Hi virtutis se infestissimos hostes declarant. Nam otii seruus virtutis esse non potest alumnus, tanquam studio et industriē contrarium. De codice enim ad me misso (ne vitio ingratitudinis arguar) tibi ingentes habeo gratias, et tibi persuasum esse peto et tibi suggeras, michi nil gratius accedere posse quam tuis voluntatibus et preceptis (dummodo liceat et facultas detur) morem gerere aut animo tuo gratificari. Velim etiam me semper in numero tuorum amicorum connumerare

2147. 30. quasi dixerim *P*: quod dixi *a*. 32. Ioannes O^2. 33. et expeditiorem *add.* O^2. habet *a*. 37. *Pa*: Beddaicos O^2. 38–9. hic tumultus habeat *a*. *Ad finem* Basilea, Anno 1529 *add. LB*: Basileae an. 1528 *a*.

2147. 30. libello] Oecolampadius wrotetwo *Responsiones* to Pirckheimer (cf. Epp. 1717. 1n, 1880. 1n) about the Eucharist; Zurich, Froschouer, 1526, and Basle, Cratander, March 1527 (Stähelin 131, 140). I cannot find this passage in either: but see Epp. 1893. 3–6, 1930. 8–9.

dixerim] Probably in conversation: since no written source is mentioned, only information from Jo. Danus.

32. Danus] See Ep. 1883.

34. mihi . . . persuaderem] Cf. Ep. 2136. 112–13.

36. eadem quae tu] Cf. Ep. 2175. 21–2.

2148. 1. libello] Cf. l. 14: perhaps the *Vidua Christiana* and Lactantius (Epp. 2100, 2103).

digneris. Vale, omnium consummatissime. Altissimus vota tua compleat. Ex Bisuntio die 12 aprilis 1529.

Tuus, si suus est, Anthonius Bercin,
canonicus et scollasticus Bisuntiñ.

Erasmo Roter:, eloquentie nostre etatis ferme principi ac domino suo colendo.

2149. To Louis Ber.

Opus Epistolarum p. 969. Basle.
N. p. 907: Lond. xxiii. 13: LB. 1044. 13 April 1529.

[The year-date is confirmed by the mention of Ber's migration from Basle (l. 1) and Erasmus' intention to follow.

By 2 March Erasmus had gone so far with his intended move (see p. 22) as to send some one to Freiburg to look at the house offered to him there; see Ep. 2112. 14–16. Thereafter his mind was quickly made up, and he hoped to be off before Easter, 28 March. But a cold which lasted from 15 March to the end of the month (Ep. 2125. 3n) delayed him; and he thought he would await the return of Jerome Froben from Frankfort (Ep. 2140. 5n), as his friend's presence might make things easier. His first step was to send away his valuables quietly; see Epp. 2136. 20–23, 2145. 29–30. His furniture, beds, and boxes, being loaded on to two wagons, attracted notice; and Oecolampadius tried to dissuade him (pp. 134–5), but in vain. Fearing expressions of hostility, he wished to slip away from a hithe lower down in the town; but this was not permitted, perhaps for reasons connected with harbour dues.

On 13 April he started at noon from the bridge (Epp. 2188. 5–6, 2328), with the intention of going to Neuenburg by boat, and there joining the rest of his party who were to go all the way by land. Boniface Amerbach accompanied him for at any rate some part of the journey; cf. Epp. 2151. 9n, 2196. 30–31. For detailed narratives see Epp. 2158, 2196, 2328. When he reached Freiburg is nowhere definitely stated. His first letter from there is dated 21 April.

Oecolampadius' feelings in the matter are shown in a letter which he wrote to Vadianus on 29 April (Oec. E. 198 v° = VE. 573): 'Dolet fortasse Erasmum et quosdam e doctioribus qui nominis sui claritudine patriam amplius illustrare putantur, hinc migrasse. At quum hi nulla exacti tyrannide, nulla profligati violentia, nulla iritati inhumanitate, nullis affecti contumeliis, alibi agere in rem suam fore censent, quid faciendum? . . . Satius enim fuerit expertem factionum, aliquandiu disertorum virorum frequentia destitui ciuitatem, quam cum vberiore illorum prouentu intestinis laborare dissidiis variisque religionibus distrahi. Valere igitur illos sinimus.']

ERASMVS ROTERODAMVS LODOVICO BERO S. D.

Sapvisti qui hinc mature euolaris; nos subinde libratis alis meditamur nidum relinquere, sed subinde remorae quippiam exoritur quod cogat comperhendinare profectionem.

Accidit hic quiddam, Democritine risu an Heracliti lachrymis dignius, tu iudicabis. Sacrificus quidam huc aduenit. Is simul atque hospiti suo pecuniolam quam debebat numerasset, 'Vale' inquit, 'et age poenitentiam'; moxque progressus in publicum, exhibuit nobis alterum πρόδρομον, clara et articulata voce, serio

2149. 1. euolaris] See p. 17.

5. Sacrificus] I have failed to identify this wandering preacher. Wackernagel, pp. 477–80, describes the rise of various 'Anabaptist bodies' at this time; and shows that banishment (cf. ll. 30–31) was one of the measures usually employed against them.

8. πρόδρομον] Jo. Baptist.

vultu clamans, 'Agite poenitentiam, agite poenitentiam, agite poenitentiam; imminet vobis manus Domini'. Cum hoc praeconio complures dies per omnes ciuitatis vias obambulauit. Ingressus summum templum coepit in corruptam canonicorum vitam detonare. Id ridebant plerique, negligebant alii. Tandem ingressus dicitur et Oecolampadianorum templa, et in hos multo tum liberius tum atrocius vociferatus est, identidem 'animarum interemptores' appellitans. Interpellauit illum quidam, 'Heus tu, vocas ad poenitentiam; aede quid nobis censes agendum, et quibus modis sit placandus Deus'. Ibi, veluti numine afflatus, Gorgoneis oculis intuitus percontatorem, 'Pharisaee', inquit, 'quid me tentas? Non aliud iussit me loqui Spiritus'.

Dicitur et in Monte Pellicardi *πρόδρομον* egisse; quum nec illic quenquam repperisset cui liberet agere poenitentiam, ipse tres menses conclusus carcere, pro omnibus poenitentiam egit. Illinc dimissus, iuxta praeceptum Euangelicum 'excusso pedum puluere', huc demigrauit; vbi quum multo minus arrideret nomen poenitentiae, duci iussus est in carcerem. Quum duceretur, nihilo segnius clamabat 'Agite poenitentiam'. Alter satellitum 'Ni taces', inquit, 'improbe, hunc pugnum ingeram in os'. Ille tanto magis clamabat 'Agite poenitentiam'. Quid actum sit in carcere, non liquido scitur. Dimissum constat, hac lege ne redeat in ditionem huius reipub.

Mox, vt accipimus, contulit se Luceriam, quae ciuitas sic est infensa nouis sectis vt non alia magis. Illic aliquot diebus *προδρόμου* functus officio, in hoc quoque rettulit nobis Ioannem Baptistam, quod coniectus est in vincula; in illo dissimilis, quod ille decollatus, hic exustus est—nimirum quod Baptistam male repraesentaret Anabaptista. Quae secta quum magis inuisa sit principibus quam vlla caeterarum, propter anarchiam et rerum communionem quam praedicare dicuntur, tamen nec templum habent vsquam, nec regnum moliuntur, nec vlla vi se tuentur; et habere dicuntur multos moribus longe syncerioribus quam caeteri. Quanquam quid ibi syncerum esse potest vbi corrupta est fidei integritas? Si nobis coruus a laeua crocitetur, commouemur, et aliquod grande malum imminere credimus; et hominis vocem risimus omnes. Multis iam annis quid malorum non vidimus? Exactiones, tumultus, bella, caedes, pestilentias, famem, seditiones. Quis studuit vel pilo fieri melior? Occalluimus aduersus flagella Dei, obduruimus aduersus illius medicamenta; quid superest nisi extremae calamitatis diluuium? Vtinam res felicius cedat omnibus quam mihi praesagit animus!

Sedulo molimur abitum, magno rerum dispendio sed maiore salutis discrimine. Verum decretum est vertere solum, iacienda est alea. Bene vale.

Datum Basileae Id. April. Anno M.D.XXIX.

22. reperisset N^3. 54. Idus Aprilis *N*.

---

47. fieri melior] Cf. Epp. 2134. 229, 2285, 2323, 2333.

[2131]2150. To Jerome Ricius.

Opus Epistolarum p. 835. Freiburg.
N. p. 798: Lond. xxi. 37: LB. 1045. 21 April 1529.

[Between Erasmus' migration to Freiburg and the publication of H.]

ERASMVS ROTEROD. HIERONYMO RICIO S. D.

Qvod me supra modum attollis, amori in me tuo parum, vt videtur, sobrio facile condono; quod teipsum plus aequo deiicis, singularem tuam modestiam non possum non amare, Rici charissime. Nec est quod hic humanitatem meam mansuetudinemque praedices, quum inhumanissimus futurus sim, si doctum hominem, eumque literis ad amicitiam prouocantem, non amplectar. Ego me inter doctos viros non annumero, sed tamen eruditione praeditos semper et amaui et veneratus sum, praesertim si accesserit humanitatis et probitatis commendatio: quorum vtrumque nobis arguunt tuae literae. Bene vale.

Datum Friburgi 21. die Aprilis, An. M.D.XXIX.

2151[2152] To Boniface Amerbach.

Basle MS. AN. III. 15. 4. Freiburg.
Q. 53. 25 April 1529.

[An original letter, autograph throughout. The year-date needs no confirmation.]

S. P. Multo felicius cessit hec profectiuncula quam putaram. Non solum enim non offendit, sed firmiorem etiam reddidit valetudinem. Vnde coniicio et prolixius iter profuturum. Vtinam contingat rerum tranquillitas! Placet hec ciuitas bene morata; non audio quemquam de quoquam male loqui.

Basileae semper bene volam, cuius hospitio tot annos sat commodo sum vsus, et cui vicissim, ni fallor, hospes fui non admodum incommodus. Oblitus sum soluere pro me meisque in diuersorio, homo simpliciter impudens, deinde pro viatico et equo tuo. Adeo mihi excideram sollicitudine componendae domus. Quanquam aliis innumeris nominibus tibi debemus, mi Bonifaci; diminuendum erit aliquando aes alienum.

Ancillae scrinium nondum aduectum est. Sunt in eo tres metae saccaris, quas emi sex florenis et amplius; quid sit in mora, demiror. Olfacito quid isthic agat meus Carcinus; et quoties nactus eris hominem certum, scribe, si quid istic extiterit quod

3. prolixius] to Brabant.
8. diuersorio] No doubt at Neuenburg (Ep. 2183. 9n), where he landed: see Ep. 2196. 105–7.
9. equo tuo] This suggests that Boniface, who had accompanied him on the boat (Ep. 2196. 30–1), rode on with him to Freiburg.
13. Ancillae] See Ep. 2202. 26n. scrinium] See Epp. 2152. 20. 2155. 1, 2158. 77–8.
13–14. metae saccaris] Sugar-loaves.
15. Carcinus] See Ep. 2111. 28n. It appears that he had paid a short visit to Basle, but had gone on to his canonry at Beromünster. See Ep. 2152. 18–20.

mea referet non ignorari. Nos vicissim curabimus ne nescias si quid hic orietur noui. Bene vale cum vxore, et Basilio βασιλικῶς.

Friburgi. 7. Cal. Maias. An. 1529.

Erasmus Rot. tuus.

Ornatiss. doctori Bonifacio Amerbachio. Basileae.

[2151]2152[2155] FROM BONIFACE AMERBACH.

Basle MS. C. VIa. 73. 63. Basle.
1 May 1529.

[An autograph rough-draft, beautifully written ; folded, addressed on the verso, and even sealed, but evidently held back and copied out again for dispatch, some corrections, as shown here in the notes, having occurred to Boniface, perhaps while awaiting a messenger. The sentence about Conr. Pellican was perhaps inserted after 4 May: see l. 26n.]

S. Profectionem tibi tam feliciter cessisse gaudeo. Verum quod inde prolixius iter profuturum coniicis, doleo. Nam cum hic salua tuae dignitatis existimatione manere non potueris, te saltem non procul abesse cupiebam, vt doctissima subinde tua consuetudine frui liceret. Caeterum quando nec hoc fortassis ex re tua futurum est, quicquid desiderii ex abitione tua longius instituta contraxero, eruditiss⟨imae⟩ ac immortales tuae lucubrationes mitigabunt; quibus te coram sistis, atque adeo viuam tui imaginem exhibes.

Basileae quod semper bene voles, singularis tuae humanitatis rarique candoris est. Ego sane ciuitati ingratae nihil aliud imprecor quam vt quantum Erasmo, cuius auspiciis toti orbi innotuit, debeat, primo quoque tempore cognoscere pergat. Tu vero, mi Erasme, mihi quicquam debes? quem plena manu omni humanitatis genere ornasti, inque tuis nominibus obaeratum habes. Nulla etiam bonorum cessione vel millesimam aeris alieni ex beneficiis in me tuis contracti partem dissoluero, tantum abest vt debitor pro opellis meis vel teruncium condicere possim.

Carcinus postridie quam hinc discessisses, Beronam, vt audio, migrauit, illic nunc pro sua in sedem Romanam obseruantia canonicum agens. In scrinio famulae perferendo aurigae vanitas nobis imposuit; dum is diem ex die nescio quarum sarcinarum causa traheret, festinantes etiam remorati sumus. Nihil noui apud nos quod tua referat non ignorari, tametsi in horas semper noui aliquid Basilea habeat, Libyae non inferior. De his quoque aliqua, nisi eiusmodi essent vt nec ea tibi audire nec mihi scribere vacaret. Venit huc Pellicanus, ecclesiam Basiliensem puto visitaturus in Domino.

2152. 18. Beronam] Beromünster, now Münster, in the Seetal between Aarau and Lucerne: a college of secular canons founded c. 975 by Ct. Bero I of Lenzburg.

19–20. illic . . . agens] 'pro . . . obseruantia' is a marginal addition. For the remaining four words Boniface wrote first, 'eam in canonicatu illic personam, nisi fallor, sustinens quam in theatris olim histriones, nempe fictam et simulatam. Lucri bonus est odor ex re qualibet.'

20. canonicum] Cf. Ep. 2085. 10n.

24. Libyae] Cf. *Adag.* 2610.

26. Pellicanus] At first Boniface added 'cum vxorcula'; but later scratched the words through. Pellican records his coming thus (CPR. 119): 'Quia vero audiebam iam euacuatum monasterium Minoritarum Basileae, veritus ne libri, quos laboribus meis diuturnis et multis promerueram a chalcographis, distraherentur ad

Si quid sit, mi Erasme, in quo tibi morigerari possim, animi in te mei promptitudinem iamdudum agnouisti. Vt verbo dicam, meae opellae qualesquales sunt, tibi ex animo semper et perpetuo debebuntur. Bene vale, Erasme clariss⟨ime⟩, litterarum decus. Basilius et vxor te salutant. Basileae Cal. Maiis Anno M.D.XXIX.

Tuus Bonifacius Amerbachius.

Glareano nostro salutem.

Domino Erasmo Roterodamo, omnium disciplinarum decori, patrono incomparabili. Friburgi.

2153. From Bartholomew Welser.

Leipzig MS. EE. 107. — Augsburg. 3 May 1529.

[An original letter, written by a secretary but with an autograph signature. The year-date is amply confirmed by the contents.

The family of Welser, merchant-bankers of Augsburg, rose to prosperity through the expansion of trade to the new world of East and West. Establishing agents in Lisbon, they obtained permission to sail with the Portuguese fleets, and were the first Germans to send ships to India. In Spain, by undertaking loans to the Crown, they were able to share in the trade with America.

Bartholomew Welser (1488–1561), now the head of the firm, was one of the great financiers of Europe. Having succeeded his father, Antony (†1518), he carried on the same bold policy, and obtained rights of discovery for the firm. In 1528 they established a settlement in 'Welserland', now part of Venezuela, and enjoyed monopoly there till 1555. Bartholomew retired from business in 1553, and died on his estates in Amberg, about 20 ms. s. of Augsburg. Peutinger's wife was his sister.

See ADB. xli. 683–6; Peut. E., and numerous sources.]

Salvtem in Christo seruatore. Venerande ac clarissime vir, D. obseruande, accepi litteras D⟨ignitatis⟩ tuae de die sexta Aprilis; cui et celerius respondissem, si hactenus tabellarii qui Basileam proficiscerentur, adfuissent. Quantum vero ad singraphas quietanciarias, nouam formam non petimus, sed eam quae D. Hispanis cognita est; habent et in regnis illis suas formas, iuxta quas ipsis respondere cogimur. Nos ex chambio hoc nullum lucrum habemus nec petimus, nisi vt Dign⟨itati⟩ tuae morem geramus. Quare D⟨ignitati⟩ tuae ad racionem octuaginta octo cruciatorum Ger-

---

manus aliorum, accepi promotoriales epistolas a Senatu nostro ad Basiliensem Senatum, vt eos libros quos ostenderem et probarem olim mihi datos ob labores, et in meam gratiam repositos in bibliothecam ostenderem, mihi cedere sinerent, maxime eos qui Basileae impressi fuissent. Accepta ergo epistola, descendi quarta Maii et perueniens Basileam . . . obtinui libros, vas plenum non paruum.'

2152. 30–1. tibi . . . debebuntur] For this Boniface wrote first 'alterius quam tuae, nempe mei domini, esse nequeunt'.

2153. 2. litteras] A duplicate of an earlier letter, not extant; see Ep. 2126. 222.

Dignitatis] It is noticeable that Peutinger (l. 23) also uses this abbreviation; see Ep. 1247. 1, 42, 45.

4. singraphas] As Erasmus was exchanging 200 ducats (l. 10n) received from Spain, it is clear that this was Fonseca's gift; see Ep. 2003. 85–6, 2004. 37, 2109. 28–9, 2126. 176–7, 2198. 38–9.

7. chambio] See Ep. 1726. 10n.

9. cruciatorum] Ferd. Columbus found that his Spanish ducat of gold exchanged for 86 kreuzers at Nuremberg in Dec. 1521; see the *Biblioteca Colombina* v, p. 26.

manicorum pro singulo ducato, hoc est ad summae tocius coronas solares de bono auro et iusti ponderis nouem supra ducentas et cruciatos xliiii, coronam scilicet pro lxxxiiii cruciatis computatam, numerari curauimus.

Tres itaque Basilienses constituimus, ex quibus vnus vel alter D⟨ignitati⟩ tuae de valore vt supra ducatorum CC., habitis tribus singraphis quietanciariis tuae Dign⟨itatis⟩ manu subscriptis et signo annuli communitis, respondebunt, et, vt speramus, debito et bono modo solucionem facient. Sunt autem illi a nobis deputati Vuolfgangus Fylsner, Verena de Catomarino et Franciscus Beer. Ab vno ex illis suprascripto modo pecuniam praescriptam D⟨ignitas⟩ tua petere potuerit: cui et plurimum, quantum facultas nostra suppetit, gratificari cupimus.

Ceterum noster affinis, doctor Conradus Peutinger, quem D⟨ignitas⟩ tua prioribus litteris salutari voluit, tuae Dign⟨itati⟩ non solum graciam refert sed et diligenter habebit. Is ab illis nundinis Franc⟨ofurtensibus⟩ tuam Viduam et alium quendam Febricitantem habuit; in quorum lectione assiduus est et delectatur plurimum. Te quoque resalutat et se Dign⟨itati⟩ tuae patrono suo commendat. Dat. die tertia May. Anno Salutis M.D.XXIX.

Bartholomeus Welser et societas, Augustani.

Venerando et clarissimo viro domino D. Erasmo Roterodamo, domino et praeceptori suo obseruando.

2154_{2165} FROM AEMILIUS DE AEMILIIS.

Leipzig MS. (α). Brescia.
EE. 108. 4 May 1529.
Enchiridion, 1531, f. 6 v°. (β).

[An original letter, autograph throughout: first printed in Aemilius' edition of the *Enchiridion* (l. 14n), with numerous variations, some in the cause of discretion. Evidently preference must be given to the actual letter received by Erasmus. The year-date is confirmed by that of Ep. 2165.

Emilio de Milii or Migli (c. 1480—July fin. 1531) belonged to a well-to-do family of Brescia. In 1517 he was resident there, and married. In 1526 he

10. coronas] 209 of these at 84, +44 kreuzers, produce 17,600 kreuzers; which at 88 (l. 9) = 200 ducats.

11. solares] Cf. Ep. 2113. 3.

14. Basilienses] Of these three agents of exchange the first two seem to be unknown. Verena is a woman's name which occurs frequently at Basle (cf. l. 19n); Meerkatze is still found as a surname.

19. Beer] an elder brother of L. Ber; the family coming from the neighbourhood of Thann. In 1497 he was already member of a guild at Basle, and since 1522 he had been a town councillor. His first wife, Verena Meltinger, had been a sister of the burgomaster (Ep. 2112. 57n), and his sister Verena was married to Egli Offenburger (Ep. 2217); so that he had close ties with the Catholic party. Being ejected with his two brothers-in-law from the Council on 8 Feb. 1529, he retired on 9 June to Freiburg; where he died in 1543. The Francis Beer who matriculated at Basle in the summer of 1527 and at Freiburg on 8 April 1530 was perhaps one of his six sons.

See *Wappenbuch der Stadt Basel*, i. pt. v; and A. Burckhardt, *Basler Biographien*, i, 1900, pp. 67–9.

23. Peutinger] See Ep. 318. 2n.

24. litteris] See l. 2n.

26. Viduam] See Ep. 2100.

27. Febricitantem] The reference is no doubt not to Carvajal's book (Ep. 2110 introd.) but to Erasmus' reply (Ep. 2112. 49n).

30. societas] Cf. Ep. 2247. 32, 34.

was defeated in an election for the communal chancellorship of Brescia; but in 1529 he was successful, and he held the office till his death. Apart from his translation of the *Enchiridion*, which he dedicated to Altobello Aueroldo, bp. of Pola, then legate of Venice, he seems to have published nothing. A letter from Bembo to him, dated from Padua, 27 Nov. 1527, is printed in Bembo's *Lettere*, Venice, 1552, vol. iii, p. 193.

See P. Guerrini in *Arch. stor. Lombardo*, vol. 50 (1923), pp. 172–80.]

Et si nonnulli iam dudum apud nos te mortuum praedicant, Franciscani silicet et Dominicani, qui pertinaciter asserunt id nuper e Germania certo intellexisse; attamen cum multoties id falso testati sint, nullam amplius fidem illis adhibere in animo est; quandoquidem nescio quo liuore ductos id eos optare arbitror, et fere libenter homines id quod volunt credunt. Quod si ex hominum vita migrasses, Christiana respu., ne dicam orbis totus, crebrioribus omnino rumoribus, quinimmo fletibus, personaret. Has igitur ad te dare constitui, cum fidelis mihi nuncius sit, Vincentius Magius, vir profecto minime superstitiosus sed Euangelicae libertatis ac pietatis professor.

Hae meae non dubito quin in manus tuas peruenturae sint. Iam enim menses quatuor alteras ad te dedi litteras, quibus significabam me tuum Militis Christiani Enchiridion, aureum opusculum, vt vel Latinae linguae ignaris prodessem, ea qua potui diligentia in Ethruscam linguam transtulisse: cui aliquando, dum per etatem licuit, operam dedi, et in praesentiarum maxime floret

Pro titulo AEMILIVS AEMILIANVS ERASMO ROTHERODAMO S. D. *add.* β. 2. Franciscani . . . qui α: ac β. 3. attamen cum multoties α: tamen quia saepius β. 4. sint α: sunt β. amplius . . . adhibere α: eis amplius adhibere fidem β. 6. libenter α: libenter (vt inquit Caesar) β. 8. quinimmo α: quinimmo (et non iniuria) β. 9. ad te α: meas ad te β. nuncius sit α: adsit nuntius β. 10. sed α: , literis eruditus, β. 11. professor α: professor, tuique amantissimus β. 13. dedi α: dederam β. 14. me α: me, ea qua potui diligentia, β. 15–16. vt vel . . . diligentia α: pro communi vtilitate β. 17. in praesentiarum α: nunc β.

1. te mortuum] Cf. Ep. 2144. 3n.

3. multoties] Cf. Ep. 1921. 3n.

6. libenter] Cf. Caes. *B. G.* 3. 18.

10. Magius] or Madius (c. 1498–1564) of Brescia was educated at Verona under Jerome Bagolinus, and then graduated at Padua c. 1520. On return from his present journey to the North he was appointed in 1529 professor of philosophy at Padua; where V. Zuichemus found him in 1533 (VZE. 45). Before 1536 he had begun lecturing on Aristotle's Poetics. In 1542 at the invitation of Duke Hercules II of Este he moved to Ferrara, to teach the Duke's son Alfonso. There he translated from Latin into Italian Plutarch's *De praestantia mulierum*, Brescia, 1545. On 15 Aug. 1549 he dedicated to Chr. Madruzzi, bp. of Trent, an edition of the Poetics, with notes by himself and a fellow-student at Padua, Barth. Lombardus of Verona (†1540), and on Horace, *A. P.*, Venice, V. Valgrisius, 1550. In 1557, the year of the dissolution of Ferrara University, he printed an oration, *De cognitionis praestantia*, Ferrara, F. Rubeus, delivered during his first year of teaching there.

The letter of Magius, for a copy of which Odonus was asking in 1535 (Cogn. E. 310, 312), appears to be this letter of Aemilius. A letter of Boniface Amerbach, 23 March 1560 (Basle MS. G^2 II. 67), shows that Magius was then still in touch with the Basle circle.

See Gesner; Tiraboschi vii. 1472–5; and P. Guerrini, *op. cit.*

13. litteras] Not extant.

14. Enchiridion] dalla lingua Latina nella volgare tradotto. Per M. Emilio di Emilii Bresciano. Brescia, L. Britannico, 22 April 1531: BEr^2. *Ench.* 1074.

16. Ethruscam] Cf. Ep. 1791. 57n.

in Italia, auspiciis praesertim Petri Bembi, qui eiusdem linguae regulas edidit. Nunc autem Pugiunculus tuus frequens habetur in manibus. Efflagitant amici, monachi, concionatores quamplurimi, mulieres item nonnullae, vt typis cudendum tradam: quod facere mihi minime visum est, ni prius te certiorem fecissem, et quid de hac re sentires, certior factus essem.

Orabam te in praecedentibus litteris meis per charitatem Christianam, vt tantum temporis tuis suffurari occupationibus dignareris vt de translatione si tibi gratum fecissem, quatuor tribusue lineis significares. Idem nunc deprecor, si citra temeritatem fieri potest. Esset enim impudentiae potiusquam prudentiae virum tanta perpetuo molientem nugis meis a negotio Euangelico seriisque lucubrationibus auocare.

Non morabor in Enchiridii laudibus; quid enim attinet infantissimum hominem de Erasmi monumentis obstrepere, quinimmo loquacitate sua splendorem nominis sui defraudare? Hoc tantum dixerim. Habet Christiana respu⟨blica⟩ Origenem, Hieronymum, Augustinum, Chrisostomum caeterosque summae doctrinae ac pietatis viros. Habet et suum Erasmum: cui pro Christianorum vtilitate Nestoris optarim annos, nisi fortasse tot exanclatis laboribus dissolui iam ipse cupiat et esse cum Christo. Vale.

Brixiae Quarto nonas Maias M.D.XXIX.

Nominis tui obseruantiss⟨imus⟩
Aemilius de Aemiliis, Brixianus.

Felici Erasmo Rotherodamo.

2152 2155. To Boniface Amerbach.

Basle MS. AN. III. 15. 5. Freiburg.
Q. 54. 5 May 1529.

[An original letter, autograph throughout.]

S. Accepi scrinium tandem, ac tuam epistolam omni saccaro magis saccaream, mi Bonifaci. In praesentia nihil aliud vacabat rescribere, nam properabat auriga. Hic habito corpore, apud te animo. Bene vale cum tuis omnibus, amice incomparabilis. Heri scripsi Hieronymo Frob.

Friburgi. 3. Non. Maias. 1529.

Non opus est subdere nomen.

Doctori Amerbachio. Basileae.

2154. 19. regulas α: non paenitendas profecto regulas β. 20–1. in manibus . . . nonnullae α: in amicorum manibus. Nunc efflagitant monachi, virgines, prophani. Efflagitant docti pariter et indocti β. 22. fecissem α: facerem β. 24. praecedentibus litteris α: superioribus β. 26. β: dignereris α. translatione α: tralatione β. 27–8. Idem . . . potest *om.* β. 32. de . . . obstrepere α: loqui de Erasmo deque eius monumentis β. 33. splendorem nominis sui α: illius splendorem nominis β. 35. Augustinum α: Ambrosium, Augustinum β. Chrysostomum β. 35–6. doctrinae ac pietatis α: pietatis et doctrinae β. 36–7. cui . . . vtilitate α: qui inter orthodoxos (mea quidem sententia) et eos qui exoticis opibus templum dominicum exornarunt, merito connumerari potest, cuique ad Christianorum vtilitatem β. 37. nisi α: ṇi β. 38. ipse α: et ipse β. 39. Quarto α: .5. β. 40. Nominis . . . 42. Rotherodamo *om.* β. 2155. 1. Acccepi *MS.* 4. amicę *MS.*

2154. 18. Bembi] See p. 64. 2155. 5. scripsi] The letter is not extant.

2156. To John Brysgoicus.

Opus Epistolarum p. 846. ⟨Freiburg.⟩
N. p. 808 : Lond. xxi. 49 : LB. 1047. 6 May 1529.

[Evidently written from Freiburg after the move.

John Calceatoris, dictus Brisgoicus (†31 Oct. 1539 : DGE, f°. f^{4} v°) of Broggingen in the Breisgau, N. of Freiburg, was now the principal theologian at that University. He had matriculated on 24 Aug. 1499; and in 1502, being then B.D. of Paris, he began to lecture on Occam. On 7 Feb. 1503 he became D.D., and soon was elected into the Faculty of Theology; of which he was subsequently 21 times dean. In Nov. 1504, and four times later, he was rector. In 1514 at the instruction of the University he prepared a *Consilium* on the reform of the calendar, to be delivered to Maximilian in response to his enquiries.

Seven autograph letters from him to John Amorbach, 1501–12, and four to Boniface, with a receipt, 1533–6, are in the Library at Basle; G. II. 29. 39–45; Ki. Ar. 18^{a}. 73–4; C. VI^{a}. 71. 75–7. Nos. 75–6 are concerned with Erasmus' bequest of a silver jug to him: in no. 77, 27 July 1536, deploring Erasmus' death, he writes, 'Fui illi dum viueret, aliquoties a confessionibus: in quo non nisi Christo dignam vitam depraehendebam'.

See Mayer i. 136–7, and Schreiber i. 150–4, ii. 268–9.]

ERASMVS ROTERODAMVS IOANNI BRYSGOICO, THEOLOGIAE PROFESSORI, S. D.

Pro singulari humanitate tua facis mihi horti tui copiam, in quo nonnunquam recreem corpus et animum studiis curisque fatigatum: ego vicissim pro mea gratitudine facio tibi mei horti copiam in quo temet oblectes, si quando voles animum a studiis seriis auocare ad litteras amoeniores. Tuo horto sic fruar vt per me quam minimo fiat deterior; nihil enim aliud quam oculos pascam. Tu in horto decerpes quae voles, hoc potiore tuo, quod non minus vernat hybernis mensibus quam aestiuis, si quid tamen omnino gignit bonae aut amoenae frugis. Suspicabar te hanc aeditionem non habere, multo superioribus locupletiorem. Malueram aliquid mittere gratius, si scissem quid tibi magis arrideret. Bene vale.

Ex meo musaeo pridie Nonas Maias, Anno M.D.XXIX.

2157. To Alfonso Fonseca.

Basle MS. Frey-Grynaeus II. 9. 133 (α). Freiburg.
Augustini Opera, 1529, i. p. 3 (β). ⟨May⟩ 1529.
N. p. 1118 : Lond. xxviii. 1 : LB. 1084.

[The preface to the Froben Augustine, completed in ten volumes, 1529. The original MS. of the preface still exists at Basle, written mainly by a secretary (α^1), with frequent autograph corrections by Erasmus (α^2); and a draft of the title-page to vol. i, also autograph. The MS. affords an interesting specimen of the polishing which Erasmus gave to his compositions. In the Copenhagen MS. ff. 153–9 are a few autograph leaves of notes on Augustine, in the same style as those on Jerome; but I cannot discover that they were ever used, in any of Erasmus' editions.

1. horti tui] As Froben had done: cf. Ep. 1756. 5n.

10. aeditionem] Perhaps the *Adagiorum Opus* of Sept. 1528 (Epp. 2022, 3); which is described on the title-page as more carefully revised than any of its predecessors, 'nec parum copioso locupletatum auctario'.

For Erasmus' work on Augustine down to 1522 see Ep. 1309 introd. In the *Catalogus Lucubrationum*, Jan. 1523 (I, p. 36. 18–38) the edition is planned out in seven volumes; but it seems to have given way to the revised edition of Jerome (Ep. 1465). When that is completed, Augustine reappears (Ep. 1473. 5–6); but in 1525–6 he is once more laid aside, for Chrysostom (Epp. 1558, 1563, &c.), Ambrose (Ep. 1855) and other works: see Cran. E. 243. 81–5. In Jan. 1527 Goclenius is helping in the collection of MSS. (Ep. 1778; cf. Epp. 1890, 1899); and by September Erasmus, yielding to the urgency of his friend (ll. 482–509; cf. Ep. 2033. 49–50) is once more hard at work (Ep. 1879. 19–23), with many helpers (Ep. 2126. 229n). He groans over the immensity of the task, the prolixity of his author, and the badness of the MSS.; but he hopes to finish before the next year is out (Ep. 1907. 7n). By 15 Oct. 1527 the printing was going on well (Ep. 1889. 15); so that before Froben died, the first two volumes were complete (Ep. 1900. 84–9), though their colophons were not placed till 1528; so also vol. iii. Vol. iv followed in May 1528, vi and vii in October, viii–x in March, April, May 1529; finally Vives' depleted *Ciuitas Dei*, vol. v, set up entirely anew, in Dec. 1529 (see Ep. 1309 introd.). The course of the work may be followed in Epp. 1893, 1910, 1911, 1921, 2033, 2038, 2041, 2046, 2049; also in Boniface's letters (Basle MS. C. VI^a. 73, ff. 359, 170, 89, 54); Erasmus' hopes rising as the end approached. He exerted himself to obtain privileges for the printers, first from Francis, in vain (Epp. 2053, 2075, 2291), and then from the Emperor (Ep. 2126. 231–3); the title-page to vol. i shows that with the latter he was successful. Strikes of printers caused delay (Epp. 2133–4), perhaps near the end; but on 1 April 1529 the goal was in sight (Ep. 2139), on 8 June he could announce that Augustine was finished (Ep. 2175). By 8 Sept. copies were ready for distribution (Ep. 2215).

This preface can be dated rather earlier; for on 30 August Vives wrote to Erasmus (Ep. 2208) to answer 'literas bene veteres' from Freiburg, having learned, probably from that letter, that Erasmus had mentioned him favourably in the preface. It may be conjectured that Erasmus' letter was contemporary with Ep. 2159; and thus this preface may be placed at about the same date, but a little earlier. A. Helfferich in *Zs. f. hist. Theologie*, 1859, xxiii. 599, seems to state that there is a ms. copy in the Real Acad. de la Historia at Madrid, dated from Freiburg, 6 Cal. Apr. 1529—when Erasmus was not yet there. On two visits, in 1912 and 1925, we have enquired for the MS. in vain. It is possible that Helfferich made some confusion with another letter in the Madrid MS. of which he makes no mention—Ep. 2292, which bears precisely the dates he gives and in the same form.

Presentation copies were sent on the grand scale to Spanish dignitaries, Fonseca and Manrique, Gattinara and Valdes (Epp. 2126, 2134, 2198, 2253); evidently in acknowledgement of Fonseca's gift (Epp. 2003. 85, 2004. 37) and of the Imperial privilege. Longlond's copy (Ep. 2227) was no doubt only one among many sent to England. In the way of business Jerome Froben sent a copy to Alciati, offering at the same time to print his books for him; see Basle MS. C. VI^a. 54, f. 32 v°. A royal copy, probably Henry VIII's, is in the Bodleian, A. 1. 1–10 Th.

In 1531 a new Augustine appeared in Paris, printed by Claude Chevallon. The editor, Jac. Haemer of Stuttgart, in a preface 17 Oct. 1531 to the Abbot of St. Victor, Jo. Bordier, who had supplied MSS., describes how Chevallon had formed his design four years before, and had cast about for a scholar to superintend it; 'ideoque literis ad Erasmum Roterodamum missis rogabat hominis operam, tantum non animam pollicens. Audiuerat quippe in eo illum studio esse vt sua opera Augustinus aliquando legeretur castigatior. At Erasmus iam Frobenio fidem suam obstrinxerat, et coeperant strepere praela; simulque literis causatus opus ad eam rem esse praesentia sua, magnam partem castigationum sibi restare in laboris ipsius feruore absoluendam. Praeterea sese natura esse inualido corpusculo, nec satis integrum mutare solum. Proinde videret Cheuallonius quid facto opus esset.

Is igitur spe sua frustratus expectandum sibi censuit donec Frobenianis typis Augustini liber absolueretur, vt vel sic Erasmi industria ad rem quam moliebatur vteretur. Quem postquam est assecutus, coepit ex doctorum hominum iudicio aliquot codices cum vetustioribus exemplis conferre: quos cum subinde variantes et in multis mutilos deprehendisset, oborta est ei

suspitio Erasmum tumultuaria lectione plaeraque obseruasse magis quam expenso iudicio annotasse, neque magna industria cum vetustis exemplis contulisse; maxime cum non raro diuinet quid legendum censeat, in marginem adiecta sua lectione. Quae cum frequenter occurrerent, et iam certissima coniectura colligeret non se falli sua opinione, conuectis ex thesauro bibliothecae tuae, quo vehementer publica omnium studia iuuas, pater reuerende, libris antiquissimis, quos vel Augustini tempore scriptos iurare quis possit, negocium mihi dedit eos ad Frobenii transscriptionem examinare, ea tamen lege ne quid facile immutaretur quod Erasmi castigatione recognitum, et Frobenianis characteribus esset expressum, sed omnia suis notis coniicerentur in marginem. Tantum enim Erasmi iudicio tribuebat, in re nondum satis explorata, vt non putaret facile fieri quicquam potuisse praeter rationem ab eo homine, in tali praesertim authore, quem nouerat in leuioribus diligentissimum.'

Of these negotiations with Chevallon there is no trace in Erasmus' correspondence in 1527.]

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI EIDEMQVE CLARISSIMO PRINCIPI ALFONSO FONSECAE, ARCHIEPISCOPO TOLETANO, TOTIVS HISPANIAE PRIMATI, ERASMVS ROTERODAMVS S. D.

En totus solitoque nitidior venit in tuos amplexus, Praesulum amplissime, incomparabilis Ecclesiae doctor et inuictus propugnator, diuus Aurelius Augustinus, quem tu non sine causa sic adamare prae coeteris, sic in deliciis semper habere consueuisti. Quid enim habet orbis Christianus hoc scriptore vel magis aureum vel augustius? vt ipsa vocabula nequaquam fortuito, sed Numinis prouidentia videantur indita viro. Auro sapientiae nihil preciosius; fulgore eloquentiae cum sapientia coniunctae nihil mirabilius. Sunt aliis aliae dotes, prout visum est τῷ δωροδότῃ Spiritui, qui pro suo arbitratu partitur singulis iuxta mensuram fidei. In Athanasio suspicimus seriam ac sedulam docendi perspicuitatem. In Basilio, praeter subtilitatem, exosculamur piam ac mitem suauiloquentiam. In huius sodali Chrysostomo sponte profluentem orationis copiam amplectimur. In Cypriano spiritum veneramur martyrio dignum. In Hilario grandi materiae parem grandiloquentiam, atque, vt ita loquar, cothurnum admiramur. In Ambrosio dulces quosdam aculeos, et episcopo dignam amamus verecundiam. In Hieronymo diuitem Scripturarum penum optimo iure laudamus. In Gregorio puram nulloque fuco picturatam sanctimoniam agnoscimus. Ac, ne longum faciam, habet itidem et coeterorum quisque ex eiusdem Spiritus munificentia virtutes suas, quibus sese piorum hominum affectibus varie commendant. At non arbitror alium esse doctorem in quem opulentus ille iuxta ac benignus Spiritus dotes suas omnes largius effuderit quam in Augustinum; quasi voluerit in vna tabula viuidum quoddam exemplar episcopi representare, omnibus virtutum numeris absolutum, quas post Christum episcoporum principem Paulus et Petrus requirunt in his qui pascendum Domini gregem susceperunt.

Coeteris quidem non imputatur quales fuerint antequam sacro lauacro renascerentur; in episcopo tamen requirit beatus Paulus vt et eorum qui foris sunt, testimonio comprobetur. Quid diuus

TIT. α: ERASMVS ROT. ALFONSO FONSECAE ARCHIEPISCOPO TOLETANO S. D. *N*.
4. α^2: consuesti α^1. 9. τῷ *add.* α^2. 30. quidem *add.* α^2. 32. et *add.* α^2.

Augustinus? Talis erat, etiam quum ipse foris esset, vt ab his qui erant intus, vir bonus haberi posset, in suo quidem genere. Adolescens habuit concubinam, quod humanae permittunt leges; et hac non repudiata sed erepta, asciuit alteram. Verum vtrique seruauit coniugii fidem: quam probitatem hodie non temere reperias in sacerdotibus aut abbatibus. Inductus est in sectam Manichaeorum, quo quidem hominum genere vix aliud habuit orbis pestilentius; adeo confictis titulis, prodigiosa ciborum abstinentia, simulatione paupertatis, falsa continentiae specie, aliisque praescriptis immanibus ac supra modum rigidis, tum portentosis fabulis philosophiae fuco lenocinioque commendatis, fumos ac praestigias quasdam offundebant hominum mentibus, vt possent vel electis imponere. Ab his histrionibus impositum est iuueni, nondum baptizato, nondum catechumeno, sed per omnes rerum species veritatem velut in somnis adamatam persequenti. Affectus erat pius, error simplex et humanus. Nec tamen illorum viciis inquinatus est, nec diutius haesit impio dogmati; et fortassis ob hoc ipsum Dominus passus est illum ad tempus labi, vt efficacius alios ab errore pestifero vel arceret vel reuocaret. A catechismo vero sic protinus ad Christi regulam vitae rationem instituit, perpetuoque tenore semper ad meliora proficiens, institutum persequutus est, vt etiamsi quod crimen in illum ab haereticis impingeretur, nequaquam haereret; et qui intendere sunt ausi, nihil aliud quam impudentiae lucrifecerint opinionem.

Hoc de testimonio. Quod ad sobrietatis laudem attinet, quanquam erat corpore delicato, quemadmodum raro solent ingenia insigniter felicia robusta sortiri corpora, sic dispensante natura vt quod animi viribus additum est, corporis detrahatur, tamen illius mensa fere nihil habebat praeter holera et legumina, nisi quod interdum nonnihil etiam carnium admiscebatur, idque vel propter hospites vel ob imbecilliores, vt agnoscas sobrietatis studium cum humanitate coniunctum. Bibebat vinum, sed sic vt Timotheus Pauli consilio, neminem praescriptis adigens, sed firmiores exemplo suo prouocans, infirmioribus clementer indulgens, in his duntaxat quae per se nec pium faciunt nec impium; vt facile perspicias non Pharisaicam iusticiam, sed vere Christianam pietatem summo iudicio summaque mansuetudine conditam ac temperatam.

Haec est illa sobrietas quam Apostolus cum primis requirit in episcopo, cui comes est vigilantia; quam et ipsam singularem quandam in hoc mirari licet. Diem totum precationibus, sacrificio, doctrinae, disputationibus, audiendis causis, componendis litibus, confutandis haereticis dabat, noctis bonam partem sacris lucubrationibus decidebat: itaque factum est vt non solum obeundis ecclesiae suae negociis sufficeret, verum etiam alias ecclesias vel oratione praesens vel scripto absens moneret, doceret, institueret, confirmaret.

Iam sobrietatis et vigilantiae comes est castitas, quae praecipuum est episcoporum decus et ornamentum. Huius illi tanta cura fuit vt nec sororem, licet Deo dicatam, nec propinquo gradu

39. a^2: Manicheorum a^1. 50. efficacius *add.* a^2. 54. a^2: prosequutus a^1. 67. perspicias a^2: agnoscas a^1. 73. a^2: doctrina a^1.

cognatas foeminas, ad domesticum admitteret contubernium, et collegia mulierum quae instituerat, raro admodum inuiseret; nec omnino cum vlla foemina misceret colloquium, nisi praesentibus clericis aut aliis matronis, nisi forte quid esset arcani quod vnius auribus esset committendum. Hic charitas admonuit maledicorum sibila contemnere. Nec enim vsque adeo putabat seruiendum improborum linguis vt necessarium officium hac gratia praetermitteretur. Vbi non vrgebat necessitas, ad cautionem suam redibat: non quod sibi metueret, sed quod parum esse iudicaret episcopi pudiciciam esse integram, nisi et famam haberet illibatam. Rursus non satis habebat si suam vnius famam intactam a sinistris rumoribus praestitisset, nisi clericos etiam haberet integri nominis.

Porro linguam habebat in tantum ab omni petulantia puram, vt etiam cum procacissimis haereticis vel scripto vel sermone disputans, mire temperet a conuiciis; sed Scripturarum modo testimoniis et argumentis veritatem asserit, impietatem refellit, adeo vt ne lacessitus quidem regerat maledicta. Eandem moderationem obtinuit in castigandis improborum moribus, vt lenitate sanaret potius quam austeritate exasperaret. Proin episcopum Africae quendam, natione Italum, litteris adhortans vt populum suum a vernaculo more temulentiae reuocaret, et ad Italicae sobrietatis exemplum prouocaret, illud diligenter admonuit, ne id faceret acerbius obiurgando, sed lenibus monitis paulatim inueterato morbo mederetur. Hoc est quod Paulus non vult episcopum esse πλήκτην, quemadmodum interpretantur Graeci, et hos sequutus Hieronymus. Alioqui quid laudis habeat in episcopo, si non sit percussor, hoc est si neminem ferro vulneret aut occidat aut manu depalmet?

Adde quod mensam habebat perquam frugalem quidem, vt diximus, sed hospitibus expositam, magis frugiferis sermonibus quam exquisitis eduliis opiparam. Ad hanc pendebat distichon, ceu lex quaedam, detestans maledicentiam et obtrectationem in absentes; qui morbus fere peculiaris est iis qui alioqui pietatem profitentur, quum nihil sit alienius a vera pietate. Obrepit enim haec pestis probitatis imagine, dum videri vult viciorum odium ac virtutis zelus. A quo malo sic penitus abhorruit vir sanctissimus, vt interdum nec episcoporum autoritati cesserit, quin se minaretur e conuiuio surrecturum nisi a talibus fabulis temperarent. Eoque fere vel sacram lectionem adhibebat mensae, vel de re quapiam frugifera commentabatur, vt non minus animi conuiuarum reficerentur quam corpora.

Iam quod Apostolus vult episcopum ἄμαχον esse καὶ μὴ αἰσχροκερδῆ, hoc est non pugnacem siue litigiosum, nec turpiter lucro deditum, id adeo praestitit vt saepenumero causam totam cesserit

86–7. Hic . . . contemnere *add.* α^2. 89–90. Vbi . . . redibat *add.* α^2. 102. Africae *add.* α^2. natione *add.* α^2. 104. β: admoneret α^1: admonuerit α^2. 105. α^2: faciat α^1. α^2: leuibus α^1. 106. α^2: medeatur α^1. 109–10. aut manu depalmet *add.* α^2. 113. αLB: opiperam *N*. 116. quum . . . pietate *add.* α^2. 122. conuiuarum *add.* α^2.

103–4. Italicae sobrietatis] Cf. Ep. 2209. 162.

aduersario, pro magno lucro ducens si quietem animi rei dispendio redemisset. Multas haereditates vltro delatas Ecclesiae recusauit, vnde suspicabatur ab haeredibus aliquid exoriturum vel litis vel querimoniae. Cuidam qui possessionem volens donarat Ecclesiae, ac post liberalitatis poenitens reposcebat quod dederat, Augustinus et tabulas et rem restituit, quum optimo iure summoque omnium applausu posset submouere improbum repetitorem. Interdum et sacris vasis diuenditis pauperum inopiam subleuabat. Quin aliquoties tentasse legitur, vt vniuersum Ecclesiae censum populo resignaret; sibique ac suis nihil faceret reliquum ad victum nisi quod spontanea plebis liberalitas quotidie deferret. Quumque annos xl. aut eo amplius episcopi munere summa cum laude functus esset, adeo nullum thesaurum sibi congesserat vt decesserit intestatus, non tam quod testandi ius deesset quam quod materia. Haec non eo commemoro quod existimem horum temporum episcopos ad hanc imaginem compellendos, sed vt declarem quantopere sanctissimi praesulis animus abhorruerit a sordido quaestu, et hunc comitari solitis litibus.

Praecipue vero *τὸ διδακτικὸν*, quae potissima functio praesulum est, sic in illo modis omnibus aenituit, vt neminem habeamus nec ex Graecis nec ex Latinis, quem hac sane in parte cum hoc conferre possimus. Ingenii felicitas prorsus erat incomparabilis, siue spectes acumen vel obscurissima facile penetrans, siue capacis memoriae fidem, siue vim quandam mentis indefatigabilem. Difficultatibus quaestionum alebatur. Huc quisquis prouocabat, prorsus equum, vt habet prouerbium, in planiciem inuitabat; nec vllis materiis lubentius indulsit quam quae subtilitate torquerent, nec conquiescebat donec nodos omnes explicuisset. Ad docendum semper erat paratus, non aliter quam auidus negociator ad lucrum.

Aderat interim admiranda quaedam animi lenitas, quam Paulus vocat *μακροθυμίαν*, atque adeo mansuetudo quaedam inuincibilis. Hanc Petrus appellat *πραΰτητα*: quam Plato putat non ita frequenter deprehendi in his quibus contigit acrius ingenium. Id perspicuum est ex conflictationibus quas plurimas habuit cum haereticis; quorum alii miris technis studebant eludere pondus inuictae veritatis, alii superfluis et alienis tergiuersationibus tempus eximere, alii conuiciis a disputatione ad iurgium prouocare, alii stolidissimis responsis fatigare vexareque contra disserentem. Nihil horum vnquam potuit efficere quo minus ille rem vrgeret, repetens, iterans, inculcans quae vtrinque dicta fuerant, idque tam dilucide, tam explanate, vt imperita quoque multitudo peruideret haereticis nihil esse reliquum praeter impudentiam.

Hac mansuetudine cum instantia pertinaci coniuncta plurimos sanauit haereticos, deuicit omnes. Nam quemadmodum, iuxta vetus dictum, Africa semper aliquid noui mali solet gignere, ita tum variis haereseon monstris infestabatur. Et erat ea gens

137. deferret a^2: offerret a^1. 140. tam *add.* a^2. quam a^2: sed a^1. 143. a^2: abhorreat a^1. 146. ęnituit a^2: enituit $a^1 \beta$. 147. cum hoc *add.* a^2. 150. mentis *add.* a^2. 158–9. inuincibilis hanc a^2: indefatigabilis quam a^1.

152. prouerbium] See *Adag.* 782. 172. dictum] See *Adag.* 2610.

nec sobria nec satis firmae fidei, nouarumque rerum supra modum auida, alioqui vafra et arguta. Aduersus haec portenta dictu mirum quam strennuum pugilem egerit Augustinus. Deiecit Pascentium Arianum, licet autoritate potestateque publica formidabilem. Traduxit Manicheorum prodigiosas fabulas, et obscoena mysteria protraxit in lucem: nam haec prodidisse, erat vicisse. Donatistas et Circumcelliones, pertinax malum, multis conflictibus tandem fudit, profligauit, deleuit. Postrema lucta fuit cum Pelagianis. Denique paganorum reliquias magna ex parte deleuit in Africa. Et ad tantas res conficiendas non vi, non armis, non copiis, non carceribus aut incendiis vsus est, sed solo gladio Spiritus (quod est verbum Dei); atque armis Apostolicis tot victorias, tot triumphos parauit Ecclesiae Christi: licet aduersus Donatistas et Circumcelliones, quoniam ipsi ferro rem gerebant, adhibita sit tandem Caesaris autoritas, refragante primum Augustino, mox Caesaris aedictum sic intercessione sua moderante, vt plaerisque multa auraria redderetur iis qui persoluerant. Summa vero cura intercessit apud Caesareos magistratus ne quis haereticorum occideretur. Cupiebat amicus medicus superesse quos arte sua sanaret. Imo, quod est maioris clementiae, his etiam vitam impetrauit, a quibus orthodoxi quidam fuerant nefarie trucidati.

Haec sanctissimi praesulis clementia non eo commemoratur a nobis vt animum addamus impiis, qui falsis dogmatibus scindunt ac labefactant Ecclesiam Christi, sed vt ostendamus quanta mansuetudo deceat doctorem ecclesiasticum. Non ideo Caesarum leges robur non habebant, quod harum seueritatem aliquando piorum hominum intercessio mitigaret, praesertim vbi manifesta poenitentiae signa spem vitae correctioris praeberent. Nec enim ideo non est iusta lex, quae iubet homicidam plecti capite, quod episcoporum pietas talibus nonnunquam impetrauit vitam. Alioqui latronem dimittere, in plurium perniciem grassaturum, non est clementia sed crudelitas. Proinde, quemadmodum ad tuendam reipublicae tranquillitatem necessaria est legum principalium seueritas, ita laudanda est in episcopis Christi vicariis Christiana lenitas: quae tam singularis fuit in hoc praesule, vt cum in ciuitate quadam pagani contra Caesaris aedictum publicitus impetum fecissent in Christianos, multisque vexatis vnum atque alterum occidissent, aut certe parassent occidere, iamque seueram Principis vltionem expectarent, quidam ex ipsis eruditus per litteras ab Augustino petierit, vt intercessione sua Caesaris iram mitigaret. Tam insignis erat sanctissimi praesulis mansuetudo, vt hostis et idololatra non vereretur ab hoc petere quod vix amicus ab amico auderet flagitare. Quo impudentior est postulatio, hoc magis arguit vix credibilem Augustini mansuetudinem.

Eadem mansuetudine moderatus est collegia virorum ac mulierum, quae iuxta regulam Apostolicam aliquot instituit. Leuiter delinquentium poena erat admonitio; grauius peccantium obiur-

188. primum *add.* a^2. 189. sic intercessione sua *add.* a^2. 209. tam *add.* a^2. 216. a *Lond.*: veretur N^3. 220. a^2: Leniter a^1.

gatio; desperatorum et insanabilium veluti capitale supplicium erat, e contubernio piorum eiectio. Clericos suos quos tedebat iuxta episcopi institutum viuere, patiebatur ad alios episcopos demigrare, qui clericos suos non adigebant ad domus ac vitae communionem. Amabat perfectam pietatem, sed spontaneam, non extortam.

En aliud in hoc episcopo miraculum! In tam multis, tam eximiis virtutibus, quam nullum omnino supercilium! Dicas illum paterna maternaque viscera erga cunctos gerere, malos parturire vt renascantur in Christo, imbecilles veluti gallinam sub alis fouere ne pereant, bonos prouehere vt adolescant. Nullus erat tam deploratus haereticus aut alioqui flagitiosus, de quo spem prorsus abiiceret, donec ille spiraret. Sic in libris suis agit cum haereticis, non solum vt reuincat, verum etiam vt quod quidem in ipso est, sanet. Sic obiurgat improbos, vt semper vino seueritatis admisceat oleum lenitatis. Nihil est vsquam tam austerum, quod non interim spiret Christianae charitatis dulcedinem; quae, iuxta Paulum Apostolum, omnia suffert, omnia sperat, omnia credit. Erat vnius ciuitatis Episcopus, cui nomen Hippon Regius, quasi dicas Equile Regium: nam erat eiusdem nominis altera in eodem littore ad exortum, cognomine differens; διάῤῥυτος enim dicebatur. Sed omnium ecclesiarum sollicitudinem in se recepit, episcopos earum vel coram vel missis voluminibus et epistolis instruens ad Euangelii praedicationem, armans aduersus haereticos. Porro, quoniam vir prudens perspiciebat librorum vsum multo latius patere quam vocis, in hanc operam quicquid potuit temporis suffurabatur.

Ad hoc quo plus haberet ocii, discutiebat humiliora negocia; quae tametsi non aduersabantur pietati, tamen ab optima parte Mariae nonnunquam auocabant. Itaque conciliandis matrimoniis autor esse recusabat, iuncta tamen, sua benedictione confirmabat. Nec aedificandi cura sustinebat occupari, licet alios id agentes non reprehenderet. Nec omnium epistolis respondebat, nisi si quid tractarent ad religionis pertinens negocium. Postremo, ingrauescente iam aetate successorem sibi designauit, ad quem leuioris momenti causae deferrentur, ipse vacaret melioribus. Quo tempore libros omnes suos collegit, recognouit et in ordinem digessit, ne vel interirent complures (quod Ambrosianis scriptis accidisse videmus), aut mendosi deprauatique versarentur in manibus hominum.

O virum ad totius Ecclesiae publicam vtilitatem natum, factum, datumque diuinitus! quam vbi conspiceret Wandalorum, Gottorum aliorumque barbarorum qui ex Hispaniis in Africam eruperant, incursione turbari, iam huius vitae coepit tedere, quodque solum potuit, consolatus suos et hortatus ad tolerantiam, e viuis excessit.

222–3. veluti . . . erat *add.* a^2. 223. e a^2: a a^1. 224. episcopi a^2: suum a^1. 226–7. Amabat . . . extortam *add.* a^2. 237. a^2: lenitas a^1. 241–2. in . . . dicebatur (quod autore Plinio nobis sonat dilutum. Vnicae igitur ecclesiae sponsus erat *quod postea deleuit*) a^2: sine cognomine a^1. 244. a^2: instruit a^1. 263. a^2: datum a^1. 265. turbari *add.* a^2.

242. διάῤῥυτος. See Pliny *N. H.* v. 4, 23.

Tanto ardore vir spiritu Christi plenus amabat atque, vt ita loquar, deperibat decorem, profectum ac tranquillitatem domus Dei. Hoc hoc nimirum erat summum illum Ecclesiae sponsum imitari; nam et suae quisque Ecclesiae quodammodo sponsus est omnis episcopus. Ille dixit, 'Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis'. Hic qui nullum vnquam periculum metuit quoties ecclesiae commodis seruiendum erat, cui vita erat acerba posteaquam ecclesiae malis non potuit succurrere, quam lubens illam impendisset ouibus suis, si modo eius dispendio, gregis salutem redimere licuisset! Optabat cum Paulo vel anathema fieri pro filiis suis.

Haec pietas, haec charitas, hic ardor pectoris facit vt omnia illius scripta non minus inflamment ad pios affectus quam doceant intellectum. Sunt enim qui friuolis argutiis vtcunque delectent ociosos. Sunt qui subtiliter doceant necessaria, sed non efficiunt vt quod intelligitur ametur. Sunt rursus qui excitent ad studium pietatis, sed excitatos doctrina non prouehunt. Frustra intelligas, nisi diligas quod percepisti. Ad quid autem conducit caecus amor? Scientia, si absit charitas, inflat: charitas absque scientia nonnunquam perniciosa pro salutiferis amplectitur. Sed vtraque res alterius opem poscit, et coniurat amicae. At hic incomparabilis doctor, simulatque maturuit in Christo, neglectis sophistarum ineptis argutationibus, ingenii plusquam aquilinam aciem ad necessariae veritatis inuestigationem intendit; ita subtilis in disputando, si res postulet acumen dialecticum, vt semper dimittat lectorem, non tantum eruditiorem verum etiam ad bene viuendum inflammatiorem. Quid enim aliud potest ignis, vbicunque ponas, quam vrere? Amabat vehementer quod docebat, docebat argute quod amabat; vtrunque gignit in eo qui scriptis illius propius intendit animum.

Rhetoricae multa sunt cum Dialectica communia. Rhetorum libros ad plenum imbiberat. Platonica philosophia (quoniam rhetorica quadam suauiloquentia multa tradit de rebus a corpore separatis, et his quae sensibus deprehendi non possunt sed animi cernuntur oculis, non pauca miscens Christianorum placitis consentanea) videtur impensius delectatus. Ex Aristotelica philosophia, vel quia ieiuniore stylo tractat res subtiles, vel quia nondum in publicum vsum venerat apud Latinos, nihil degustasse videtur praeter libros De enunciatione, De categoriis siue De decem generibus generalissimis, et De quinque vocibus praedicabilibus; quem librum velut εἰσαγωγὴν ad Aristotelis philosophiam aedidit Porphyrius. Nec vsquam vllo vestigio depraehendere licet quod eiusdem libros quos De topicis, analyticis et elenchis, De naturalibus rebus et vltramundanis, De moribus et republica multos reliquit, vsquam attigerit: vt ne commemorem tot Graecos Aristotelis interpretes. Et tamen hic ipse qualiscunque Aristo-

268. deperiebat *N*. 284. Ad *add.* α^{2}. 287. amicę α^{2}: amicae β: amice α^{1} *LB*. 289. *a Lond.*: argutionibus N^{3}. 298. *a Lond.*: in biberat N^{3}. 301. miscens α^{2}: tractans α^{1}. 309. de *ante* naturalibus α^{2}: deque α^{1}. 310. de moribus et republica *add.* α^{2}.

287. coniurat amicae] Cf. Hor. *A. P.* 411.

telicae logicae gustus, dialectici non solum opinionem illi conciliauit, verum etiam magnam apud haereticos conflauit inuidiam; quod quum veritatis pondere premerentur, clamarent se artificio dialectices circumueniri. Siquidem illis temporibus tanta fuit apud Afros huius artis ruditas, vt qui sciret distinguere substantiam ab accidente, genus a specie, relatiuam vocem ab absoluta, vulgo dialecticus haberetur: quo nomine Iulianus visus est vnus idoneus qui cum Augustino manus ex aequo consereret.

Sed Dialectica fuit antequam quisquam de Dialectica praeciperet: nec enim est de numero earum disciplinarum quas instituit hominum voluntas, sed quas animaduertit sagacitas, qualis est Arithmetica. Tanta autem erat in Augustino tamque mirabilis ingenii felicitas, tanta sanitas tantaque praesentia, vt ne ex istis quidem qui posterioribus seculis bonam aetatis partem in Dialectica contriuerunt, quenquam inuenias qui citius aut certius perspiciat causae scopum, qui dexterius ad hunc rationes et Scripturarum testimonia dirigat, qui felicius nodos quaestionum dissecet. Multa non scripsit, sed dictauit; plaeraque per notarios ex ore loquentis excepta sunt, cuiusmodi ferme sunt Enarrationes Scripturarum ad populum, quos ipse 'Tractatus' appellat aut 'Conflictationes cum haereticis'; quae olim publicitus apud plebem fieri consueuerunt. Nec alibi mihi videtur admirabilior. Quibus mediocre contigit ingenium, si lucubrandi curam adhibeant, excudunt interdum aliquid non contemnendum. Caeterum in extemporali dictione tantam adesse mentis perspicaciam, tantam memoriae praesentiam, tam paratam orationis copiam, non sine perpetua quadam iucunditate, quis non miretur? Quis hoc hodie praestare queat, vel ex istis qui studium omne collocarunt in paranda dictionis facultate?

Sed quo dilabor? non enim institueram encomium Augustini: quod si suscepissem, haec quota portio laudum illius erat? Illud tantum volebam ostendere, quam dolendum fuerit tantum Ecclesiae thesaurum tam sero per typographos prodisse in publicum, quem maxime referebat in omnium versari manibus. Deterrebat nimirum illos impendiorum magnitudo. Primus hoc aegregium facinus ausus est vir singulari pietate Ioannes Amerbachius, re sat beatus, sed animi dotibus longe beatior, quem nec sumptus immensi, nec in conquirendis vndecunque exemplaribus instantia, nec in conferendis tedium, nec operis difficultas, nec distractionis alea, nec vlla res alia deterruit quo minus totum Augustinum redderet omnibus communem. Non huc inuitauit virum quaestus amor; sed syncera pietas, quam omnes illius praefationes spirant, ac reuocandi priscos illos Ecclesiae doctores studium, quos videbat ac dolebat propemodum antiquatos. Proinde non dubito quin illius manibus bene precentur omnes qui per Augustini libros ad pietatem

313. α^2: dialectices α^1. illi *add.* α^2. 314. quod quum . . . 316. circumueniri *add.* α^2. 322. disciplinarum *add.* α^2. 323–4. qualis est Arithmetica *add.* α^2. 328. α^2: adhuc α^1. 334. α^2: consueuit α^1. 337. dictione *add.* α^2. 347. egregium β. 355. reuocandi α^2: venerandi α^1.

---

348. Amerbachius] See Ep. 309. 9n.

profecerunt. Idem in vniuersas Hieronymi lucubrationes maiore etiam studio molientem Deus ad superos euocauit. Eam tamen prouinciam tribus filiis, Brunoni, Basilio, et Bonifacio, quos in hoc curarat trium peritia linguarum instituendos, moriens delegauit: per quos non minore studio quam fide peractum est quod optimus pater voluit. Sic enim illos et ad pietatem et ad eruditionem educarat, vt quodam modo se maior ac melior in illis superesset, hodieque supersit. Nam natu maximus tantum in fata concessit.

Tot sunt examina monachorum in orbe, quorum ocium magnis censibus alitur. Tot sunt abbates opimo reditu, nihil aliud quam aedificantes vel alentes equos vel epulantes. Hic erat illorum proprius labor, quem homo laicus sua sponte suscepit. Atque in Augustino quidem tantum adhibitum est ab illo curae, studii, vigilantiae, quantum illa tum ferebat aetas, rudior adhuc, et perpaucos habens in hoc genere litterarum excercitatos. Illud potius mirandum, quod quum Augustini lucubrationes tot iam annis versentur inter manus eruditorum, nulla extiterit de illo publica querimonia, quemadmodum de Hieronymo nemo non querebatur. Atqui ni multos haberem testes qui operi excudendo vel praefuerunt vel adfuerunt, nemo mihi crediturus sit quantum mendarum offenderim ac sustulerim, etiam illinc, vbi nihil esse deprauatum putabatur. Habet enim Augustinus suum quoddam dicendi genus, argutum et periodis in longum productis multa conuoluens, quod lectorem et familiarem et acutum et attentum et bene memorem requirit, denique tedii laborisque patientem, quales non ita multos reperias. Iam tametsi prophanas litteras parcius ostentat quam Hieronymus, tamen obiter ad eas frequenter alludit. His rebus factum est vt lector audaculus magis quam argutus mutarit quicquid offendebat.

Verum quae vel librariorum incuria vel lectorum inscitia commissa sunt, habent vtcunque colorem, quo culpam liceat si non excusare, certe extenuare: quanquam hanc oportuit esse publicam principum, praesulum et abbatum curam, vt vtilium, sed praecipue sacrorum, voluminum exemplaria, per eruditos viros quam diligentissime castigata, seruarentur in publicis bibliothecis. Illos vero quis absoluat a sacrilegii crimine, qui nec errore nec vlla necessitate, sed inepta libidine, studio mutarunt huius viri scripta? vertentes *que* in *et*; *et* in *que*; *sed* in *at*; *at* in *sed*; *dixit* in *ait*; *ait* in *dixit*; verbum in participium; participium in verbum; aliaque innumera his consimilia, quasi luserint in opere alieno.

Hoc flagitium quum alias, tum praecipue deprehendimus in libris De Trinitate. Deprehendimus autem ex collatione codicis, quem nobis praebuit Flandriae monasterium quoddam, cuius nomen in praesentia non occurrit, sane bellum ac vetustum, dixisses bonae fidei magnaeque autoritatis exemplar. Vix vnquam occurrebant duo versus quin esset quod iugularet transuersus

364. quodam modo *add.* a^2. 365. hodieque . . . concessit *add.* a^2. 400–1. quoddam . . . occurrit *add.* a^2, *vbi lacunam dederat* a^1. 402. vnquam *a*: enim *N*.

360. filiis] See Epp. 331, 408 introd. 399. De Trinitate] See Ep. 1547. 8n. 400. monasterium] Gembloux; see Ep. 1547. 9n.

calamus. Hic non erat error aut oscitantia, sed impius ludus hominis male feriati. Alibi nescio quis sententias expleuerat, adiectis verbis aliquot non necessariis: velut quoties beatus Augustinus citabat e Scripturis canonicis quantum ad id quod agebatur satis erat, ille Scripturae testimonium altius repetitum, ex eodem loco longius prosequebatur, quum nihil esset ad rem necesse. Id praecipue factum comperimus in Commentariis quos scripsit in Epistolam ad Romanos et ad Galatas. Risimus non paucis locis insignem scribarum delirationem, qui quod lector ineptiens annotarat in mergine sui codicis, retulerant in contextum. Ex multis duo proponam exempla, quorum alterum est in epistola .58. vbi leguntur haec Augustini verba: 'Hos autem Prophetas quos post Apostolos posuit, non puto illos esse qui ordine temporum ante Apostolos fuerunt, sed istos quibus iam sub Apostolis per gratiam donabatur aut interpretatio Scripturarum et inspectio mentium, aut praedictio temporis sequuturi'. In priore aeditione participium *sequuturi* a suo nomine *temporis* prolixo verborum assumento diuulsum comperimus; idque non solum insigniter indoctum erat ac stultum, verum ne ad rem quidem tantillum faciens. Non enim illic ambigebatur qui essent Apostoli, et vnde ducta vox, sed de quo prophetarum genere loqueretur illic Apostolus.

Non repetam hic longum nugamentum, ne sim tedio; decerpam modo pauca, vnde facilis sit coniectura quam coetera nihil habeant mentis. Hunc in modum orditur: 'Si enim ego ipse, vt de his quid sentiam habeas, differentiam facturum me sperauerim'— agnoscis sermonis florem. Ac mox: 'Vt enim ad vim termini proficiscar, Apostolos Graecum, dicitur ab *apos*, quod notat augmentum vel praeminentiam, et *scolon* quod est missio; quasi praeminenter missus ad augmentationem scilicet fidei catholicae, vel *Apostolus* quasi *post missus*', etc. Quid hac deliratione prodigiosius? *Apos* enim apud Graecos tantum significat quantum Kiskildriuium apud Latinos, et *scolon* Graecis sonat offendiculum. Deinde stultissime imaginatur, in nomine *apostolus*, *apost* additum pro *postmodum*, pro quo barbari dicere solent *depost*. Atqui si Graeca vox est *Apostolus*, vt ipse docet, vnde illic Latina praepositio *post*? Sequitur, 'Propheta autem a *pro*, id est procul, et *for, faris*; quum Propheta Graecis nihil aliud sonet quam Latinis praedictor'.

Haec proposuisse satis arbitror ad totius nugamenti gustum quendam; quod ita attextum est quasi quis pro Augustino Paulinum doceat, de quo significarat se dubitare. Alter locus est in libro secundo De sermone Domini in monte habito. Quoniam inter fructus spiritus Paulus commemorat gaudium, ne quis

405. expleuerat a^2: explanauerat a^1. 408. altius repetitum *add.* a^2. 411. ad *ante* Romanos *add.* a^2. 413. margine β. 421. comperimus a^2: rat a^1. 430. enim aN^3: iam N^2. 431. Apostolos β: Apostolus a. 437. apostolus a *Lond.*: apostolos N^3. 446. Paulus *add.* a^2.

436. Kiskildriuium] I can find nothing about this word. Mr. H. W. Garrod has given me the ingenious suggestion that it was perhaps a students' slang word formed from *quisquiliae* on the model of *quadriuium*.

existimaret illum de quouis gaudio loqui, sic locum explanat Augustinus: 'Sane sciendum est hic gaudium proprie positum. Mali enim homines non gaudere sed gestire dicuntur proprie, sicut superius diximus voluntatem proprie positam, quam non habent mali', etc. Haec Augustini verba quum nihil habeant obscuritatis, tamen aliquis conatus erat dilucidius scilicet explicare sententiam hisce verbis: 'Neque gaudium virtutis sit, sicut voluntas, et haec potius ad sanctos pertinent; ad peccatores vero gestus magis et cupiditas deputanda sunt'. Et hoc tam insulsum nugamentum e spacio merginis in contextum relatum aliquamdiu nos torsit. Cum huiusmodi portentis fuit nobis subinde luctandum.

Alius ex vndiquaque decerptis frustulis veluti nouum opus Augustini titulo construxerat, alius aliena cum Augustini scriptis miscuerat, alius ex quaestione fecerat epistolam, assutis initio paucis verbis. Ne singula persequar, vix in alterius tam impie quam in huius sacri doctoris voluminibus lusit ociosorum temeritas: vt omittam interim pseudepigrapha, quaedam non inerudita, quaedam vix tolerabilia, quaedam prorsus indocta. Verum in omnibus quae illi falso sunt inscripta, nihil insulsius aut impudentius Sermonibus ad Eremitas, in quibus nec verba nec sententiae nec pectus, nec omnino quicquam est Augustino dignum; et tamen quisquis hoc opus confinxit, homo suauis sibi promisit futurum vt Augustinus crederetur; et sane repererunt similes labra lactucas. Nihil tamen horum submouimus, nisi quod ea quae bis aut saepius habebantur inter huius viri lucubrationes, sat habuimus semel ponere, ne voluminum magnitudinem superuacua sarcina oneraremus. Censuris tantum additis indicauimus quid nothum esset, quid ambiguum, quid commixtum. Haec igitur in tam eximio scriptore committi sane dolendum est; sed aeque mirum super his nullam hactenus fuisse studiosorum querimoniam: vnde coniectura capi potest diuum Augustinum antehac a plaerisque theologis aut non legi solitum, aut indiligenter fuisse lectum. Ne mihi quidem vnquam persuaderi potuisset, tantum in tam celebri scriptore latuisse mendarum.

Equidem nihil minus habebam in animo quam hanc capessere prouinciam. Deterrebat immensa voluminum moles, et operis difficultas iuuenile robur ac prorsus adamantinum quendam hominem exigebat; me vero iam et aetas et valetudo ab hoc genere laborum in totum dehortabatur. Sed felicis memoriae Ioannes Frobenius, vir ob singularem erga studia fauorem omnium studiosorum amore perhenni dignus, tandem illud a me precibus extorserat, vt in Epistolis vnicum senionem emendarem, quo

457. marginis β. 462–3. in alterius ... huius a^2: impie in tam a^1. 464. a^2: speudepigrapha a^1. *Cf. Ep.* 1570. 1. 470. a^2: Augustini a^1. 471. qua de re suo loco plenius disseremus. Nunc non vacat indulgere stomacho *post* lactucas a^1: *del.* a^2. 474. tantum *add.* a^2. 477. a^2: studiorum a^1. a^2: quaerimoniam a^1. 482. a^2: capescere a^1. 488. perhenni *add.* a^2: perenni *N*.

448. gaudio] Gal. 5. 22.

487. Frobenius] See Ep. 1900. Dr. A. Hartmann shows (*Basilea Latina*, 1931, pp. 134n, 200) that the date of his death can be more nearly defined; for the Hebrew inscription on his tombstone states that he was buried on 26 Oct. 1527.

posset operis specimen in proximis nundinis ostendere. Pollicitus sum, sed hac lege ne quid speraret amplius. Annuit. Coeterum quum perspicerem illi certum esse consilium volumen Epistolarum absoluere, neque quenquam esse paratum qui posset, aut certe vellet, emendandi partes obire, vicit animi destinationem quum singularis amici pertinax voluntas, tum ipsa negocii pietas. Hoc volumen totum ad me recepi, sed vnicum; etiam atque etiam testificans vt si pergere vellet, alium inueniret castigatorem, nec me suo quoque dispendio, non modo studiorum, a melioribus curis auocaret. Quid multis? quum nullus existeret qui vellet eam sarcinam in humeros tollere, et Ioannes Frobenius asseueraret stare sententiam vt, si non daretur aliud, totum Augustinum, qualis qualis erat, rursus excuderet; ego, partim amici respectu cui nihil pernegare valebam, sed multo magis inexpiabile piaculum esse reputans, si tam eximius Ecclesiae doctor, tot mendis obsitus, tantis impendiis denuo prodiret in orbis theatrum, hoc insigniore deformitate notabilis, quo magis elegantia formularum ac maiestate voluminum oculos omnium ad se rapturus esset, perinde quasi purpuram eximiam ostendas foedis maculis deformatam, passus sum imponi mihi clitellas.

Tandem vbi tantum pelagus ingressus ventis vela dedissem, longe plus quam expectaram comperi difficultatis, vt non semel animum desponderim, deque deserendis institutis cogitarim; ad quod ipsum aeuidens etiam valetudinis periculum inuitabat aut, vt rectius dicam, compellebat. Iam me terrebat et exemplum Ioannis Frobenii, quem videbam huic immortuum negocio, virum alioqui quum firmo corpore, tum vita longissima dignum. Verum quod prima fronte deterrebat a negocio, hoc ipsum propius consideranti stimulos addebat. Non enim oportet bonorum virorum amicitiam vitae spatio terminari, praesertim quum huius difficillimi negocii moles in filios illius Hieronymum et Io. Erasmium, reliquosque liberos esset deuoluta: quibus hoc minus oportebat deesse, quod tali patre essent orbati. Nam quicquid erat erga Frobenium affectus, in hos transtuli. Itaque obfirmato animo, sic vt operi tam sacro satius ducerem animam impendere quam semel susceptum non absoluere, taedium omne deuici. Quoque sum altius ingressus, hoc labor assuetudine factus est leuior; ipso, vt opinor, Augustino ceptis nostris prospera fauoris aura coelitus aspirante, donec tandem procul aperiret sese portus: in quem propicii numinis auxilio delati, laetum celeuma nunc canimus.

In digerendis porro voluminibus hunc ordinem sequuti sumus:

In Primum volumen contulimus ea ex quibus tota Augustini vita, mores, ingenium et affectus perspiciuntur; quod hoc pacto

491. sum *add.* a^2. 493–4. posset . . . vellet a^2: vellet aut posset a^1. 495. singularis *add.* a^2. 502. qualis *add.* a^2. 509. passus . . . clitellas *add.* a^2. 511. expectaram a^2: speraram a^1. 513. ęuidens a^2: euidens $a^1\beta$. 517. quod prima . . . 523. Itaque *add.* β; *necnon* a^2, *in scheda quae hodie latet.* 529. nunc *add.* a^2.

520. Hieronymum] See Ep. 903. 2n. Erasmium] See Ep. 635. 20n.

futurum arbitrarer, vt et rectius intelligerentur et auidius legerentur. Amor enim doctoris et attentum reddit et lubentem discipulum. Adiecimus eiusdem Progymnasmata, quibus vel infans adhuc in Christo vel nouus tyro felicissime praelusit ad aegregia facinora.

Secundum volumen dedimus Epistolis, partim quod in his quoque permulta sunt quae scripsit iuuenis, partim quod ex his maxime deprehenditur si quid in illius natura fuit peculiare.

Tertium et Quartum dedimus his lucubrationibus quas ad docendum parauit.

Quintum habet Ciuitatem Dei, quod hoc opus simul et docens et confutans errores maxime paganorum, vtrimque mixtum esset. In hac portione nihil est nostrae industriae, quod hanc prouinciam, hortatu meo, sibi proprie sumpsisset vir apprime doctus Ioannes Lodouicus Viues.

In Sextum et Septimum distribuimus pugnas aduersus diuersas haereses.

In Octauum et Nonum collecti sunt Tractatus, sic enim appellat Augustinus Scripturarum enarrationes apud populum habitas nisi quod in Nonum farraginem quandam adiecimus libellorum, quos viri nescio qui spirituales in hoc parasse videntur, vt affectum suum ad rerum coelestium amorem inflammarent.

Decimum volumen complectitur Homilias variis argumentis, in quibus permulta sunt aliena, quemadmodum et in Nono.

In singulis ne nullus esset ordo, vel sacrorum voluminum quae interpretatur ordinem, vel haereseon origines sequuti sumus. Ipse Augustinus in libris Retractationum maluit aetatis suae et in Christianismo progressuum ordinem sequi, recensens quae scripserit catechumenus, quae sacro lauacro renatus, quae presbyter, quae episcopus. Nisi quod Epistolis et Tractatibus suum locum destinasse videtur: quam huius curae partem non absoluit, vt ex ipsius aliquot scriptis apparet. Siquidem hoc moliebatur iam extrema senecta, veluti praesagiens extremum imminere diem, tantoque studiosius agens, vt quoniam vocis officio diutius Ecclesiae prodesse non poterat, in libris illi superesset quatenus licebat, et emendatus et integer. Quod propemodum assequutus est. Vix enim ex alterius monumentis minus intercidit, a deprauatoribus nihil omnium potuit vnquam esse tutum.

Nostram operam hic non exaggerabimus; conferat cui vacat, et agnoscet. Nec tamen ausim polliceri nihil resedisse quod egeat emendatore. Alicubi nos destituerant vetusti codices, aliquando in opere tam prolixo somnus obrepsit, quem Flaccus putat esse condonandum humanae naturae. Iam si quid operarum incuria commissum est, a nobis praestari non potuit, qui cum officina

533–4. , et auidius legerentur *add.* a^2. 536. egregia β. 543. hoc opus *add.* a^2. 546. vir apprime doctus *add.* a^2. 553. hoc β: hos a. 560. a^2: Christianismum a^1. scripsit *N*. 575. humanae naturae *add.* a^2. 576. cum aN^2 *Lond.*: quum N^{13}.

574. Flaccus] *A.P.* 360.

576. cum officina] with the compositors and printers. But he sometimes corrected his own proofs: see Vigl. Zuichemus' account (VZE. 52, 1 July 1534) of the arrangement of

nihil habemus commercii. Tantum illos admonere possumus qui praesunt officinae; quod quidem a nobis factum est saedulo. Quicquid nostra mediocritas potuit, bona fide praestitit.

Superest, amplissime Praesul, vt tantus Ecclesiae doctor tui nominis auspiciis tuoque fauore commendatus, prodeat in manus hominum; hoc auidius ab omnibus rapiendus, quo magis erit perspicuum Augustinum inter omnes vnice semper placuisse tibi, viro praeter clarissimas gentis imagines, tot eximiis animi dotibus, seu potius Dei donis, sic ornato cumulatoque vt cum stemmatum illustribus ornamentis, cum muneris amplissimi dignitate, quo non aliud apud Hispanos augustius aut etiam opulentius, non modo paria facias, verum etiam longe superes, ipsaque ornamenta vehementer ornes. Testantur id non tantum hi qui tuam amplitudinem cominus intuentur ac venerantur, sed idem tuae declarant epistolae, spirantes vndique singularem quandam animi pietatem, cum summa modestia humanitateque coniunctam, tum eruditionem episcopo dignam, denique iudicium exactum prae se ferentes; vt non tam titulo quam merito tuo totius Hispaniae primatem agas: nihil omittens quod ad Ecclesiam Dei vel ampliandam vel ornandam pertinere iudicas, tres Academias, Complutensem, Salamantinam, et Toletanam tua benignitate tuoque studio prouehens, vt in his linguae liberalesque disciplinae, sed praecipue theologia, per viros non minus integros quam eruditos tradantur, vnde iam nunc velut ex equo, quod aiunt, Troiano prodisse videmus permultos solida praeditos eruditione, resectis iis quae multa solent in scholis hactenus inculcari iuuenibus, vel inepta vel superuacanea, quaeque magis faciebant ad theatricam ostentationem quam ad eruditionis aut pietatis fructum. Est enim omnino medium inter eos qui hactenus et perturbate et sophistice disciplinas in scholis tradiderunt; et inter istos qui disciplinas humanas omnes vna cum scholis e medio tollendas putant.

Idem iam pridem molitur eximius vir Ioannes episcopus Roffensis in Anglia, Cantabrigiensis Academiae princeps, in qua tria Collegia magnis impensis instituit, in quibus non ea tradantur quae iuuenes ad sophisticas palaestras instruant, ad serias functiones frigidos reddant et ineptos, sed vnde prodeant veris disciplinis ac sobriis disputationibus excercitati, qui grauiter Euangelicoque

578. sȩdulo α^2: sedulo α^1. 585. sic *add.* α^2. 586. illustribus *add.* α^2. amplissimi *add.* α^2. 590. intuentur ac *add.* α^2. 593. denique α^2: ac α^1. 596–7. Complutensem, Salamantinam et Toletanam *add.* α^2. 598. α^2: theologiae α^1. 600. ex α: de *Lond.* 602. α *Lond.*: inculcare N^3. quaeque α^2: quae α^1. 604. Est enim . . . 607. putant *add.* α^2. 611. α^2: sophistices palestras α^1. 613. α^2: et Euangelico α^1.

---

a printing-house. After describing the function of a corrector he says: 'Hanc . . . operam ipse Erasmus Roterodamus (cui Frobeniana typographia celebritatem primam debet) subire non grauabatur, quo opera sua eo emendatius in lucem exirent'.

596. tres Academias] See Ep. 1814. 467–72. The third was at Compostella, his first see; not Toledo.

Complutensem] Cf. Ep. 1876. 15–17.

606. istos] The Reformers.

609. tria Collegia] This is an error. As adviser and executor to the Lady Margaret, Fisher had founded two Colleges for her, Christ's in 1505, and St. John's in 1516: see App. 6 in vol. i, and Ep. 432. 1–2.

spiritu praedicent verbum Dei, et efficaci quadam eloquentia commendent eruditorum animis, qualem ipse se iamdiu tum oratione, tum scriptis, denique et vitae integritate praestat Ecclesiae Christi; idque autoritate et auspiciis Guilhelmi Warami archiepiscopi Cantuariensis totius Angliae primatis, cui iuxta dignitatis ordinem est a suffragiis, iuxta pietatis affectum et virtutum aestimationem frater in Domino charissimus.

Has laudes scio nec illi nec tibi placere, tametsi hisce commemorandis vel gratulamur vtilitati publicae, vel diuinae benignitati gratamur potius quam vestras laudes celebramus. Sed vt est modestiae non agnoscere laudes hominum, ita gratitudinis est non tacere viros per quos Numinis benignitas tanta commoda largitur humano generi. Egregiae virtutis exempla, veluti lumen, in aedito ponenda sunt, vt omnibus praeluceant multosque ad sui aemulationem accendant. Si quid autem gratiae in hoc opere meae debetur industriae, eius maximam portionem lubens tuae celsitudini acceptum ferri patiar, qui lassescentem recrearis, currenti frigidam, vt aiunt, suffuderis; idque non tantum amico hortatu verum etiam benignitate tua spontanea. Quin et illud tibi magna ex parte debemus, quod Carolum Caesarem habemus quum honestis studiis tum Christianae religioni toto pectore fauentem, nec male cupientem Erasmo, nisi me fallant omnia.

Prolixior ad tot tantisque negociis occupatissimum Praesulem videri poterat haec praefatio, nisi praeterquam quod non vni scribitur, nihil vetat quo minus ex interuallo legatur. Dominus Iesus sublimitatem tuam diu nobis seruet incolumem, omnibusque rebus bonis eximie florentem.

Datum Friburgi Brisgaiae. An. 1529.

2158. To Willibald Pirckheimer.

Pirckheimeri Opera p. 291. — Freiburg.
O^2. p. 221: Lond. xxx. 48: LB. 1048. — 9 May 1529.
Hamburg MS. (*a*).

[The sources are as in Ep. 2147, *a* being only a collation. The degree of variation between them is notable, and indicates that the copies of this letter in circulation were made with no great care. An extract from it was copied by Vitus Bavarus into vol. ii of his *Rapsodiae*, which he began to compile on 14 Jan. 1549 (Gotha MS. Chart. B. 16, f. 246: β). He describes the letter as 'non impressa', and though his text is mostly poor, he agrees with *a* in one good reading (l. 102). The year-date needs no confirmation. For Erasmus' migration to Freiburg see Ep. 2149 introd. and cf. Ep. 2196.]

ERASMVS PIRCKHEIMERO SVO S. P.

Tandem vertimus solum, ex Rauracis facti Brisgoi. Dum

2157. 615. se *add.* a^2. 617. *aLond.*: Guilielmi β: Gulielmi N^3. 621–2. hisce commemorandis a^2: his a^1. 626. a^2: velut a^1. 631. a^2: suffudisti a^1. 635. nisi . . . omnia *add.* a^2. 636. negociis *add.* a^2. 637. a^2: poterit a^1. 641. a^2: Brisgarae $a^1β$: Brisgoiae *N*. 2158. TIT. *P*: BILIBALDO SVO ERASMVS S. P. O^2.

2157. 637. non vni] i.e. for all who will read it, not only for the person to whom it is addressed. He had proposed at one time to include Manrique in the dedication; cf. Epp. 2126, 186–7, 2163. 35–6, 2198. 39–42.

promiscua fex plebis armata ac dispositis machinis versaretur in foro, nemo non timebat sibi, cui domi esset quod nolit perire. Aliquamdiu res videbatur spectare ad arma. Melior pars fauebat ecclesiastico negotio, sed numero minor. Nam altera multos habebat admixtos exteros, multos decoctores, multos palam infames. Hanc tragoediam orsi sunt sub ipsam brumam, ne cui promptum esset vel fugere vel accersere suppetias.

Ecclesiastica pars, vbi videret contra Senatus edictum contraque iusiurandum fieri conuenticula, induit arma; mox idem fecit altera, operas etiam educens in forum ac bombardas. Autoritate Senatus factum est vt pars ecclesiastica deponeret arma; quod aegre fecit et altera, sed ad tempus. Nam quum decretum esset saeuire in diuos ac diuas, condensant sese in foro, dispositis tormentis aeneis, et aliquot noctibus illic sub dio agebant, extructa pyra ingenti, magno omnium metu. In nullius tamen aedes irruperunt, neque cuiusquam corpus attigerunt, nisi quod Consul mihi proximus vicinus, vir facundus et de republica crebro bene meritus, noctu scapha subduxit sese; periturus ni id fecisset. Profugerunt et alii complures metu, qui tamen ex autoritate Senatus reuocati sunt, si vellent iure ciuium viuere. E Senatu vero submoti sunt quotquot fauerent pristinae religioni, ne qua esset illic suffragiorum dissensio.

Hactenus tamen Senatus moderatus est tumultum, vt per fabros et artifices tollerentur e templis quae tolli placuisset. Tantis autem ludibriis vsi sunt in simulacra diuorum atque etiam Crucifixi, vt mirum sit nullum illic aeditum miraculum; quum olim tam multa soleant aedere vel leuiter offensi diui. Statuarum nihil relictum est, nec in templis nec in vestibulis nec in porticibus nec in monasteriis. Quidquid erat pictarum imaginum, calcea incrustura oblitum est. Quod erat capax ignis, in rogum coniectum est; quod secus, frustulatim comminutum. Nec pretium nec ars impetrauit vt cuiquam omnino parceretur. Mox in totum abrogata missa, vt nec priuatim domi fas esset sacrificare, nec in finitimis pagis audire sacrum.

Vbi summus ille metus ademtus est, ac propemodum spes esset fore vt in nullius facultates aut caput seuiretur, ad hanc clementiam adhortante Oecolampadio (quotidie tamen ex synodis illorum prodibant noua plebisscita), coepi de migrando cogitare, sed dissimulanter. Id quo minus fecerim ante Pascha, sceleratissima quaedam pituita fuit in causa. Anxie vero metuebam ne male mihi verteret vertere solum; nonnihil etiam verebar ne quam abituro remoram iniicerent. Itaque procuraram a Rege

3. nolit *P*: nollet *a*. 6. decoctores *P*: doctores *a*. 11. operas *P*: petras *a*. 14. saeuire O^2: secure *P*. 18. mihi proximus vicinus *add.* O^2. 19. noctu *add.* O^2. 20. metu *om. a*. 22. submoti *P*: subducti *a*. 25. placuisset *P*: deberent *a*. 26. sunt *add.* O^2. 28. Statuarum . . . 30. monasteriis *add.* O^2. 36. summus O^2: sumus *P*. 40–41. Id . . . causa *add.* O^2. 41. Anxius O^2. 42. verteret *P*: verteretur *a*.

17. neque . . . attigerunt] Cf. IV. 486–8.
Consul] H. Meltinger; see Ep. 2112. 57n.
40. Pascha] 28 March 1529.
41. pituita] See Ep. 2125. 3n.

Ferdinando duo diplomata, alterum quo me accersit ad sese, alterum quo tutus et immunis irem per ipsius ac Caesaris totam ditionem. Primum omnium emitto clam nummos, annulos et vasa argentea, quae potissimum inuitant praedonem. Aliquanto post palam onero duo plaustra scriniis et lectis.

Hoc facto nuntiatur mihi Oecolampadium et ecclesiastas infensos esse, idque duabus de causis, quas ex litteris adiunctis intelliges plusquam friuolas. Ego tamen reputans mecum quis esset rerum status, scripto placaui Oecolampadium, simulque ad colloquium euoco. Collocuti sumus diu, sed absque contentione. Obtulit ille sinceram beneuolentiam; quam ego non recusaui, modo pateretur me in quibusdam dogmatibus ab ipso dissidere. Tandem coepit dissuadere ne relinquerem Basileam. Respondi me a mihi gratissima ciuitate multis nominibus inuitum discedere, sed me diutius inuidiam perferre non posse; viderer enim probare quicquid hic publice fit. Cum vrgeret, respondi eam operam frustra sumi, quum tota suppellex esset Friburgi. Instabat vt saltem abirem rediturus. 'Friburgi' inquam, 'mensibus aliquot commorabor, illinc profecturus quo me Deus euocauerit.' Sic datis vtrinque dextris discessum est.

Hunc sermonem communicauit, vt suspicor, Tribuno plebis, qui semper fuit huius negotii corypheus, vir prudens sedatique ingenii. Agit cum Beato ne discedam, multis argumentis. Mihi nemo verbum fecit. Si dixissem me offensum abire, promisissent satisfactionem; si ob id quod non probarem ea quae illic instituerentur, vocassent me ad elenchum: eoque allegaui iram principum et inuidiam theologorum. Alioqui exceperam voces aliquot feroculas ac minaces eorum qui plurimum valerent in hac factione. Et acciderant quaedam praeludia. Itaque non arbitratus sum esse consultum in ea ciuitate viuere, in qua nullus esset tam abiectus quin posset me laedere. Nec enim consentaneum est magistratum ac plebem ex animo fauturos ei qui dictis ac scriptis ab ipsorum dogmatibus dissentiret.

Quum ipse conscensurus essem nauim, nescio quas difficultates iniecerunt de sarcinis ancillae. Cupiebam nautam soluere a portu secretiore, ne populo essemus spectaculo. Id constanter vetuit Senatus, quum antehac semper fuerit liberum a quouis ciuitatis portu soluere. Parui et a ponte solui, comitantibus aliquot amicis. Mihi nemo verbum.

44. alterum ... sese *om. a.* 46. alterum quo Basiliensibus imperabat ne me contra voluntatem et animi sententiam remorarentur *post* ditionem *add. a. P*: immitto O^2: remitto *a.* annulos *add.* O^2. 48. post *add.* O^2. 50. idque O^2: id *P*. 58. viderer *P*: videor *a.* 60–1. instabat ... Friburgi *P*: ibi *a.* 66. Agit *P*: Egit O^2. 70. ac monachorum *post* theologorum *add. a.* Alioqui exceperam *P*: Et alioqui excepi *a.* 71. valebant *a.* in *add.* O^2. 71–2. Et acciderant *P*: vt acciderent *a.* 74. laedere O^2: caedere *P*. 75. fauturos *P*: fauere O^2: fauturos esse *a.* ac *P*: aut *a.*

44. diplomata] See Ep. 2090 introd.
50. litteris adiunctis] Ep. 2147.
52. ad colloquium] See Ep. 2147. 1.
64. Tribuno] Jac. Meyer; see Ep. 2196. 104n.
66. Beato] Rhenano.
78. sarcinis] Cf. Ep. 2151. 13.
ancillae] See Ep. 2202. 26n.
78–9. portu secretiore] See Ep. 2196. 115–16n.

Haec profectiuncula melius cessit quam expectaram. Huius vrbis magistratus obtulit omnem humanitatem sua sponte, priusquam me Rex Ferdinandus suis litteris commendaret. Dederunt aedes regias et Maximiliano extructas, sed imperfectas. Sedebimus aliquot menses hic, nisi bellum oriatur. Complures enim huc confluunt e Basilea, ferturque totum Canonicorum collegium huc commigraturum. Ea res citius huc inuitaret hostium seuiciam. Videor hic satis gratiosus omnibus.

An tibi notus sit Ludouicus Berquinus, nescio. Is 15. Calen. Maias Lutetiae exustus est; pridie duodecim Iudices pronunciarant, vt exustis libris ac peracta palinodia, lingua illi pertunderetur, et mox aeterno carceri dederetur. Quum is appellaret Regem ac Pontificem, irati Iudices responderunt se curaturos ne posthac quoquam appellaret, ac postero die tradiderunt hominem incendio. Id si non commeruit, doleo; si commeruit, bis doleo. Nec enim mihi causae ratio sat cognita est, nec Berquinum noui, nisi ex scriptis et quorundam commemoratione. Vitam hominis nemo non probabat, fortuna erat sat splendida, Regi cum primis charus. Quod euenit, semper illi timui: nec vllas ad illum literas misi in quibus non anxie dehortarer ab hac contentione, cuius non posset non infoelix esse exitus. Primam causam vicerat. Eam causam iactabat etiam scripto. Deterrui ne faceret, sed frustra. Admonui vt titulo legationis aliquo se subduceret, sineret crabrones. Ille plenus fiduciae iubebat me bene sperare. Retractus est paulo post in carcerem; et perierat, ni Rex ab Hispaniis reuersus illum eripuisset incendio. A carcere datus est aulae, sub custode tamen. Tandem liber, causam agere coepit aduersus tres Priores, qui sua sententia illum damnarunt haereseos, ⟨et⟩ aduersus Facultatem sacratissimam. Ego semper illi vaticinatus sum infelicem exitum, etiamsi causam haberet non omnino malam. Ille contra sibi mihique pollicebatur indies speciosam victoriam. Quid facies eis qui deuoti sunt exitio? Haec res mire tollet cristas Beddae aduersus linguarum ac politioris litteraturae cultores. Proximis litteris scripseram Berquino me a nullo hactenus fuisse infoelicius adamatum; nec quenquam vidisse consiliis fortioribus, sed infoelicissimis, nec alium cui spes essent aeque pertinaces, sed fallacissimae. Dominus, vt spero, recepit illum in requiem suam. Bene vale. Friburgi 7. Idus Maias, anno M.D.XXIX.

87. hic aliquot menses O^2. enim *om. a*. 92. O^2: duodecimas *P*. 94. et mox . . . dederetur *add.* O^2. 96. quoquam *Lond.*: quoqꝫ *P*: quoque O^2. 97. commeruit *ante* bis *P*: meruit *a*. 98. sat *om. a*. 102. literas misi *a*: litteras, nisi *P*: dedi literas, nisi *LB*. 105. aliquo *om. a*. sineret *Pa*: fugeret O^2. 110. aduersus . . . haereseos *om. a*. 115. *aβ*: tollat *P*: tollit *LB*. Bedae *a*. 118. O^2: aequae *P*. 119. fallacissimae *P LB a*: falsissimae O^2.

---

85. Ferdinandus] See Ep. 2090 introd.

86. aedes] See Ep. 2112. 15n.

88. Canonicorum] For this migration, negotiated by Jo. Faber on 23 May, see Schreiber ii. 26–7.

91. Berquinus] See Epp. 925. 13n, 2066 introd.

104. scripto] Cf. Ep. 2077. 22n.

108. reuersus] In March 1526; see Ep. 1692. 66n.

110. Priores] See Epp. 1692. 58, 1875. 98–106, 2188. 142–3.

116. litteris] Ep. 2077. 16–30.

[2115]2159. TO ERASMUS SCHETS.

British Museum MS. Add. 38512, f. 33 v°. Freiburg.
9 May 1529.

[An original letter, autograph throughout: carried by a Bruges schoolmaster, who took a long time to deliver it (l. 37n).]

S. P. Amicissime Schete, accepi litteras tuas in quibus rhetoricaris ac mecum propemodum litigas quod quum tot regiones exornem mea praesentia, solam patriam nullo digner honore; nihilque non illius nomine polliceris, vina, domum, amicos, quid non? Obsecro te, vbi sunt ista magnifica quae polliceris? Tot annos isthic egi meo sumptu, quis obtulit domum praeter vnum Petrum Aegidium? Praeter te et illum quis est cui possim tuto fidere? Scholae Louaniensi qui praesunt, me non vt hominem sed vt canem tractauerunt. Aula quid frigidius, quid parcius?

In Angliam vocor ingentibus promissis, Tridentum iam sepius inuitat eius vrbis episcopus Bernardus, regis Ferdinandi Cancellarius summus, offerens quingentos flor. aureos. Rex Ferdinandus inuitat Viennam, offerens 400, tantum vt ibi viuam. Galliarum Rex olim munificentissime ad se inuitauit, quanquam nunc alius est temporum status. Antonius Fucarus per proprium nuncium obtulit pro viatico centum flor. aureos et annue tantundem, si velim Augustam demigrare. Hec ciuitas aperuit mihi domum plane regiam. Nam Cesari Maximiliano fuit extructa, licet nondum absoluta; parata insuper ad omne humanitatis officium. Inuitor Coloniam magnatum litteris non verba tantum pollicentibus. Quid vnquam simile fecit vestra Brabantia? Vbi bene es, ibi patria est. Imo malim adire Italiam quam Brabantiam, nisi deterreret Mauors.

De thesaurulo fac quod facis, donec scribam quid fieri velim. Miror in Anglia nihil mitti ab Archiepiscopo; nam ea pensio non est gratuita, sed ex beneficiis resignatis. Quod Tonstallus dat,

---

8. Louaniensi] But there are better accounts in Epp. 1897. 9–12, 1899. 97–9, 2089. 20.

10. In Angliam] See Epp. 1878, 1998; and cf. Ep. 2014. 60–63.

11. Bernardus] See Ep. 2097. 15–23.

12–13. Ferdinandus] See Ep. 2005.

14. Galliarum Rex] See Ep. 1375.

15. Fucarus] See Ep. 2145.

18. domum] See Ep. 2112. 15n.

20. Coloniam] See Epp. 2137, 2146.

21–2. Vbi bene] See *Adag.* 1193; and cf. Ep. 2196. 157–8.

26. beneficiis resignatis] It is clear from this passage, combined with Ep. 2332. 46–53, that Warham allowed Erasmus to hold pensions drawn from two livings in England; Aldington (Ep. 255 introd.) being one, the other, from which he received £10 or £15 a year, unknown — possibly Bidborough, near Tunbridge Wells, which by tradition is connected with Erasmus.

The first mention of a second living for him is in May 1521 (Ep. 1205. 42–3); in Sept. 1524 his pension had been increased, perhaps out of a living which had not actually been conferred upon him (Ep. 1488. 37–43)— for in the *Ecclesiastes*, 1535, he wrote of Warham, 'Vnicum modo sacerdotium in me contulit' (LB. v. 811E). The second pension appears in Ep. 1647. 10–11; and the £30 sent in 1527 (Ep. 1866. 4–6) must be the two. Cf. Epp. 1999. 7n, 2014. 57–8, 2325. 11–12, 2332. 46–7. By 1528 the two pensions appear to have risen to £35: see Epp. 2039. 3–5, 2370. But in 1533, in enumerating his pensions, after Aldington he mentions 'altera quae erat decem librarum': Basle MS. C. VI[a]. 71, f. 1.

gratis dat. Episcopus Linconiensis quindecim nobiles misit per Franciscum Berckmannum, et is, quod mireris, bona fide reddidit Hieronymo Frob. Suspicor Cantuariensem aliquo pacto offensum. Est illic magna rabies delatorum, et Romanenses fortassis instigant hominem. Itaque propemodum est animus eo rursus emandare famulum, si modo liceat per bella.

De pensione Curtracensi nihil audio. Nam totius anni debebitur mense proximo. Promiseras te id curaturum per negociatorem quendam tibi notum.

Lodouico a Castro videntur Angli parum fidere. Quid sit causae nescio. Reliqua cognosces e scheda quam exhibebit qui hanc reddet epistolam. Bene vale cum tibi dulcissimis coniuge et liberis.

Datum Friburgi Brisgoae .7. Id Maias. 1529.

Erasmus Rot. tuus mea manu.

Honorabili viro Erasmo Scheto. Antwerpiae.

2160. To Boniface Amerbach.

Basle MS. AN. III. 15. 74. ⟨Freiburg ?⟩
Q. 15. ⟨May 1529 ?⟩

[An original letter, autograph throughout. There is no clear indication of date. Possibly, in response to the instructions sent in Ep. 2153, Erasmus was dispatching 'syngraphae' to one of the Basle agents mentioned there, Boniface acting as intermediary.]

Hvic fasciculo obducito tunica⟨m⟩, obsignato funiculo, sed ita ne quid perfores, ob syngraphas inclusas. Intus adde tantum hec verba: 'Facies mihi rem valde gratam, si curaris quod his litteris petitur, quas his inclusimus'. Reliqua lege solus. Non enim expedit alium quenquam esse conscium.

[2128]2161. To Daniel Stibarus.

Opus Epistolarum p. 854. Freiburg.
N. p. 815: Lond. xxii. 2: LB. 1049. 14 May 1529.

ERASMVS ROTERODAMVS DANIELI STIBARO S.

Binas ad te literas dedi, iuuenis ornatiss. Priores te Lutetiae non offenderunt; in causa fuit grammatophori tarditas. Alteris, quas in Brabantiam miseram, idem accidisse ex Goclenii mei literis didici. Demirabar quo consilio Brabantiam adires, tam cito relicta Gallia; sed doleo nostram patriam tibi fuisse parum auspicatam. Vtcunque tamen reualuisse gaudeo. Volebas, opinor, tibi parare quandam Vlysseam prudentiam,

Qui mores hominum multorum nouit et vrbes;

2159. 29. offensum] This fear seems to have been groundless.
32. famulum] Quirinus was sent off again in Oct.: see Ep. 2222. 25n.
33. Curtracensi] For similar arrears cf. Ep. 1999. 10–11.
34. Promiseras] Ep. 2024. 13–15.
37–8. qui . . . reddet] See Ep. 2193. 4.

2161. 1. Priores] Ep. 2079.
2. Alteris] Not extant. It must have been dated c. 22 Feb.: cf. l. 48n.
4. literis] Cf. Ep. 2128. 2n.
8. Qui mores] Cf. Hor. *A.P.* 142.

sed hanc prudentiam, quae malorum experientia comparatur, docti viri miseram appellant. Ex philosophiae praeceptis et cosmographia, ex historiis plus vere sapientiae tibi parabis vno anno, idque tuto, quam Vlysses annis plus quam viginti, vix credendis calamitatibus ac periculis agitatus, collegit; quem nisi Mercurius herba moly praemunisset aduersus Circes venificia, nihil adhuc aliud esset quam sus. Nusquam deerunt argumenta in quibus virtutem vel explores vel exerceas, at non expedit accersere pericula. Quum incurrunt, tum oportet praestare virum et fortem et prudentem. Verum, vt stultus est miles qui prodit in aciem inermis, ita tutum non est cum malorum procellis congredi, nisi prius animum sapientiae decretis diligenter obarmaris.

Audio te patriae redditum, sed ita vt videaris alio spectare; itaque nolui litteras prolixiores vento committere, praesertim quum id bis male cesserit. Nunc quoniam Augustinus Marius commigrat ad vos, concionatorem tuae praestiturus ecclesiae, tam amicum ac certum nactus hominem, mitto primae epistolae exemplar; missurus et posterioris, si liceat nancisci. Nam haec demigratio permiscuit vniuersam supellectilem meam chartaceam, cuius scis me esse ditissimum.

Ex Rauracis facti sumus Brisgoi. Mire abhorrebam a relinquendo nido cui tot annis assueueram; sed res longe felicius cessit quam expectaram, praesertim quod ad valetudinem attinet. Alioqui vt multum commodorum reliqui Basilea discedens, ita non parum dispendii mihi conciliauit haec hospitii nouitas. Sed pecuniae iactura recuperabilis est, bona valetudo nullo precio potest aestimari. Vno nomine sum felix, quod nihil cuiquam debeo crediti titulo; et si res defecerit, habeo praeter alios satis opulentum amicum, inclytum Vngariae Booemiaeque regem Ferdinandum, cuius benignitas mihi nihil non offert. Honorificis literis euocauit me e Basilea, ne qua remora profectionem meam impediret. Addidit diploma, per quod liceat per totam ditionem ipsius et per vniuersam Caesaream ire immunem. Huius vrbis magistratui me diligenter et amanter commendauit; qui sua sponte iam pridem omnem detulerat humanitatem. Designauit aedes plane regias; consalutationibus, xeniis, conuiuiis, caeteroque officiorum genere prosequuturus, ni literis ad Glareanum missis significassem mihi fore gratius si a solennibus illis abstinerent.

Posterioribus literis significaram tibi de Carolo Vtenhouio, qui cum Andrea Zebridouio Venetiam adiit, venans et ipse prudentiam quandam Vlysseam; breui, vt suspicor, ducturus vxorem.

10. et *H*: ex *N*. 11. verae N^2. 14. veneficia *N*. 38. Bohemiaeque *N*.

---

23. vento] Cf. Ep. 1822. 35.
24. Marius] See Ep. 2321.
28. demigratio] Cf. Ep. 2143. 5–8.
38–9. Ferdinandum] See Ep. 2090 introd.
43. commendauit] Cf. Ep. 2145. 33.
44. aedes] See Ep. 2112. 15n.
46. literis] Not extant.
48. Vtenhouio] See Ep. 2093. He left Basle for Italy c. 22 Feb.: see Epp. 2105–6.
49. Zebridouio] See Ep. 1826.

Excuditur volumen Epistolarum mearum cum dignitate, cum accessione grandi: hic curabo vt posteritas quoque norit inter Erasmum et Stibarum amicitiam haud quaquam vulgarem intercessisse. Bene vale.

Datum Friburgi Brisgoae prid. Idus Maias. AN. M.D.XXIX.

2162. TO PETER OF MORNYEU.

Opus Epistolarum p. 854. Freiburg.
N. p. 816: Lond. xxii. 3: LB. 1086. ⟨c. 14 May⟩ 1529.

[Between Erasmus' move to Freiburg in April 1529 and the publication of the *Opus Epistolarum* (H) in September. From similarity of language this may be placed with Epp. 2164, 2161; with which it is in sequence in H.]

ERASMVS ROTERODAMVS PETRO MORNYEO, ABBATI S. SVLPITII, S.

QVANQVAM fateor mihi gratissimas esse literas quae redduntur a talibus amicis, tamen ex hoc officiorum genere nunquam aestimaui beneuolentiam eorum quorum synceritatem semel habui perspectam et exploratam: qui, si scribunt, iucundiores mihi sunt; si silent, minus quidem iucundi sunt, minus chari non sunt. Neque me clam est quantis negociis homo iuuenis distringaris. Satis scripsit qui constanter amauit, qui, quoties necessitas postulat officium, bene nobis adest.

Quod cum Albano nostro tam benigniter egeris—exposuit enim rem omnem ordine—, vix credas quantum hinc meo in te amori accesserit. Confido futurum vt experiaris hominem memorem et gratum. Antea cum illo mihi minimum fuit consuetudinis; nunc mihi coepit esse charior, posteaquam video hominem tua benignitate singulari sic ornatum. Inuisit nos Friburgi, repperit, vt solent noui hospites, satis irrequietum; nec aliud a me petiit quam vt tibi pro se gratias agerem.

Libellum quem tibi dicauit nondum vidi. Quin et istum animum libenter exosculor, quod homines honestissimis studiis deditos, fauore ac liberalitate tua prouehis; veluti Hieronymum literis ac liberalibus disciplinis natum, vt audio, quem isthic aurea compede feliciter vinctum tenes. Ea res arguit te virum bonum esse, qui quae sunt honesta, sic in aliis foues et amplecteris; parietque tibi non solum hoc nostro seculo, verum et apud posteros claram viuacemque memoriam. Epistola tua declarat cum Graecanicis etiam Musis tibi esse commercium: quod ego maiorem in modum probo. Plurimum enim et lucis et dignitatis adiungent eruditioni tuae; et ea est ingenii tui felicitas vt quamlibet variis studiis sufficere possit, si modo intenderis.

Verissimum est quod scribis, Iouem apud Germanos nubilum ac

14. reperit N^3.

2161. 51. volumen Epistolarum] H: see Ep. 2203.
52. curabo] He did so by printing this letter in it.
2162. 9. Albano] Torinus; see Ep. 2084 introd.
17. Libellum] Epiphanius; see Ep. 1777 introd.
19. Hieronymum] Gemuseus; see l. 49n.
20. isthic] At St. Sulpice.
21. vinctum] Cf. Hor. *C.* 4. 11. 24.
24. Epistola] Probably answering Ep. 2084.

tristem esse; sed vix alibi video serenitatem, ac metus est ne grauiorem aliquam tempestatem nobis gignant haec nubila. Consulis Meltingeri vicem ex animo doleo, vir est de sua rep. frequenter optime meritus, sed tamen feliciter elapsum gaudeo.

Meus animus nequaquam abhorret a Gallia. Sed isthic nusquam non plurimum licet picis et gracculis, ac Beddaicis quibusdam; quorum improbitas longe grauius laedit Ecclesiam Christi quam vlli Lutherani, vtcunque sibi videntur eam humeris sustinere. Exitus arguet me vera loqui. Herostratos, Panes ac Midas facile contemnerem, nisi iam occupassent omnia, et venenum haberent praesentaneum. Venenum aspidis sub labiis eorum, dentes eorum arma et sagittae, lingua eorum gladius acutus. His rebus, atque etiam numero, sunt et monarchis ipsis formidabiles. Male audiunt et monarchae, fateor; sed facile concedunt aliis vt liceat pro arbitrio loqui, modo ipsis liceat pro libidine facere. 'Feriunt summos fulmina montes'. Ad hoc dictum, vt ingenue fatear, risum non tenui. 'Ex musca elephantem' dicebant prisci; tu ex lumbrico montem facis, ex cicada Apollinem.

Optimo parenti tuo et gratiam habeo summam, et omnia cum foenore precor quae mihi precatur. Gemuseus mihi multis nominibus charus est; vel quod tibi placet, vel quod toto pectore se disciplinis honestissimis consecrauit, vel quod in amando Erasmo te patronum et Glareanum praeceptorem refert. Dominus te seruet incolumem, omniaque studia bene fortunet. Datum Friburgi Brisgoae, Anno millesimo quingentesimo vigesimonono.

2163. From Alfonso Valdes.

Madrid MS. Est. 18, gr. 1. 5, f. 88. — Barcelona.
Caballero 474. — 15 May 1529.

[An autograph rough-draft, from the same source as Ep. 1643. The year-date is amply confirmed by the contents. As Erasmus repeats a passage from it in Ep. 2205 (see l. 128n), this letter must have reached Freiburg by 13 Aug.]

---

32. Meltingeri] See Ep. 2112. 57n.

34. a Gallia] The Abbot had perhaps already invited Erasmus to Savoy; as he did again in 1531.

40. Venenum] Pss. 140. 3, 57. 4.

44. Feriunt] Cf. Hor. *C.* 2. 10. 11–12. The suggestion seems to have been that Erasmus was in danger in Germany because of his eminence.

49. Gemuseus] Jerome Gmües (1505—29 Jan. 1543) of Mulhouse, after schooling there, came to Basle and was M.A. 10 Feb. 1525. He studied philosophy and medicine in France, and then visited Turin (cf. Am. E. 91) and was M.D. there in June 1533. Through the influence of Boniface Amerbach he was appointed to a Chair at Basle, and returned c. 1535 to be prof. of physics; and in 1537 prof. of the *Organon* of Aristotle. Thenceforward his literary activity was great. He edited Galen, gr., 1537–8, in 5 vols., using new MSS. to improve the Aldine text of 1525; Paul of Aegina, gr., Aug. 1538, dedicated to the Bp. of Coutances; translated into Latin an Epitome of Strabo, 1539; and Ptolemy's mathematical works, March 1541, dedicated to Mornyeu (see Ep. 1777)—all published at Basle. He married a daughter of Cratander, and had two sons who became printers. See Jöcher; *Ath. Rauricae*, 1778, pp. 390, 404; and ADB. viii. 558. Five autograph letters from him to Boniface 1534–43, are at Basle, G. II. 17. 271–8.

S. P. Hodie redditae mihi sunt abs te littere, quas superiori anno pridie Martini ad me dedisti: quod me facit ad scribendum segniorem, quum videam tam sero isthinc litteras perferri ad nos, si tamen perferuntur vnquam. Ad omnes alias litteras tuas, quas per Episcopum Burgen⟨sem⟩, per Franciscum Dilfum, atque per alios ad me scripseras, nuper ex Caesaraugusta rescripsi; preter alias complures litteras quas tum ex Toleto, tum ex Mantua Carpetanorum ad te dedi. Quae vtrum perlatae sint nescio: exempla mitterem, sed vereor ne tibi molestus sim meis insulsis atque incompositis litteris.

Admiror tantam inesse hominibus perfidiam aut ledendi studium, vt fuerint qui e litteris meis syngrapham sustulerint: quam ego, crede mihi, in vtraque epistola imposueram. Neque coniectare possum quonam tandem modo eam acceperis a Transyluano, cui ego ne verbum quidem de his scripseram. Libros quos te mihi empturum scribis, quonam locorum aut terrarum missurus sis nescio: nam vbi intra mensem futuri simus, tam nobis exploratum est quam vobis. Ex media Hispania eousque processimus, vt neque vlterius procedere vllo pacto commodum, neque retrocedere decorum, neque manere quouis modo non difficillimum esse videatur. Si mihi per meos liceret, alicubi manerem, Italiam Italis quam libentissime relinquerem, meaeque quieti libentius consulerem, quam ita per omnes mundi plagas, et (quod iniquius fero) non absque ingenti earum malo meaeque et vitae et valetudinis dispendio circumcursitarem. Veruntamen quum hoc mihi a fatis datum esse videam, vt nihil minus habeam quam quod maxime opto, quietem, currendum est quo fata vocant. Ex hac

3. signiorem *MS.* l̃re *MS.* 16. misurus *MS.* 22. meę quae *MS.*

1. littere] of 10 Nov. 1528. Not extant, but very likely sent through Schets with Ep. 2072. For other letters sent through him see Epp. 1541, 1671, 1750, 1764, 1772, 2167.

5. Burgensem] Inigo Lopez de Mendoza y Zuniga († 9 June 1535: cf. H. Florez, *España sagrada* xxvi, 1771, p. 421, with Bergenroth v. 1, 175, 182) after education at Salamanca was bp. of Coria after Wm. Croy († 6 Jan. 1521). In Sept. 1526 he was sent by Charles v to England to negotiate for universal peace, and while there was nominated bp. of Burgos in March 1527 (Brewer iv. 2489, 2987). After more than a year's endeavour he was at length allowed to return to Spain, c. May 1529 (ibid. 5569). He seems to have accompanied Charles to Italy; for in March 1530 he was secretly created cardinal (Ciaconius iii. 518). In Charles' service he went to Naples, and in April 1532 to Rome; but in March 1533 he was released to return to his diocese (Brewer v. 975, vi. 234). By his will he founded the College of St. Nicholas at Burgos.

In April 1528 he sent letters to Spain through Wolsey (Brewer iv. 4182); Epp. 1967–72 being perhaps among them.

Dilfum] See Ep. 1663. The letter was no doubt written with Ep. 2013 of 27 July 1528.

6. ex Caesaraugusta] The Emperor, whom Valdes was following, was at Saragossa from 23 March to 19 April 1529. Before that he was at Madrid from 3 Aug. to 9 Oct. 1528; then at Toledo from 15 Oct. to 8 March. Ep. 2109 is the only one which survives from so many.

12. syngrapham] Erasmus must have reported the loss of this in his letter of 10 Nov. (l. 1n). It must not be confounded with those for Fonseca's 200 ducats (l. 33).

14. Transyluano] Martin (Ep. 1904. 3n), who was Valdes' colleague, is perhaps more likely than Maximilian; for whom see Ep. 1553.

18. Ex media . . . 21. videatur] This sentence is erased by Valdes, perhaps as indiscreet.

nostra quam paramus nauigatione, haec vna me solatur spes, quod sperem te viuum aliquando me visurum.

Augustinus expectatur auide a multis. Scripsi gratissimum futurum Toletano si quid illi inscribetur ab Erasmo. Ducentos ducatos de quibus pluries ad te scripsi, non dubito te accepisse, quum tercio iam exemplo syngraphae ad te missae sint, non per mercatores sed per alios, et presertim per bibliopolam, cuius opera et tu ex me et ego vicissim a te litteras fideliter habuimus. Hispalen⟨si⟩ ego nihil dicarem. Gaudeo quod Seneca abs te castigatus exeat in lucem: scio enim quantum gloriae accedet et libro et auctori, quod Erasmi opera purgatus sit. Debet nonnullis haec aetas plurimum, debebit et futura multum: at tibi nonmodo presens, nonmodo futura sed preterita etiam quantum debeat, qui veteres auctores castigas, purgas, atque purgatos et castigatos emittis, vix extimare quis posset. Sunt qui aliorum lucubrationes quasi data opera interire patiantur, quo suae auidius excipiantur leganturque. Tu autem, qui quantum quispiam veterum scripsisti, ab horum hominum opinione tantum abes vt aliorum scripta sepulta omnino tua opera tuoque beneficio subinde reuiuiscant. Quo argumento facile declaras quam non inuideas aliorum gloriae, quam non timeas vt illorum tuam obscuret famam.

Ciceronianus tuus honorificentissime maximaque cum laude atque commendatione eruditionis et ingenii tui apud nos exceptus est, atque iterum typis excussus. Neque est qui indignetur se pretermissum, tametsi perpaucos Hispanos nominaueris, in hisque Ludouicum Viuem, non vulgaris ingenii et eruditionis virum, nescio quo animo aut quo consilio omiseris: tamen nihil refert. Qui fieri poterit vt Lutetiae turbas excitauerit, nescio; quum perpauci admodum, ni fallor, sint qui stilum illic Ciceronis affectent. Quod si apud Gallos turbas dedit, quid, obsecro, dabit apud Italos? illi tamen aliis rebus intenti haec nihil aut certe parum curare videntur. Tu vero nisi caecis huiusmodi atque morosis hominum iudiciis aures occlusas prebueris, nihil ages, et te frustra cruciabis: haec enim omnia obturatis auribus pertransienda sunt.

Quod a quibusdam tenebrionibus sic exagiteris vt minus offendat theologorum ac monachorum tumultus, non equidem admiror; cum videam idipsum mihi nuper atque nimis serio accidisse, qui vixdum e nido euolare possum aut didici. Qua fabula, tametsi longa, non verebor aures tuas onerare. Quo die nunciatum nobis est Vrbem Romam a militibus nostris captam atque dirutam,

42. emitis *MS.* 54. ōmiseris *MS.* 57. afectent *MS.* 60. occlusās *MS.*

30. Augustinus] See Ep. 2157. Scripsi] Ep. 2109. 26–8.
31. Toletano] Fonseca: see Ep. 1748.
32. ducatos] See Epp. 2109. 29, 2153. 15.
34. bibliopolam] Cf. Ep. 2126. 231.
35–6. Hispalensi] Manrique: see Ep. 1846. But cf. Ep. 2198. 41–2.
36. Seneca] See Ep. 2091.
49. Ciceronianus] See Ep. 1948.
51. iterum] in the second Froben edition, March 1529. There is no Spanish reprint before Eguia's, Alcala, Dec. 1529.
53. Viuem] See Ep. 2040. 11n.
55. Lutetiae] See Ep. 2021 introd.
68. Romam] See Ep. 1831. 16n.

cenarunt apud me amici aliquot, quorum aliis factum arridebat, alii execrabantur; efflagitantibusque vt et ego ea in re sententiam dicerem, pollicitus sum id me scriptis facturum, subindicans rem difficiliorem esse quam vt de ea sic ex tempore pronunciare quis posset aut deberet. Quod cum illi laudassent, voluerunt vt fidem darem me prestaturum quod pollicebar: coactus sum dare: dedi. Vtque datam liberarem, quasi praeludens, Dialogum de capta ac diruta Roma scripsi, sed sic vt Caesarem omnino a culpa liberarem, et in Pontificem, aut verius in illius consultores, totam transfunderem; multaque his admiscui, quae ex tuis lucubrationibus excerpseram. Vbi video rem longius processisse quam destinaram, vt vitilitigatorum calumnias effugerem, Ludouicum Coronellum, Santium Carranzam, Veruesium, aliosque huius farinae amicos consului, vtrum libellum premendum an vero inter amicos diuulgandum censerent. Illi perlecto Dialogo aeditionem omnino suadent. Quod ego permittere nolui, sed vt in amicorum tantum manibus versaretur admisi. Quibus cum libellus arrisisset, exemplum sibi amanuensium opera describi curarunt, ita vt paucis post diebus per vniuersam fere Hispaniam disseminatus sit; non tamen typis excussus, quod ego serio prohibui ne fieret. Pepererat mihi haud vulgarem apud multos gloriam hic libellus, quum ecce Ioannes Alemanus, inter secretarios Caesaris primus, qui nescio quibus fatis ductus odium in me plusquam capitale conceperat, cum omnibus perlustratis nullum telum quo me conficeret inueniret, vertit se ad Dialogum; quem ille neque perlegerat vnquam, neque si legisset, intelligere in eo quicquam poterat: tantum audierat me Romanum Pontificem totumque illum Ordinem carpere liberius. Subornat Pontificis Nuncium qui tunc apud nos agebat, vt me veluti hereticum et Lutheranum accuset, atque libellum Vulcano tradi petat. Suscepit ille prouinciam, Caesarem adiit, ab eoque postulat vt, si Pontificis amiciciam cupiebat, me simul cum meo libello perderet, in quo, dum Caesarem deffendo, Lutheranos errores me meis Hispanis deuorandos propinasse asseuerans. Caesar vero, qui non facile cuiuis credere solet, nihil se velle statuere dixit, ni quos scripseram errores ante omnia ostenderent. Quos cum illi non haberent, viderentque negocium parum proficere apud Caesarem, Hispalensis animum tentarunt; a quo cum tantundem impetrassent, vertunt se ad Compostellanum, qui ciuilibus causis apud nos preest, dicentes me libellum famosum scripsisse. Veruntamen hominum malicia perspecta, quod a Caesare, et Hispalen⟨si⟩, hoc a Compostellano impetratum est; ita vt quod illi in libelli perniciem moliebantur, in eius

79. excerperam *MS.* 80. vitiligatorum *MS.*

75. Dialogum] The *Lactancio*: see Ep. 1807 introd.
80. Coronellum] See Ep. 1274.
81. Carranzam] See Ep. 1277. 24n.
Veruesium] See Ep. 1684 introd.
90. Alemanus] See Ep. 1554.
93. ad Dialogum] Valdes relates this attack on his book at length in a letter to Max. Transsylvanus, 22 April 1529; Caballero 432–4.
96. Nuncium] Castiglione; see Ep. 1791. 37n.
106–7. Compostellanum] Jo. Pardo de Tavera († 1 Aug. 1545), bp. of Santiago 1525, Fonseca's successor at Toledo 1534.

gloriam versum sit. Sed dices, quid ibi tu? Quid facerem? Foris ridebam, intus autem deplorabam hominum maliciam atque insaniam, atque omnia Christo committebam; cui hic animus exploratus est, cuique tenebriones illi paulo post nequitiae suae poenas dedere. Ioannes enim Alemanus tanquam proditor captus et ab hac aula abductus est; Nuncius vero Pontificis grauissimo morbo correptus e viuis discessit. Et hoc pacto ego homuncio tantorum virorum conatus, nullo protectore, nulla responsione, nulla apologia superaui, solius Christi Opt. Max. auxilio. Haec ideo scripsi, ne tibi mirum videatur, si in te virum tantum insurgunt isti, quum tam atrox facinus in me vermem verius quam hominem destinarint.

Scripsit ex Zelandia Cornelius Scepperus duos libellos excussos apud Gallos aduersus te; alter a Ludouico Carauaialo Minorita, alter ab Alberto olim Carpensi domino aediti. Carauaiali apud nos primum emissus est, et adeo infeliciter, vt responsionis loco, vixdum e praelis dimissus, a quibusdam tui nominis studiosis in medio foro atque in ipso publico patibulo affixus sit; quemadmodum staterae, et reliqua huiusmodi, in quibus falsi aliquid inueniunt aediles, suspenduntur. Res profecto omnino indigna est cui a cordato viro, nedum a te omnium grauissimo, respondeatur. Quid Carpensi in mentem venerit vt in te scriberet, nec scio, neque libellum vidi. Quasi non sat dissidiorum haberet hoc seculum, dum principes inter se inplacabili ira digladiantur, ita isti, minori molestia quam fructu, ne studiis quidem parcunt, ne vlla pars orbis vacet incommodis, teque in arenam prouocant, nullam aliam ob causam nisi quia videris vtilis reipub.

Salutaui amicos, Cancellarium videlicet, Ioannem Dantiscum,

126. aemisus *MS.* 136. incomodis *MS.*

117. e viuis] † 7 Feb. 1529.

123. Scepperus] See Ep. 1747. 120n.

124. a . . . Carauaialo] See Ep. 2110 introd.

125. ab Alberto] Pius' *Responsio paraenetica*, Paris, Badius, 7 Jan. 1529: see Ep. 1634 introd.

128. patibulo] Cf. Ep. 2126. 106. Valdes repeats what he had said in the letter which Ep. 2126 answers; not having yet received a reply from Erasmus. This passage is quoted in Ep. 2205. 239–40.

138. Cancellarium] Gattinara: see Ep. 1150.

Dantiscum] Jo. von Höfen or a Curiis (31 Oct. 1485—27 Oct. 1548), born at Danzig, studied at Cracow and before 1501 entered the Polish court. Thence he went off to Italy, and c. 1505 on a sudden impulse sailed in a pilgrim ship to the Greek islands and Palestine, and home by Arabia and Sicily. On return he was royal secretary in Poland 1509–15, and envoy to Prussia; then till 1532 he was employed by Sigismund as ambassador, and in 1526–9 was in Spain where he became intimate with A. Valdes and D. Gracian (Ep. 1913). In 1530 he was rewarded with the see of Culm in Polish Prussia (Ep. 2336), in 1537 with that of Varma in Ermland. At Cracow he published court verses 1512–18, styling himself Linodesmon (Flachsbinder); in a later period 1538–48 his themes were moral and religious. He was a lifelong friend of Copernicus. In 1523 he visited Luther at Wittenberg, but was not attracted. Erasmus, of whom he thought highly (see Ep. 2269. 31–3), dedicated to him a translation from Basil, 1532. Much of his correspondence survives, and extracts from it have been printed.

See ADB. iv. 746; EE; OE; AT; and Estreicher, *Bibliografia Polska*.

oratorem Polonum, et alios quos hic tui percupidos inueni. Caeteri amici omnes dispersi sunt; Veruesius Valleoleti, Iacobus a Catena Burgis, Carranza Hispali, Coronellus atque Vergara Toleti, Morillonus Caesaraugustae, Oliuarus Valentiae; quos omnes bene valere intelligo. Tu etiam da operam vt quam rectissime valeas; et me, quod mutuo facies, ama.

Barchinonae Idibus Maii. 1529.

2164. To Conrad of Thuengen.

Opus Epistolarum p. 853. Freiburg.
N. p. 815: Lond. xxii. 1: LB. 1051. 16 May 1529.

[Between Erasmus' move to Freiburg in April (p. 137) and the publication of the *Opus Epistolarum* (H) c. Sept. 1529. For the Bishop see Ep. 1124.]

ERASMVS ROTERODAMVS CONRADO A DINGEN EPISCOPO WERTZBVRGEN. S.

Rhetores quoties colorem non inueniunt quo crimen defendant, confugere solent ad statum translatiuum; ita factum agnoscentes, quoniam negari non potest, vt facti causam in alium reiiciant. Itidem ego qui et humilis et ignotus ad tantum Principem vltro scribere non vereor, quoniam impudentiae crimen alia ratione non possum effugere, huius audaciae causam in Augustinum Marium reiicere cogor: qui quum istuc adornaret iter, sub tuis signis Ecclesiae Dei militaturus, noluit absque meis literis discedere, mira facundia mihi depingens ingenii tui naturaeque simulachrum, quod nemo pietatis amans non posset non tum amare tum suspicere. Rarum exemplum est hisce temporibus summa dignitas cum egregia doctrina parique morum integritate coniuncta; sed mihi praecipue calcar ad audendum addidit mira quaedam morum tuorum comitas. Quo nomine vehementer gratulor etiam Ecclesiae Christi, tot rerum vndis, tot dissidiorum tumultibus vndique fluctuanti.

Magnos et eximios naucleros postulat haec inaudita rerum humanarum tempestas. Videtur hactenus dormisse Christus: is, vt spero, piorum hominum precibus excitatus, imperabit tandem mari et ventis, et post has turbas succedet optata tranquillitas. Olim Apostoli vellicarunt Dominum vt expergisceretur; nunc idem, vt spero, facient ii qui in Apostolorum vicem successerunt: modo populus ad Domini merito in nos saeuientis misericordiam confugiens, commutata in melius vita, dignum se praebeat pro quo piorum hominum clamorem exaudiat Christus. Hactenus quid monachorum ad plebem clamoribus, quid theologorum articulis, quid carceribus, libellis, bullis, et incendiis profectum sit nescio. Clamatum est affatim, et clamatur hodie, sed perpaucos

2164. TIT. WIRTZBVRGGEN. $N^{1\,3}$: WIRTZBVRGEN. N^2 *LB*. 22. ii *H*: hi *N*.

2163. 140. Iacobus] Perhaps Osorius; see Ep. 1908. 67n.
141. Vergara] See Ep. 1277.
142. Morillonus] See Ep. 532.
Oliuarus] See Ep. 1791.
2164. 7. Marium] See Ep. 2321.

video qui clament ad Christum. Ad illum si syncero pectore clamauerimus, non alio respicientes quam ad illius gloriam et gregis salutem, protinus expergiscetur ac mari frementi dicet 'Obmutesce', moxque sequetur magna tranquillitas. Non enim passus est hanc tempestatem exoriri vt perdat suos, sed vt exploret, vt purget, vt gloriosius coronet.

Solent prisci laetos rerum exitus ex auium occursu coniicere: mihi vero felix augurium videtur, quod video locis aliquot episcopos exoriri qui pietate morum, qui sacra doctrina, qui prudenti moderatione laetiora promittunt. Nam a graculorum, picarum et coruorum clamoribus nihil vnquam boni ominis mihi promittere potui. Auspicatiss⟨imas⟩ aues arbitror R. P. Alfonsum Fonsecam archiepiscopum Toletanum in Hispaniis, Ioannem episcopum Roffen⟨sem⟩ in Anglia, Christophorum episcopum Augustanum in Germania, aliosque complures; inter quos tua virtus non infimum promeretur locum.

Habebit tua pietas strennuum ac fidelem συνεργὸν in restituendis Ecclesiae collapsis rebus Augustinum Marium: quem tibi non commendo, quum sciam et pro suo merito et pro tua humanitate tibi esse commendatissimum; quin potius opto et spero futurum vt ego per illum tibi fiam commendatior. Qui si dignaberis hunc homunculum clientulorum tuorum numero ascribere, quod vnum possum polliceor, voluntatem ad omne obsequium promptissimam. Amplitudinem tuam reuerendam seruet Christus opt. Max. Friburgi Brisgoae festo pentecostes. AN. M.D.XXIX.

[2154]2165. To Aemilius de Aemiliis.

Enchiridion, 1531, f. 7 v°. (β). — Freiburg.
Opus Epistolarum p. 973. — 17 May 1529.
N. p. 911: Lond. xxiii. 17: LB. 1050.

[For the sources see Ep. 2154. Here again preference must be given to the letter actually received, as represented in β, which Aemilius no doubt printed as accurately as he could: though the letter was published earlier in H. The variants in H represent for the most part polishings of the rough-draft made before publication. That in l. 39 probably indicates a correction made when the fair copy was written out for dispatch; so too the change made in the month-date. The heading in β was no doubt the address.]

ORNATISS. D. AEMILIO AB AEMILIIS BRIXIANO, AMICO MEO PRAECIPVO.

S. P. Scito vtranque epistolam tuam, vir ornatissime, mihi redditam esse; quibus nunc de eodem, quod aiunt, oleo respondeo: quanquam quid opus responso, quum Magium habeamus γραμματοφόρον, quem opinor ad te recursurum.

Non omnino mentiuntur Dominicani ac Franciscani qui me

2165. TIT. ORNATISS. D. β: ERASMVS ROTERODAMVS *H*. AMICO MEO PRAECIPVO *om. H*. 1. S. P. β: S. *H*. 2. eodem *H*: vtroque β. 5. Dominicani ac Franciscani *add. H*.

2164. 35. Solent] Cf. Ep. 1211. 89n.
40. Fonsecam] See Ep. 1748.
41. Ioannem] Fisher: see Ep. 229.
42. Christophorum] Stadion: see Ep. 2029.
2165. 2. oleo] Cf. *Adag*. 362.

mortuum praedicant. Subinde mihi luctandum est cum mortis satellite calculo; vt omittam senectutis onus, quam tamen non admodum habeo quod accusem; vt sileam studiorum labores immodicos; vt ne commemorem assiduas conflictationes cum tot monstris nunc hinc nunc illinc adorientibus. An haec vita dicenda sit nescio. Me quidem nullius laboris taederet, nisi perspicerem hisce temporibus omnia in peius ruere. Audio orthodoxos et haereticos, audio catholicos et antichristos, sed nusquam video Christum. Iam diu parturit mundus; vtinam aliquid boni pariat obstetricante Christo! alioqui nullam video spem. Dum pharisaismus pugnat cum Euangelii vigore, repullulat paganismus. Multi sperant per eos posse sopiri malum qui praecipue malo dedere causam. At vereor ne magis exasperetur.

Vtinam Enchiridion meum tam esset eruditum vt tuam operam promereatur, aut tantum conduceret ad pietatem vt te nec operae poeniteat nec inuidiae pigeat! Siquidem apud Hispanos populari lingua versum miros picarum et gracculorum tumultus excitauit; nec substitisset, nisi procerum quorundam, sed praecipue Caesaris, fauore subleuatum.

Cur autem tantopere satagant ne quid mearum lucubrationum loquatur lingua vulgari, causa in promptu est. Isti nusquam non digna atque indigna in me deblaterant, et persuadent plurimis. Quid ni vincant ἐρήμην δίκην? Quod si libelli mei loquerentur sermone vulgari, mox depraehenderentur illorum impudentissima mendacia. Minus tamen fuerit inuidiae, si praefationem ad Paulum Volzium omiseris, sique nonnulla ambigue dicta, vt trahi possint ad calumniam, explanes, et odiosius dicta arte lenias. Mos gerundus est huic seculo συκοφαντικωτάτῳ, et Paulus nobis qua licet imitandus est, qui omnia fiebat omnibus vt omnes lucrifaceret. Porro, tantum abest vt aeditionem operis velim remorari, vt magnopere cuperem idem factum in caeteris meis lucubrationibus, praesertim iis quae minus habent inuidiae, et plus conducunt ad pietatem; quod genus sunt Commentarii in quinque Psalmos, Comparatio Virginis et Martyris, Misericordia Domini, Matrimonium Christianum, Vidua Christiana, et Paraphrases. Ipse non grauarer Gallum aut Batauum interpretem conducere; sed rara auis est qui in sua lingua tantum praestare valeat.

7. quam *β*: de qua *H*. 8. accusem *β*: querar *H*. 9. vt ne *β*: neue *H*. 18. exasperent *H*. 25. satagunt *H*. 26. vulgari *β*: vulgi *H*. 33. gerendus *H*. *H*: ςυκοφαντικοτατῳ *β*. 39. quinque *β*: quatuor *H*.

---

21. apud Hispanos] See Epp. 1556. 47n, 1581. 765–71, 1814. 120–129; but contrast Ep. 1742. 174–8.

30. praefationem] Ep. 858.

39. Psalmos] See Epp. 327, 1304, 1427, 1535, 2017.

Comparatio] See Ep. 1346.

Misericordia] See Ep. 1474.

40. Matrimonium] See Ep. 1727.

Vidua] See Ep. 2100.

Paraphrases] See vol. vii, p. 559.

41. interpretem] Erasmus seems to have been unaware that a Dutch translation had appeared at Amsterdam, D. Pietersoen, 24 July 1523; edited again at Antwerp, J. van Ghelen, 28 Aug. 1523. A French translation, by L. Berquin, appeared first *s.l. et a.* ⟨c. 1525; cf. Ep. 1581. 760⟩; reprinted by M. de Keysere at Antwerp in 1529. See BEr². *Ench.* 1069–70, 1081–2.

Ex laudibus quas mihi plena manu tribuis, nihil aliud accipio nisi quod me vehementer diligis, qui sic in iudicio de me caecutias. Vbi prodierit opus tuum, rem adprime gratam feceris si codicem vnum miseris, vt et ipse discam Ethrusce loqui. Bembi vero pietatem magnopere probo, qui hoc quoque decus reuocat suae Italiae, quam tot egregiis virtutibus hactenus illustrauit.

Haec vt legas vereor. Scripsi enim plusquam ex tempore, quo vel hinc intelligas quam a me familiariter ameris, Aemili carissime. Reliqua cognosces ex Vincentio, qui mihi visus est vir pius ac sincerus. Bene vale.

Friburgi Brisgoae .xvi. Cal. Iunias. 1529.

Erasmus Roth. manu propria.

[2123]2166. From Balthasar Mercklin.

Leipzig MS. — Waldkirch.
EE. 109. — 19 May 1529.

[An original letter, by a secretary; subscribed by the Bishop (ll. 37–9). The year-date is confirmed by the mention of Erasmus' move to Freiburg.]

S. Pl. Vir ornatiss., litteras quas tua paternitas per Christophorum Carbetium ad me dedit, accepi Spyrae: quae quidem mihi fuerunt gratiss. Comendauit tua p⟨aternitas⟩ eundem Christophorum mihi vehementer: cui profecto omnem fauorem et offitium, quantum in me erat, lubens praestitissem; sed is me in tantis rerum ac negotiorum procellis demersum offendit, vt minus illi satisfacere potuerim quam cupiebam. Verum quantulumcumque id fuit, certe et voluntati et studio nostro nihil defuit quo minus et paternitati tuae et illi gratificarer.

Secundas Waltkirchium delatas Luscinius noster, hospes pat. T., mihi praesentauit; per quem p. t. significari desiderat, si quid est quod per illam fieri vellem, imperem; agisque pro meo in te studio et fauore gratias ingentes, sed eas profecto citra meritum nostrum. Quod etsi humanitati tuae magis quam officii nostri praestiti ⟨memoriae⟩ adscribendum fuit, dabitur tamen opera non mediocris vt hae tuae nobis gratiae relatae non in vniuersum sint vanae aut inutiles. Licet nudis verbis dumtaxat et vacuis sine munere aliquo litteris tecum ago, curabo tamen posthac vt non adeo nudae aut implumes, sed pro fortunioli mei tenuitate cum ingenti foenore, ad te vadant, et quicquid hactenus pro

2165. 49. quam . . . illustrauit *add. H.* 51. Aemyli *H.* 52–3. qui . . . sincerus β: Magio, viro, vt mihi visum est, et pio et perhumano *H.* 54. Friburgi (Triburgi β) . . . Iunias β: Datum apud Friburgum Brisgoae postrid. id Maii. Anno *H* (Idus *N*). 55. Erasmus . . . propria *om. H.*

2166. 1. litteras] Ep. 2123, dated 15 March.

2. Carbetium] Carlewitz: see Epp. 2121–2.

10. Secundas] Not extant: evidently recent. Cf. l. 26.

Waltkirchium] See Ep. 2104. 11n.

Luscinius] See Ep. 302. 16n. He had left Augsburg because of the religious troubles (Ep. 2264. 30–33), and since Jan. 1529 had been resident in Freiburg; occupying the ground-floor of the house 'zum Wallfisch' (Ep. 2112. 15n). See Schmidt ii, 202–3.

temporum necessitate intermissum est, de cetero cumulatim resartiatur.

Profectionem autem tuam e Basilaea Friburgum vsque prospere tibi cecidisse, et eam cum laeta valetudine, vehementer tibi gratulor. Nam hac tua incolumitate integre nobis conseruata nihil optatius, mihi crede, contingere potuisset, licet, vt inquis, damnosa cum crumena; quod tamen facile contemni existimo, dummodo melior sortis pars, hoc est valetudo tua, salua nobis sit et incolumis. De viatico comparando curabit is qui nec auiculas, et eas quidem imbecilles quae serere aut nere non nouerunt, impastas relinquet. Tu tibi, candide atque opt. Erasmi, persuadeas velim omnia mea tecum esse comunia, nihilque esse apud me tam charum aut tam antiquum, quod tui causa non lubens, imo vltro, impenderem. Quare his omnibus de cetero vt tuis vtere. Bene vale, vir ac pater integerrime, decus litterarum opt., dimidium denique animae meae. Dat. Waltkirch XIIII Caln. Iun: M.D.XXIX.

R. P. T. bonus amicus et frater,

Baltazar E⟨piscopus⟩ Malten⟨sis⟩ etc.

Cesaree maiestatis consiliarius or⟨dinarius⟩ ac vice cancellarius etc.

Reuerendo atque ornatiss. viro domino Desiderio Erasmo Roterodamo, sacrae theologiae et omnium denique optimorum studiorum principi et restauratori, candidiss. etiam amico et patrono nobis syncere dilecto.

2167_{2193} FROM ERASMUS SCHETS.

Basle MS. Scheti Epistolae 19. Antwerp.
27 May 1529.

[An original letter, autograph throughout. The year-date needs no confirmation.]

S. p. Egregie vir et amice dignissime, vix crederes quam tedeor tanta tui vel litterarum tuarum mora. Etenim non saltem tedeor sed et excrutior, dum inter hosce tumultus, qui certe quietudini tue minus conueniunt et sunt inimicissimi, te sciam constitutum et versantem. Resciui Carolum Vtenhouium et plerosque alios qui consuetudinem tecum agebant, ob metum tumultuarium te derelicto sparsim auolauisse. Nescio quid te animet hisce laquearibus et periculis tam pre oculis et ante pedes tibi concredere te. Etenim hoc iactum semen, ni Deus auerserit, atrotiores furias est enixurum. Exposcunt celum et terra vt ad nos reuoles; nec interim videri vis id meditari. Audiui quidquid Basilee fuerit bonorum catholicorumque hominum, vel clam vel aperte decessisse: et tu in medium tumultuantium remanebis illic solus? Vererisne, queso, internitionem quam sibiipsis prepararunt Basilienses? Vis forsan cum his talis qualis haberi? Sic nam arguitur

2166. 26. vt inquis] Perhaps in the second letter (l. 10).

2167. 5. Vtenhouium] He had gone to Italy in Feb.: see Epp. 2105, 6.

6. tumultuarium] Cf. Ep. 2101. 31n.

10. ad nos reuoles] Cf. Ep. 1926. 16n.

de te passim. Inter tuos hic amicissimos nemo non est qui non tui preter modum admiretur; ac effodis plerisque, dum tui fit mentio, profundissimas lachrimas. Obsecro te vt saluti tue consulas, ac pro fruenda quiete, quam dii simul et homines tibi hic potius quam ibi pollicentur, te accingas et venias.

Fasciculum hoc ad te litterarum, quod ante menses aliquot ex Ganda Carolo Vtenhouio sub illius superscriptionem directum fuerat, illo a te decesso remeauit ad me. Iam fasciculo aperto sunt Carolo sue littere directe Venetiis. Et hasce inscriptas tibi ad te mitto, cum alia etiam epistola, quam ex Hispania a Valdesio iussi expeti, vt rescias quas dudum mihi miseras illi mittendas epistolas, hunc certius accepisse. Cesar iam ad Ytalicam profectionem accinctus nil preter a Barcelona ad Genoam traiectionem meditatur.

Apud Cameracos conuenture sunt illustrissime matrone Francie et prouinciarum nostratuum rectrices. Faxit Deus vt harum mediis, virilibus deficientibus viribus, coeat pax, quo hoc laudis per orbem sibi vendicet sexus foeminea; vbi videlicet quod tantus vnus Pontifex, tante cardines Ecclesiae, tot principum, regum et ducum catholicorum in vnum congeste vires totidem annis non potuere, harum duarum illustrissimarum matronarum prudentioribus mediis et facere liceat et componi valeat.

Vale ex Anuerpia xxvii^{a} May 1529.

Tuus amicissimus Eras. Schetus.

Accessere deinde ex Hispania et hae alie epistole tibi mittende.

+Excellenti doctissimoque viro domino Erasmo Rotterodamo, amico precipuo. Basileae.

2168. From Viglius Zuichemus.

Ghent MS. 479, p. 54 (α). Lyons.
VZE. 6 (γ). May 1529.

[Of the sources mentioned in Ep. 2101 introd. only two are available. The year-date is confirmed by the report of Alciati's movements.]

ERASMO ROTERODAMO.

Vel ob eam causam, Erasme doctissime, Dolam illubentius reliqui, quod ibi propter tam exiguum quo a te aberam loci interuallum, aliquando me occasionem inuenturum sperabam vt desideratissimo tui conspectu fruerer. Sed nescio quomodo fatum meum et amicorum consilia voto huic aduersentur. Nam Dolae

2168. 4. fatum γ: factum α.

2167. 21. litterarum] Ep. 2082 was one; cf. Ep. 2197. 29–33.
25. alia . . . epistola] Evidently to Schets; not extant.
26. mittendas] Cf. Ep. 2163. 1n.
27. Cesar] This news is in Ep. 2109. 7–8; for his movements at this time see Ep. 2163. 6n.
30. Apud Cameracos] This news was known in Brussels on 17 May: see Brewer iv. 5554, 5566–7. The 'Ladies Peace' was concluded on 5 Aug.; cf. Ep. 2211. 3–4.
40. alie epistole] Ep. 2109 was perhaps one; since it brought news which Schets mentions here (ll. 27–9).

cum adhuc agerem, studiosorum quorundam iuuenum precibus operam qualemqualem meam in tradendis iurisprudentiae rudimentis requirentibus tandem assensi. Sed audaciae istius me postea non semel puduit penituitque. Repugnat enim adhuc etas, cui discere magis quam docere conueniebat; presertim cum ex patrui mei munificentia parentumque liberalitate non desit vnde citra docendi quaestum meo, quod dicitur, succo viuere literisque libere vacare possem. Attamen graui imperiosaque cohortatione amici quidam non indocti eo impulerunt. Ad haec ita obnixe adolescentes ipsi a me contenderunt vt non quid ingenii mei imbecillitas ferret sed quod ipsi vellent, suscipere compellerer.

Vbi igitur quod desiderabant a me impetrassent, porro etiam persuaserunt vt Auinionem vna cum ipsis proficiscerer, Andream Alciatum primi inter iureconsultos nominis professorem audiendi gratia. Sic nescio quomodo sperata diu inuisendi conspiciendique tui occasio subtracta est. Adeo tamen adhuc vetus illa cupiditas pectori meo inhaeret, vt quantum spei decessit, tantum ei desiderio quotidie accrescat. Nec illam ex animo meo deponere possum: Deum precans vt te diu nobis seruet superstitem, vt, etsi serius, aliquando tamen huiusce voti compos reddar.

Lugdunum vbi veni, accepi a Paulo Cerrato, viro cum primis docto et humano, Alciatum iam Auinioni valedixisse et amplissimo honorario ab Regina Nauarrae, sorore Regis Francorum, ad Biturigas esse euocatum, et in ea Academia magno salario esse conductum. Hi vero qui me eo pertraxerant, etsi magno desiderio Alciatum eo sequi cupiebant, parentum tamen obsecuti mandatis et prius secuti propositum, tutius nos, bello inter Caesarem et Regem Francorum nondum composito, Auinione in Pontificia ditione quam in Gallia habitaturos putabant. Proinde nos institutam profectionem prosecuti sumus.

Verum euentus consilium parum probauit. Inde enim confestim propter suborientem pestilentiam, Valentiam retro sece-

22. tui γ: te α. 24. γ: depone α. 34. Auinione in γ: Auinionem α.

6. iuuenum] Perhaps the six pupils who put forward six propositions to Alciati; first printed with his replies at the end of his *Ad rescripta principum*, Lyons, S. Gryphius, 1532. The names given are P. Castellanus (Ep. 2213), Franc. Chambardus, Claud. Vulcopius, Viglius, Nic. Regius of Dijon, and Caesar Casatus of Milan.

11. patrui] Bucho: see Ep. 1237.

20. Alciatum] See Ep. 1250.

27. Cerrato] (c. 1485—c. May 1541) of Alba, 30 ms. SE. of Turin, dr. of laws and poet. His poems are an *Epithalamium*, Turin, F. de Silva, c. 11 Sept. 1508, for the marriage of Wm. Palaeologus, marquis of Monferrato, with Anne of Alençon; three epigrams in the *Coryciana*, 1524, ff. P^3, P^4 (Ep. 1342. 326n); *De Virginitate*, Paris, S. Colinaeus, 1528: re-edited with a short biography by G. Vernazza, Vercelli, 1778. His work is praised by Lil. Greg. Gyraldus and J. C. Scaliger. In his later years he enjoyed great respect in his native town. See also Tiraboschi vii. 1392–3.

28. Alciatum] He left Avignon for Bourges in March; see Ep. 2194. 15n.

29. Regina] Margaret of Valois; see Ep. 1615.

30. salario] 600 crowns.

33. bello] Cf. Epp. 2193. 28, 2196. 159, 2199. 2.

38. pestilentiam] Cf. Ep. 2199. 159.

Valentiam] The Autobiography states that he was I.V.D. there on 8 May 1529.

dere coacti fuimus, vbi mihi longius ob vrbis amenitatem morari lubuisset; presertim cum pestilentis contagiosique morbi periculum, quod precedenti anno ibi fuerat grassatum, nullum restaret, et ii qui ius ciuile ibi profitebantur, bene docti mihi viderentur. Verum mercatores Germani qui Lugduni negotiantur, de nostro ab Auinione discessu certiores a nobis facti, explorata securitate in regia curia, vt ad Biturigum Academiam Alciatum subsequeremur, suaserunt: quorum consilio lubenter acquieuimus.

Haec nostra prolixius ideo ad te tantum scribo, vt obligationi, qua me superiori epistola tibi obstrinxi, satisfaciam. Neque enim debeo optimum patronum quicquam mearum rerum celare, quando iam amplius temeritatem meam, quod saepius audaciusque literis meis tibi obstrepam, deprecari opus non habeo. Perges enim, vt spero, eam boni consulere, cum quicquid in hac parte peccem. Vbi iter susceptum absoluero, dabo operam vt de Alciato, ac si quid erit aliud quod te scire putem velle, ex me intelligas. Bene vale, Erasme doctissime.

Ex Lugduno mense maio 1529.

2169_{2170} FROM AMBROSE PELARGUS.

Pelargus, Bellaria f°. A³. ⟨Freiburg.⟩
⟨5 June⟩ 1529.

[After Erasmus' death there appeared a volume entitled, *Bellaria Epistolarum Erasmi Rot. et Ambrosii Pelargi vicissim missarum. Adiectum est his Iudicium Amb. Pelargi de Declarationibus Erasmi ad Censuras theologorum Parisiensium. Nunc primum aedita*, Cologne, H. Alopecius, 1539. In a preface to the Reader, dated 31 March 1539, from Trèves, Pelargus carefully disclaims any intention of injuring 'Erasmum nostrum, quo dum vixit amico vsi sumus'; feeling confident 'neminem esse qui odisse possit vnicum illud Gratiarum delitium, eorum praesertim qui colloquiis aliquot hominis comitatem, humanitatem, morumque suauitatem exploratam habent'. Everything written by Erasmus is worth publishing; and there is no question of honour, since Erasmus never charged him to keep the letters private. A possible insinuation that they might be forged, he counters with the statement 'apud me adseruari Epistolas Erasmi chiragricas, praeter paucas quasdam, quas dum scrinia omnia excutio, dum domum verro, non inuenio; vt verear illas a puero cum puluisculo, vt solet, eiectas'.

The series, Epp. 2169–70, 2181–2, 2184–6, are in regular sequence. The year-date is confirmed by the gift of Seneca in Ep. 2185. The month-date of this and Ep. 2186 conflict. The easiest correction is to suppose that the frequent confusion of June and July has occurred: cf. Ep. 2179. 8n.

Ambr. Storch (c. 1493—5 July 1561) of Nidda in Hesse matriculated at Heidelberg 5 March 1519 from the Dominican house at Frankfort. On 13 Feb. 1524 from Mainz he wrote a preface for the *De votis monasticis iudicium* of his Prior, Jo. Dietenberger, Cologne, E. Cervicornus, 13 Aug. 1524. Later he

44. a nobis *add.* γ. 49. superioe γ.

40. morbi] There is no mention of this in Nadal's *Hist. Univ. Valence*, 1861.

42. profitebantur] The best known of these was Ant. de Dorne: see Nadal, pp. 37–8, with the names of other teachers less distinguished. In the Autobiography Viglius names Dorne and Jo. Bapt. Palma of Alessandria as the 'professores primarii' under whom he graduated.

49. epistola] Not extant: hardly Ep. 2101, for Viglius has now begun to write to Erasmus *saepius* (l. 51).

went to Basle, where in 1527–8, in support of Aug. Marius (Ep. 2321), he became involved in controversy with Oecolampadius (cf. Zw. E^2. 707); printing with Faber Emmeus an *Apologia sacrificii Eucharistiae*, 1528, and *Hyperaspismus siue Propugnatio Apologiae*, 1529. Alarmed for his personal safety he fled to Freiburg at the end of Jan. 1529; and on 27 Feb. began his theological studies at the University (Acta Fac. Theol., f. 170 v°), matriculating on 3 March. Soon too he was delighted to conduct the correspondence with Erasmus here begun. In 1530–2 he wrote some small tracts against the Anabaptists and other heretics, which he printed as a volume of *Opuscula*, Cologne, J. Gymnich, Aug. 1534. When Erasmus published his *Declarationes* against the censures of the Theological Faculty at Paris, Basle, Froben, 1532, he invited Pelargus' criticisms in preparation for the new edition of Sept. 1532: afterwards printed as a *Iudicium* in the *Bellaria*. When Ep. 2211 had been printed in the *Epist. Floridae* (J), Pelargus saw it (*Bellaria*, ff. H^{5-6}) and was greatly incensed; but through the mediation of L. Ber he was appeased. On 28 Jan. 1533 he became D.D. at Freiburg, but in July went off to settle at Trèves (NE. 116); and thenceforward his energies were freely given to the defence of the Church. He took part in the Conference at Worms 1540–1, and in the Council of Trent 1546. From a Greek MS. at Trèves he published a Latin translation of Chrysostom's *Liturgia*, Worms, S. Wagner, 1541.

See N. Paulus, *Die deutschen Dominikaner im Kampfe gegen Luther*, 1903, 190–212.]

AMBROSIVS PELARGVS ERASMO ROT. SVO S. P.

Etsi nec ingenio nec iudicio nec facundia, denique nec reconditarum rerum memoria, vlla ex parte tibi comparandus sum, Erasme eruditiss. (admirator enim tui sum, imitator esse non possum), nolim tamen, quantuluscunque sim, a te in suspitionem vocari vel temeritatis vel arrogantiae, qui etiamnum iuuenis de scriptis tuis extimare rationesque meas tecum conferre audeam. Vt enim hoc mihi iuris apud te sumam, in causa est cum Christiana charitas, quae nihil non audet, tum vero singularis erga te amor meus. Amor porro quo syncerior est, hoc est viuacior et actuosior, nec aliquando cessat: quin instat, vrget, impellit, extimulat, nec sinit amicum non meminisse officii sui.

Quando itaque ego me vnius et alterius colloquioli occasione in amicitiam tuam insinuaui, tuque me pro humanitate tua in album amiculorum referri iubes, non facile dum viuam commisero vt tibi bene de me merito ingratus sim; quanquam haud scio an aliud sit quo tibi aeque gratum facere queam quam sicubi in lucubratiunculis tuis humanum forte aliquid passus videris, amice te admonendum curem. Quod ipsum haud postremum esse amicitiae symbolum facile mihi persuaserim. Porro sunt omnino quaedam in tuis (quod salua pace tua dixerim) quae si quis ad examen reuocet, atque ad viuum, quod aiunt, excutiat, correctione non indigna videantur. Sunt quae temere effusa parumque recte expensa tibi sint. Sunt quae incircunspectius scripseris. Sunt item quae ambigue tibi et lubrice dicta sint, vt inde certus erui sensus haud facile queat: quod alii quidem dubii parumque sibi fidentis animi argumentum esse dicerent, eoque animo tenebras offudisse te, hoc est obscurius dixisse aliqua, quo minus quae praue contorsisses deprehendi possent, aut ⟨vt⟩ ipse deprehensus haberes vnde elabi tandem posses.

Ego certe non induco animum vt credam sinistro parumque candido animo aliquid te aut dicere aut scribere: quin potius in

eo totus sum vt putem te communi culpa, hoc est incogitantia et oscitantia, hallucinatum esse sicubi erras. Vtcunque sit, certe expediret explicatius scire non tam quo animo quam quo sensu quaedam scripseris. Quodsi itaque amici partes agnosces, nihil in me desiderari patiar quominus synceri amici officio probe functus videar. Nihilque addubitem istuc ipsum ex re tum mea, tum tua ipsius, tum vero ex communi studiosorum vtilitate fore. Quamuis autem placide nos et amice omnia acturos confidam, quando tamen dificile est vt quis in hoc praesertim agendi genere perpetuo sibiipsi aut imperet aut temperet quo minus concessae libertatis limites interim egrediatur, operaepretium facturos nos arbitror, si aut mutuae libertatis paciscamur veniam, ne forte alterna libertate stomachi aliquid alter in alterum concipiat, vnde *πολέμου ἀσπόνδου* odiique capitalis periculum sit (id quod haud ita pridem vsu venisse quibusdam exemplo non longe petito docere queam). Aut sic certe nobis temperandus est calamus ne velut digladiatores commissi videamur, ac felleas potius quam amicas scribere epistolas: quod quam longe a decoro sit, quanque parum vtriusque nomini respondeat, quis (modo non contingat malignus nominum interpres) non videat? Vt enim tibi ab amabilitate Erasmo nomen est, ita a dulcedine mihi Ambrosio nomen, a pietate Pelargo cognomentum inscribitur. Quo obiter subit admirari scurrilem quorundam impudentiam qui amabile illud Erasmi nomen tam maligne interpretati sunt; alius 'Erasinus', alius 'Erras mus', alius nescio quid. Bene habet quod eiusmodi rabulae semigraece nesciunt: alioquin periculum erat ne terrestrem te murem facerent, ab *ἔρα terra* et *μῦσ mus*, Germanice *eyn Erdmuss*.

Sed vt ad rem redeam. Quod si itaque tu libertatem meam aequo feras (id quod me abs te, qua es facilitate, nisi te non satis noui, impetraturum non diffido), patiar vicissim in pari causa te tua quoque frui amabili *παρρησίᾳ*. Enimuero hoc pacto futurum spero vt in argumentis, siue quae laxandi animi, siue quae inquirendae veritatis gratia agitanda tractandaque suscepta nobis fuerint, ne animo quidem digladiatorio locus relinquatur. Scriptis rem agemus, nisi tu colloquiis pomeridianis mauis transigi. Ego vtrisque certe delector, vt qui maxime: nimirum expertus illiusmodi colloquiis studiorumque collationibus mire vegetari ingenia. Caeterum nihil mihi abs te concedi postulo, neque ipse aliquid tibi facile concesserim, quam quod aut ratione solidisque argumentis aut inuiolabili siue Scripturarum siue sacrosancta Catholicae Ecclesiae autoritate euictum fuerit: quanquam veritatis amatores non tam de victoria quam de asserenda veritate solicitos esse conuenit.

Vale ex pistrino nostro, Nonis † Iulii. 1529.

63. *παρρησία a.*

---

53. Pelargo] For the filial devotion of the stork see Ar. *Av.* 1353–7, and other passages cited in Liddell and Scott.

55. Erasinus] Cf. Aus. *Idyll.* 7, praef.

67. pomeridianis] Cf. Epp. 1756. 6–8, 1805. 282–4.

^{2169}2170$_{2181}$ To Ambrose Pelargus.

Pelargus, Bellaria f°. A⁴ v°. ⟨Freiburg.⟩
⟨June 1529.⟩

ERASMVS ROTERODA. AMBROSIO PELARGO S. P.

Vix consequi queam, Pelarge doctiss., quantum mihi hanc meam felicitatem gratuler, cui contigerit exploratae fidei theologus quicum in veritatis inquisitione humaniter conuersari liceat. Equidem vt mihi per omnem vitam vix aliud aeque iucundum fuit ac bonorum amicitia et familiaritate frui, eorum duntaxat quos mihi et exquisita eruditio et ingenii dexteritas fecit amabiles; ita ingenium meum semper ab hoc θεολογῶν (pene exciderat ματαιολογῶν) genere abhorruit, quibus vetus illa spinosaque theologia magis arridet, quibusque in procliui est seueriore censura damnare, non dico quod minus ipsi intelligunt, sed quod ne legerunt quidem. Sunt qui videri possint nunquam induxisse in animum vt mea legerent. Et tamen nemo magis, nescio meam dicam an suam ipsorum potius, existimationem laedit quam improbi isti ardeliones qui hoc vnum student, vt veritatem sugillent potius quam vindicent. Ego hoc plus fidei nostris (quaeque illa sint) iudicandis tibi habeo, quo diligentius accuratiusque, nisi me communes amici fallant, tibi aliquoties relecta esse scio.

Neque est vt verearis me libertate tua offensum iri. Quin hoc nomine polliceor me tibi habiturum gratiam, si libere interim quod res postulat admoneas. Sic omnino affectus sum vt vel a puero admoneri sustineam. Quod si quidam tam admonuissent amice quam id fecerunt libere, ne dicam furiose et animo plusquam hostili, non modo calculum reducturus fueram, verumetiam gratias illis hoc nomine habiturus quam maximas. Nam ipse non nego, quin ingenue fateor, me non vno modo peccasse in scriptis meis. Caeterum dabitur vtrunque tibi, mi Pelarge, vt sicubi lapsus tibi videor, commodum submoneas per epistolam; aut, si voles, a prandio (quando alioqui remittendus est animus) nos conuenias. Lubens a te vinci patiar, modo quod tibi gloriosum est vincere, bono mihi sit et commodo. Vale.

2171. To Leonard Rephanus.

Opus Epistolarum p. 857. Freiburg.
N. p. 819: Lond. xxii. 7: LB. 1052. 6 June 1529.

[As Erasmus is at Freiburg, 1529 is the only year-date possible.

Leonhard Rebhan of Ingolstadt matriculated at Basle in the summer of 1506. He became a canon of St. Peter's and preacher there, and in the winter semester of 1526–7 was rector of the University. With others he subscribed a reply to Oecolampadius made by Aug. Marius (Ep. 2321) on 16 July 1527.

At St. Peter's he was a colleague of L. Ber and neighbour to Erasmus; but he seems to have had no acquaintance with Erasmus until now. This letter suggests that he too may have been meditating migration to Freiburg.]

22. admoneri sustineam] See Ep. 2082. 195n.

26. peccasse] Cf. Epp. 1879. 89–94, 1887. 11–14.

ERASMVS ROTERODAMVS LEONARDO REPHANO S.

Lvdovicvs Bervs, praeceptor ac patronus meus plurimum obseruandus, multa apud me testificatus de propensa animi in me tui beneuolentia, salutem mihi tuis verbis annunciauit, iussitque vt tibi tribus verbis vicissim salutem ascriberem. Id equidem feci perquam lubens, non solum quod ille iussit cui nihil negare nec possum nec debeo; verum etiam tuus iste candor promeretur vt te mutuo diligam, qui prior ad amicitiam prouocaris. Huc si veneris, faciam tibi mei copiam vel ad satietatem vsque: tantum abest vt te grauate sim admissurus. Bene vale.

Datum apud Friburgum Brisgoae 8. Idus Iunii. AN. M.D.XXIX.

[2081]2172. To Hubert Barland.

Opus Epistolarum p. 861. Freiburg.
Lond. xxx. 1: LB. 1055. 8 June 1529.

[In this letter Erasmus replies to one of Stunica's pamphlets against him (l. 3n); five years after publication, the book having come to the surface of his papers in consequence of the move to Freiburg. Like Ep. 2206 it was afterwards regarded as having the character of an *Apologia*, and was not reprinted among the *Epistolae*; but it appears among the *Apologiae* in the Basle *Opera*, 1540, ix. 326–33. Only the opening and concluding passages are given here. The year-date needs no confirmation.]

ERAS. ROT. HVBERTO BARLANDO MEDICO S.

Si deest quod rideas, Huberte suauissime, en tibi argumentum! Stunica, quem dicas Romae prorsus agere γελωτοποιόν, pridem emisit libellum, quem Friburgi, dum suppellectilem migratione confusam excutio, forte repperi, ac dum praeter solitum esset ocii nonnihil, percurri; in quo veterem interpretem sic vindicat a soloecismis, vt asseueret illum et bene Latine et eleganter vertisse omnia.

Audis magnificam προσεπιφώνησιν. Huc assumit quaedam manifesto falsa, quaedam vehementer controuersa. Manifestae vanitatis est quod in praefatione praedicat, me gracculum Aesopicum referentem, compilasse Laurentii Vallae commentarios, atque illius suppresso nomine aliena pro meis venditare: quum omnium primus Vallae commentarios mea opera meoque sumptu curauerim euulgandos Lutetiae; deinde quum innumera sint in meis quae Laurentius non attigit; denique quum in ipso opere toties citem Vallae nomen: nisi forte putauit mihi ad quamuis friuola faciendam Laurentii Vallae mentionem, praesertim quum liber extaret. Porro hanc aeditionem vulgatam eam esse quam diuus Hieronymus iussu Damasi castigauit, sic est controuersum vt inter manifesto falsa numerari possit.

2172. 3. libellum] *Apologia Ecclesiasticae translationis*: no. 9, in vol. iv, p. 622.

migratione] Cf. Ep. 2143. 5n.

5. veterem interpretem] The author of the Vulgate version of the New Testament; which Erasmus considered not to be the work of Jerome. See the *Apologia* prefixed to his *N. T.*, 1516, f^o. bbb^6 v°.

13. meoque sumptu] with a guarantee from Chr. Fisher: see Ep. 182. 16–17, 203–4.

14. Lutetiae] See Ep. 182.

Habes pollicitationem prologi; nunc accipe conclusionis triumphum. Iactat nihil esse suauius quam eum hominem indoctum illiteratumque toti orbi commonstrare, quem multi antea putarunt aliquid scire; et subinde gloriatur se Erasmum vincere, non solum in sacris literis, verum etiam in prophanis in quibus mihi videar excellere. Quam procliue est esse disertum, vbi quis sibi permittit quicquid collibitum est fingere! Nam ipse nec sacrarum nec prophanarum literarum peritiam insignem vnquam iactaui. Et si hanc laudem affectat Stunica, per me quidem suo fruetur arbitratu. Verum ne plus satis sibi placeat hac victoria, habet hoc seculum plusquam decem milia, quibus in omni literarum genere lubens herbam porrigo.

Vtinam adesset Stunicae tantum eruditionis quantum sibi tribuit! Caeterum quid stultius quam eum protinus haberi doctiorem, qui in opere alieno, praesertim vario, repperit quod arrodat? Non mihi videor dignus qui Hermolao Barbaro, si viueret, matulam porrigam; et tamen in illius scriptis sunt quae iure possim carpere. Nicolaus Leonicenus quaedam notauit in Plinio; num ideo continuo doctior? Ipse diuum Augustinum, Ambrosium et Thomam aliquot in locis reprehendo, nec immerito; num ideo doctior? Aulus Gellius indicauit in M. Tullio memoriae lapsum. Et autore Augustino literatores in oratorum eloquentissimis libris deprehenderunt soloecismos: quos aliquot et ipse in Cypriano, Hilario, Ambrosio, et Hieronymo possum a me notatos ostendere. Denique sutor reprehendit aliquid in Apellis tabula; num ilico gloriabitur Apellem ab se victum? Quis hoc non videt esse stultissimum, etiamsi quid animaduersum sit foedi pudendique lapsus?

Nunc mihi vide quam ex friuolis nugis quos triumphos agat Stunica. Exagitat capitis numerum perperam notatum, fortasse typographorum incuria; nusquam enim peccatur saepius. Sed age, sit meus memoriae calamiue lapsus; quid est quod hic plaudat Stunica, quum hoc officii non raro mihi praestent famuli et amanuenses? Librum Annotationum scribere difficile est; at nihil facilius quam in magno opere Momum agere, et neuum aliquem qui fefellerit ostendere. Denique si ex professo suscepit Interpretem ab omni sermonis vicio vindicandum, quur tot loca a me notata dissimulat? Tametsi quid stultius quam hoc anxie a sacris literis depellere, quod in illarum gloriam a probatissimis viris praedicatur, 'non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis', etc. Et qui tales scribit libros, mihi obiicit ingenii obtusitatem: quo conuicio ne tantulum quidem offendor, tantum

32. herbam porrigo] For the modesty of this utterance cf. Ep. 1107. 8n.

36. Barbaro] See Ep. 126. 128n.

38. Leonicenus] See Ep. 541. 55n.

41. Gellius] The reference is perhaps to *N.A.* 15. 28, where Nepos' error about Cicero's age is mentioned.

42. Augustino] Perhaps *Doct. Christ.* 2. 13.

45. sutor] See *Adag.* 516; quoting the story related in Plin. *H.N.* 35. 10.

53. hoc officii] Cf. 1, p. 22. 22n.

famuli] For other duties of his servants cf. Ep. 2236. 9–12.

60. non in] 1 Cor. 2. 4.

a Stunica obiici rideo. Verum ne pluribus morer, loca singula tribus verbis indicabo. . . . .

. . . .

Obsecro te, nonne fortiter ac feliciter defendit Interpretem et Apostolos? Quid superest nisi vt bene nauata opera canat triumphum? Id facit serio, mentiens suo more, quod Erasmus negligat mysteria, tantum intentus elegantiae sermonis; quod nec Apostolis parcat, emendaturus et illorum sermonem; quod in vertendo Nouo Testamento sermonis lenocinium adhibuerit, in multis nec Graeca sit assequutus, nec Latini sermonis proprietatem obseruarit. Atque huiusmodi Annotationum tam elegantium pollicetur et alios complures libellos; nimirum ad vtilitatem studiosorum, vt totus mundus lectis Stunicae scriptis sciat fuisse quendam Lopidem virum diuinum, qui clarissimis argumentis demonstrarit Erasmum nihil scisse literarum, vt posthac omnes Stunicae nomen pro numine venerentur. Quum in libero maledicentiae campo versatur, nihil Stunica disertius; quum ventum est in rem praesentem, et cominus conserendae manus, quantus ibi nugator sit declarauit hic libellus. Et tamen huiusmodi naenias Romae Dominicani curarunt excudendas, praeter Pontificis et Card⟨inalium⟩ aedicta.

Dices, quur mihi mittis huiusmodi nugas? Non in aliud nisi vt rideas; noui enim quam sis φιλογέλως. Quod si factum est, scopum attigi. Neque secius scopum suum tetigit Stunica; celebratur. Vnum hoc spectabat. Atque hic est ille Stunica quem Bedda vir tantus pronunciauit absolutum theologum, quum ipse se tantum profiteatur theologum absque flocco.

Libellus Epistolarum Medicinalium quem Argentorati reliqueras ad me mittendum, mense, ni fallor, Martio, mihi Friburgi redditus est ad idus Iunias. Mira celeritas! An e Francfordia scripseris nescio, mihi nulla litera est reddita. Quoties, mi Huberte, male precatus sum isti πέμπτῃ οὐσίᾳ, quae tua mellitissima consuetudine nos tam cito orbauit. Quanquam tui desiderium moderatius laturi sumus, si tibi contigit adamata potiri. Haec vna deerat ansa tuae encyclopaediae, quam alioqui numeris omnibus feliciter absoluisti. Hactenus sementem fecisti, nunc restat vt bonam messem metas.

Bene vale, apud Friburgum Brisgoae VI. id Iunias. Anno M.D.XXIX.

2173. To Peter Tomiczki.

Warsaw MS. Teki Górskiego 1170 (a). Freiburg.
H. p. 855: N. p. 817: Lond. xxii. 4: LB. 1056. 8 June 1529.

[An original letter, by a secretary (a1); corrected, signed, and addressed by Erasmus (a2), who adds a postcript (ll. 39–44) on a separate slip of paper.

Epp. 2173–8, closely connected and addressed to Poland, fall between Erasmus' migration to Freiburg and the publication of H. They answer

66. defendit] *sc.* Stunica.
83. aedicta] See Ep. 1581. 191–6.
90. Epistolarum] of Jo. Manardus, Strasburg, Jo. Schott, 17 Feb. 1529; see Ep. 2081 introd.
94. πέμπτῃ οὐσίᾳ] Cf. Ep. 2081. 1.

letters not now extant; one of which was dated 6 Feb. 1529 from Warsaw (Ep. 2177. 83–4). Ep. 2173 was perhaps answered by the 'epistolium' of c. March 1530 (Ep. 2351. 96–7).]

S. P. Accepi celsitudinis tuae litteras, vigesimo die Aprilis scriptas, ex quibus intelligo nec postremas litteras meas nec Senecam fuisse redditum. Nunc tamen id factum opinor; nam duobus commisi, alteri in nundinis Francfordiensibus, alteri per Viennam isthuc profecturo. Dici vix possit quantopere me tibi deuinxeris ista singulari benignitate, qua nostro Antonino in sua miserabili calamitate constanter adfuisti: reponat tibi mercedem, qui multo cum foenore pensat omnia benefacta piorum omnium. Quo magis confido tuum istum in me fauorem fore perpetuum. Ego grati hominis laudem non postulo; abunde est, si tuo iudicio videor ingratitudinis notam effugisse.

Agnatus tuus sub hyemem proximam adiit Lutetiam, me nec suadente nec dissuadente. Quanquam ille iam per aurigam sarcinulas emiserat, priusquam me consuleret. Tametsi iam diu diuinabam illum aut hoc aut simile quippiam moliri. Ea res ad morum ciuilitatem nonnihil contulerit. Nam et Regem salutauit, et cum eruditis compluribus congressus est. Cum hyrundine reuolauit ad nos, pristina mecum vsurus consuetudine; verum quum hic magni rerum motus viderentur imminere, et forte nactus esset commodum itineris comitem, quicum apud me mensam habuerat communem, Venetiam proficisci maluit. Nec dubito quin eo peruenerit incolumis. Opto vt quod ille maluit, sit ipsi felicius. Quod per me praestari potuit, nunquam erat ei defuturum.

Nos mense Aprili toti commigrauimus Friburgum Brisgoae, oppidum ditionis Ferdinandicae. Eo tum praesens rerum status compulit, tum inclyti Regis Ferdinandi voluntas inuitauit. Felicius cecidit mutasse nidum quam expectaram, et hoc coelum experior meo corpusculo multo amicius. Et arbitror me hic aliquanto tutius agere, nisi si qua bellorum procella subito exorta permisceat omnia, quod ego misere metuo. Iam rumor est Tigurinos esse in armis, et ea pars Heluetiorum quae pristinam religionem mutare non vult, dicitur inisse foedus cum Rege Ferdinando.

1. S.P. *a*: ERASMVS ROTERODAMVS PETRO TOMICIO, EPISCOPO CRACOVIENSI, S. *H*. *H*: Aprili *a*. 3. fuisse *a*: esse *H*. 6. Antonio *N*. 12. a^{2}: hiemem a^{1}. 22. ipsi *a*: illi *H*. 23. poterat *H*. 25. praesens *add.* a^{2}: *om. H*. 32. inisse a^{2}: misse a^{1}.

---

1. litteras] Not extant.
2. postremas] Ep. 2035.
3. Senecam] See Ep. 2091.
4. alteri] Possibly Polyphemus, who went about that time through Vienna to Hungary; see Ep. 2130. 90–93, 130.
6. Antonino] See Epp. 1602, 2176.
12. Agnatus] Zebridovius; see Ep. 2065. 21n, and cf. Epp. 2161, 2174, 2188. 1–3, 2201.
16. Regem] Cf. Ep. 2201. 17n.
20. comitem] Chas. Utenhove; cf. Epp. 2105–6, 2201. 25–8.
30. Tigurinos] On 8 June Zwingli persuaded them to take up arms with Berne and other towns in the 'League of Christian citizens' against the Catholic Cantons (l. 31n.): the 'first Kappel war'. Cf. Ep. 2180. 9n.
31. Heluetiorum] The five Catholic Cantons, Lucerne, Uri, Schwyz, Unterwalden, and Zug; who had now formed a league with Fribourg and the Valais, and were in close communication with Austria and Savoy.

Quid ais, eximie vir? Egone possim meum in te mutare animum? Tum vero sim homo feris omnibus efferatior. Mutabo, sed in melius, si queam. Opto tuam celsitudinem quam diutissime incolumem, tum isti regno, tum Ecclesiae Christianae.

Datum Friburgi Brisgoae. 6. Id. Iun. An. M.D.XXIX.

Erasmus Rot. tuus mea manu subscripsi.

Georgius qui litteras vestras pertulit, isthic, vt audio, iactat se esse famulum Erasmi, vt extorqueat nummos; et huc reuersus a me petit. Ita meus est vt, si forte occurrerem in via, ego vix agnoscerem, ille non dignaretur aperire caput. Nihil eo procacius. Non inuideo illi vestram benignitatem. Hoc tamen non passus sum vos diutius nescire.

R. D. Petro Tomitio, episcopo Cracouień. et R. P. vicecancellario. Craccouie.

2174. To Andrew Cricius.

Opus Epistolarum p. 856. Freiburg.
N. p. 817: Lond. xxii. 5: LB. 1054. 8 June 1529.

ERASMVS ROTERODAMVS ANDREAE CRITIO, EPISCOPO PLOCENSI, S.

Ornatissime Praesul, autumno proximo duas epistolas ad te dedi, sed eodem ferme argumento. Rursus his vernis nundinis scripsi quod nunc opinor perlatum. Zebridouii res, vt spero, recte habent: id cognosces ex meis ad Episcopum Cracouien⟨sem⟩ literis.

Quid ego audio? Rursus isthic diem obiit Erasmus? O nouam istorum crudelitatem, qui vnum homunculum toties iugulant; quum Christum non nisi semel Iudaei neci dederint! Atqui posteaquam Friburgum commigraui, coepi quodammodo repubescere; tantam experior coeli clementiam, idque praeter spem. Istas viperas abs te contemni nihil miror. Nam tua virtus tuaque dignitas te extra inuidiae tela collocauit; me humi repens animalculum et pulices et cimices audent arrodere.

Inclytus rex Sigismundus et eximiis suis virtutibus et tam obuia benignitate me totum sic habet sibi deuinctum, vt nihil mihi gratius sit futurum quam si detur occasio illi in re quapiam gratificandi. Hungaricae res me nonnihil sollicitum habent; magis autem discruciarer, si quam orbis partem viderem a calamitatibus immunem. In conuentu Spirensi propositum est de pecuniis in Ferdinandi Regis subsidium colligendis. Sed dictu mirum quam surdas habet aures Germania, quoties de dando fit mentio. Verum interim fit vt dum alienas quisque calamitates spectat ociosus ac securus, incendium ad omnes peruagetur. Sed bona spes aeterni Numinis fauorem Ferdinandi Regis pietati non defuturum.

2173. 38. Erasmus . . . 46. Craccouie *add.* a²: *om. H.* 2174. 16. nonnihil *scripsi*: nihil *H.* *Cf. Ep.* 2334. 2

2173. 39. Georgius] See Ep. 2231. 44.
45. R.P.] regni Poloniae.
2174. 1. epistolas] Ep. 2030 is one.
2. Rursus] The letter does not survive.
4. literis] Ep. 2173.
5. diem obiit] Cf. Ep. 2144. 3n.
13. Sigismundus] Cf. Ep. 2034.
18. Spirensi] See Ep. 2107. 1–2.

De munere nolim te sollicitum esse. Mihi sat est scire quomodo se res habeat. Tua benignitas me ditiorem facere potest, deuinctiorem aut tui amantiorem non potest.

Habes epistolam bis ingratam, hoc est et breuem et inconditam. In causa fuit tabellio prorsus incertus. Itaque vix spes est eam ad te venturam. Bene vale.

Friburgi Brisgoae, AN. M.D.XXIX. 6. Id. Iunias.

2175. To Justus Decius.

Opus Epistolarum p. 859. — Freiburg.
N. p. 820: Lond. xxii. 10: LB. 1053. — 8 June 1529.

ERASMVS ROTERODAMVS IODOCO IVSTO, SIGISMVNDI REGIS A SECRETIS, S. D.

Hic nuncius adeo parum erat certus vt consultius fuerit nihil omnino per illum scribere. Augustinus absolutus est sat feliciter, exiturus mercatu proximo.

Video tibi pietatem serio cordi esse; quo nomine mihi charissimus es, tuoque respondes nomini. Quae Lutherus destomachatur in nostros, veriora sunt quam vellem. De libero arbitrio, de bonis operibus ac meritis, deque similibus, themata sunt quae cum fructu pietatis disputari possent inter eruditos, si absit peruicacia veritatis inimica et odium excaecans omne iudicium. Et quae Lutherus vrget, si moderate tractentur, mea sententia propius accedunt ad vigorem Euangelicum. Quod in imagines odiose saeuitum est, minimum faciebat ad pietatem, ad seditionem plurimum. Nec video quur missa debuerit in totum abrogari, etiamsi verum doceret Oecolampadius. Nam nec corpus nec anima Christi adoratur latria quae vocatur, diuinitas autem illius quae adoratur, nusquam non adest.

Verum hic, inquiunt, labitur vulgus. Nihil est facilius quam docere populum nullum omnino creatum adorandum esse latria. Alioqui nemo certus est hostiam esse rite consecratam, nisi solus sacrificus. Sed tacita perpetuaque adorantis conditio liberat illum a periculo idololatriae. Nisi me moueret tantus Ecclesiae consensus, possim in Oecolampadii sententiam pedibus discedere; nunc in eo persisto quod mihi tradidit Scripturarum interpres Ecclesia. Alioqui nullum reperio locum in Scripturis diuinis, vnde certo constet Apostolos consecrasse panem et vinum in

2174. 27. aut *H*: ac *N*. 2175. TIT. D. *add.* N^3.

2174. 25. munere] Cf. Epp. 2030. 37n, 2201. 91–2. Eventually the Bp. sent a ruby ring (Epp. 2351, 2375); which was in Erasmus' possession in 1534 (Major pp. 38–9).

29. tabellio] Cf. Epp. 2175. 1, 2176, 71, 2178. 3, 2201. 1.

2175. 1. nuncius] Cf. Ep. 2174. 29.

2. Augustinus] See Ep. 2157.

5. respondes nomini] For the connexion between Jodocus and Justus cf. the case of Jonas (Ep. 876); and see JE. ii, pp. vii–viii.

6. nostros] The orthodox.

11. in imagines] See Ep. 2101. 31n.

21. Ecclesiae consensus] Cf. Ep. 2123. 14n.

22. Oecolampadii] Cf. Ep. 2147. 34–6.

carnem et sanguinem Domini. Quod idem tu facis, vehementer approbo: et saluti tuae consulis.

Tantum licuit in praesentia: alias copiosius. Bene vale, amicorum optime. Friburgi Brisgoae, sexto Idus Iunias. Anno millesimo quingentesimo vigesimo nono.

2176. To John Antoninus.

Opus Epistolarum p. 856. Freiburg.
N. p. 818: Lond. xxii. 6: LB. 1057. 9 June 1529.

ERASMVS ROTERODAMVS IOANNI ANTONINO MEDICO S. D.

Pro meo singulari in te amore, Antonine chariss⟨ime⟩, morbum tuum tuli non solum acerbe verum etiam impotenter. Scribebant enim amici malum eius generis esse vt mors esset praeoptanda. Quoque minus erat spei redituram sanitatem, hoc dolor meus erat inconsolabilior. Quod vnum potui, summum illum medicum, cui in procliui est et sepultos in vitam reuocare, votis ardentissimis appellaui vt in te suam illustraret misericordiam.

Complures hic eodem malo miserabiliter diuque discruciati sunt, nonnulli et perierunt. Ex Frobenii familia praeter omnem spem aliquot reualuerunt, quum medicorum statio nihil adferret opis. Simili malo correptus est in Italia Ricardus Pacaeus, vir perpetua valetudinis prosperitate atque etiam immortalitate dignus. Desperantibus medicis repetiit suam Britanniam, ac sero quidem, sed totus, reualuit, hoc meo maiore gaudio quo magis praeter spem.

Nec ipse fui prorsus immunis ab hoc malo. Subinde circa vmbelicum sensi non cruciatum sed molestiam; quae tamen aluo soluta mitigabatur. Atque interim pestilentia nostras aedes vndique circumsiliit, planeque, quod ait Maro, Proximus ardebat Vcalegon, meaque res agebatur, quum omni ex parte paries arderet proximus; attamen protectore Deo nullus meorum attactus est.

Quod te conclamatum deseruere medici, tibi feliciter cessit. Siquidem ea res effecit vt, humanis destitutus praesidiis, totum te conuerteres ad eum qui solus percutit et sanat, occidit et viuificat. Pie tu quidem calamitatem imputas peccatis tuis. Nullus enim mortalium purus est ab omni crimine. Caeterum istiusmodi mala non semper Dominus infligit in vindictam scelerum, verum aliquoties talibus modis explorat fidem et charitatem suorum, et in hoc obiicit exercendae pietatis materiam, vt vel amicos suos coronet gloriosius, vel aliis aedat exemplum, in nullis omnino malis cuiquam esse desperandum, qui plena fiducia postularit auxilium a Domino. Clamauit Ionas de ventre ceti, et redditus est luci. Tunc in proximo est salus a Deo quum ab

2176. 16. *HN*³: vmbilicum *N*² *Lond.* 33. in *om. N.* *HN*³: proxima *N*².

2176. 3. amici] See Epp. 1953. 15–17, 1958. 7–8.
9. Frobenii] Cf. Ep. 2033. 66–9.
11. Pacaeus] See Epp. 1955 introd., 2031. 8–10, 2033. 60–66.
18. Maro] Cf. *Aen.* 2. 311–12.
19. paries] Cf. Hor. *Ep.* 1. 18. 84.
22. deseruere] Cf. Ep. 867. 229–32.

humanis suppetiis spei minimum est. Ille seruatus, cantico celebrauit Dei misericordiam; tu quoque pie cogitas, dum non vis tacere magnificam in te tui Σωτῆρος misericordiam. Ille iustificatus est in sermonibus suis, praestitit quod pollicitus est. Nam ipse loquutus est per Iohelem prophetam, 'Omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit': loquutus est per os Psalmographi, 'Clamabit ad me, et exaudiam eum; cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum et glorificabo eum'.

Proinde in te, mi Antonine charissime, adoramus Domini clementiam eximiam; eique gratias agimus quod nobis amicum vita chariorem restituerit, atque adeo quod in te nos aeque periclitantes seruarit.

Reuerendi praesulis Cracouiensis constantem in te benignitatem sic amamus, vt si me donasset opimo sacerdotio, leuius obstrinxisset quam ista in te pietate. O virum omnibus et publice et priuatim iuuandis natum! Dominus omnis pietatis remunerator, et illi rependat digna meritis praemia; et optimae coniugi tuae, quam nec morte crudelior morbus potuit a marito diuellere, reddat pro toleratis molestiis copiosum foenus gaudiorum. Posthac fac sis animo laeto, vir amicissime; tempestas abiit auxilio numinis, eiusdem benignitate succedet iucunda tranquillitas. Tantum abstine a vehementioribus curis studioque vel intempestiuo vel immodico, donec valetudo pristinum robur collegerit.

Legimus quosdam dolore occupatos, subito obiecto gaudio, protinus efflasse animam. Ab hoc periculo non ita multum aberam, nisi Ioannes Henkellus pridem literis suis nonnullam salutis tuae spem ostendisset; mox Iustus noster scripsisset te prorsus morbo leuatum sed nondum ad plenum recreatis viribus. Dominus qui te vitae reddidit, confirmet sua virtute in omni corporis et animi prosperitate. De nobis omnem sollicitudinem deponas velim, Antonine charissime.

Feruebat quidem Basileae media bruma ingens incendium, vidimus armatas cohortes volitare per vias. Caeterum nemo mortalium attactus est, nec cuiusquam violata domus. Tantum in statuas diuorum et imagines saeuitum est, vsque ad internicionem.

Seremiensis episcopi literis rescribam, si quid dabitur ocii; quanquam is cui haec committimus, non aditurus est Cracouiam. Te Dominus Iesus cum dulcissima coniuge seruet incolumem, amice cordi meo charissime. Datum Friburgi Brisgoae 5. Idus Iunias. Anno millesimo quingentesimo vigesimonono.

---

38. Iohelem] 2. 32.
39. Psalmographi] 91. 15.
46. Cracouiensis] Cf. Ep. 2173. 5–7.
59. Henkellus] Not in Ep. 2011. 10–22, but perhaps in one of the letters mentioned in Ep. 2110. 1.
60. Iustus] Decius. His letter is not extant. It perhaps answered Ep. 2031, and is answered by Ep. 2175.
65. Basileae] See Ep. 2101. 31n.
70. Seremiensis] Brodericus; see Ep. 2178.
literis] Not extant.
71. is] See Ep. 2174. 29n.

2177. To Christopher of Schydlowyetz.

Opus Epistolarum p. 857. Freiburg.
N. p. 819: Lond. xxii. 8: LB. 1059. 9 June 1529.

ERASMVS ROTERODAMVS CHRISTOPHORO A SCHYDLOVIETZ S.

Vt euentus non respondeat tuis conatibus, vir egregie, tamen isti piae voluntati non deerit apud Christum sua merces. Ego quid meis literis possim non video, qui tot iam annis cano surdis. Non est meum de monarcharum animis aut iure pronunciare; hunc orbis Christiani statum quis non deploret Christianus? Quam foedum exemplum est duos potentissimos orbis monarchas sic implacabilibus odiis inter se dissidere, idque tot iam annis, nec hic quicquam valere ciuitatum consensum, seniorum prudentiam, abbatum, episcoporum, card⟨inalium⟩ et summi Pontificis autoritatem; praesertim quum habeamus Clementem, qui ipso nomine pollicetur pacis studium. Alioqui malis pontificibus nihil minus expedit quam summos principes iungi concordia, quorum dissidio non solum pontifices sunt verum etiam reges regum.

Id quum multis iam seculis res ipsa docuerit, miror a principibus non intellectum. Si intellectum est, miror illos non meminisse. At vereor ne sint quorum oculos occupet ambitio, iudicium deprauet odium, nec philosophiae locum det animus voluptatum quam reip⟨ublicae⟩ studiosior. Verum regibus, si sapiunt, non vacat ludere; quodque in priuatis hominibus luxus et nequicia est, in principe impietas est. Nulla res principi deberet plus adferre voluptatis quam reip⟨ublicae⟩ tranquillitas, quam ciuium emendati mores, quam bonarum legum autoritas. Haec meditari, haec procurare, haec tueri, principum est alea, lusus, venatus et amores. Et si vacaret, sublimior est princeps quam qui plebeiis istis ac sordidis voluptatibus caperetur. An non numinis vice est inter homines, ad cuius nutum tot hominum milia stringunt ferrum et in mortem ruunt? A cuius prouidentia pendent tot vrbes, tot regna? Et huic vacat pernoctem ludere aleam, ridere moriones, indulgere furtiuis puellarum amoribus, et choreas ducere?

Rex Ferdinandus, sciens nullam esse fidam regni societatem, fortassis abhorret a foedere; quod, vt arbitror, non recusaret, si Ioannes sua pristina dignitate contentus esset. In conuentu Spirensi actum est de subsidio pecuniae, quae bellorum est neruus. Verum dictu mirum quam ea postulatio non pronis Germanorum auribus excepta sit, quasi nihil ad nos attineat si Turca occupata Vngaria et Polonia viam sibi struat progrediendi quo velit. Sed Germani magis assueuerunt accipere quam dare, et mundus toties delusus huiusmodi titulis, ne tum quidem credit quum maxime est opus. Certe Ferdinandi pietas omnium fauorem promeretur. Ideo repertum est Imperatoris nomen, vt autoritate sua caeterorum

6. duos] Cf. ll. 45–6, and Ep. 2090. 71–3.
32. foedere] He made none till 1536: see Ep. 1810. 20n.
33. Ioannes] Zapolya.
34. Spirensi] See Ep. 2107. 1n.

principum motus cohibeat. Nunc ditionis amplitudo ad nihil aliud proficit nisi vt belli calamitas latius se proferat. Si parum conueniret inter duces Lothoringum et Sabaudum, exiguo spacio circumscriberetur malum. Nunc dum dissident Caesar et Galliarum Rex, quae pars orbis quieta est?

Flandria cum adiunctis regionibus florentissimis primum orba est suo Principe quem genuit, et hactenus tot annis vexata a Gelriis, nec cum Anglis nec cum Gallis vicinis habet tuta commercia; magno quidem nostro, sed non minore Gallorum ac Britannorum malo. Iam exactiones supra modum graues, sunt omnium communes; nobis autem hoc molestiores sunt, quod pecunia defertur in Germaniam et Hispaniam. Alioqui bos, vt aiunt agricolae, depastus gramina, dum vicissim stercorat agrum, sarcit damnum quod attulit. Iam quid Italia, florentissima dudum mundi portione, afflictius? quae tamen ipsa nulli tuto est peruia. Quid loquar de Roma, nationum omnium parente? Turcus occupauit praeter alia Rhodum. Vexauit Hungariam occiso Rege; rursus illi imminet. Et tot annis litigatur cum Gallo. Interim mundus impletur militum gregibus, qui nec amicis parcunt nec hostibus. Horum magna pars fertur esse vel Lutherana vel Iudaica. Ego magis arbitror his indignam cognominibus, quae nihil omnino credit.

Huiusmodi portentis deditur orbis, deferuntur bona ciuium; ne quid commemorem de studiorum exitio deque religionis interitu. O grauem in nos iram iusti Numinis! et tamen interim nullum omnino mortalem video de commutanda in melius vita cogitantem. Auertat autem clemens Dominus quod tua prudentia, vtinam falso, vaticinatur! futurum vt Turcus et sectarum tumultus et monachorum tyrannidem et eorum audaciam qui Romani Pontificis nomine faciunt quicquid collibuit, consopiat. Nolim tam immitem medicum; praestat nos incidere in manus Dei quam in manus hominum. Sed quicquid ferat haec fatalis tempestas, non potest subuerti quisquis in solida petra pedem fixerit. Dominus est, faciat quod bonum est in oculis ipsius. Nos enim nescimus quid nobis expediat. Lubens recino tuum votum. Vtinam spiritus Domini repleat orbem terrarum, ac principes Christiani nominis in vnitatem fidei congreget!

Quod mones vt te redamem, vir clarissime, sim mortalium ingratissimus ni id faciam; imo, si velim, non possum tuae benignitatis non meminisse, quod tuum horologium mihi semper est in oculis, dimetiens mea studia. Haec ad epistolam quam tua sublimitas scripsit ex ciuitate Vuarschoueñ. 8. idus Februar. Anno 1529. Bene vale.

Datum apud Friburgum Brisgoae .5. Id. Iun. AN. M.D.XXIX.

---

44. Lothoringum] See Ep. 2217. 23n. Sabaudum] See Ep. 1413. 28n.
48. suo Principe] Charles v.
50. nostro] Cf. Ep. 2037. 208.
58. Rhodum] on 28 Dec. 1522; see Ep. 1362. 74n.
occiso Rege] at Mohacs; 29 Aug. 1526.
67. commutanda in melius] Cf. Epp. 2209. 186–7, 2223. 30, 2225. 11–12; 2285, 2328.
74–5. Dominus est] 1 Sam. 3. 18.
81. horologium] See Ep. 1752. 7n.
82. epistolam] Not extant.

2178. To Stephen Brodericus.

Opus Epistolarum p. 859. Freiburg.
N. p. 820: Lond. xxii. 9: LB. 1058. 9 June 1529.

[Stephen Brodericus (†7 Nov. 1539) appears as ambassador from Louis II of Hungary to the Pope by 1 Jan. 1523 (AT. vi. 197; cf. Brewer iv. 1061). He was also in close communication with Sigismund of Poland, so that many of his letters are preserved in AT. He received the provostship of Pecs (Fünfkirchen), and in March 1526 was created chancellor of Hungary and bp. of Szerem (Gams: Brewer iv. 2089, 2098). In attendance on the King he was present at Mohacs, 29 Aug.; and escaped in doublet and shoes, to write a *Verissima Historia* of the disaster, Cracow, H. Vietor, 18 April 1527 (cf. AT. viii. 193: Brewer iv. 2589).

His allegiance was at first to the widowed Queen Mary (Ep. 2100). On the election of Ferdinand as king he was reported in Jan. 1527 to be supporting him (AT. ix. 32: Brewer iv. 3239); but by April he had given adherence to Zapolya, and was sent on embassy to Piotrkow in Feb. 1528 to secure Sigismund's support. After Ferdinand's successes against Zapolya in 1528, Brodericus withdrew to Poland; but returning to his master shortly after the date of this letter, he went to Venice as Zapolya's ambassador in Jan. 1530 (AT. xi. 292, xii. 35).

He continued in Zapolya's service; and after the composition with Ferdinand in 1536 (Ep. 1810. 20n) he was rewarded by the bishopric of Vacz (Waitzen) in place of the see he had lost through the Turkish invasion. Cf. Hos. E. 46. For the letter answered here see Ep. 2176. 70.]

STEPHANO BRODERICO, EPISCOPO PANNONIO ELECTO ET QVONDAM REGNI HVNGARIAE CANCELLARIO, ERAS. ROT. S.

Ad tam eruditas, tam amicas honorandi Praesulis literas, dubitaui vtrum satius esset nihil omnino respondere an paucis rescribere; quum et grammatophorus esset incertus, et essem occupatissimus. Attamen inhumanum est visum non saltem referre salutem. Vt magnificas laudes quas mihi tribuis non agnosco, ita candorem tui pectoris lubens amplector. Te virum esse singulari pietate doctrinaque praeditum vel hinc coniicio, quod te R. praesul Cracouiensis inter melioris notae amicos complectitur. Quare te non solum in amicorum catalogum, quod tuae modestiae satis esse video, sed in patronorum album cupidissime transcribam. Huius famae iam pridem me poenitet; quid de me sit iudicatura posteritas, viderint superi.

Theologorum vulgus Scripturam vniuersam ad scholastica quaedam dogmata velut ad gnomones examinat, minimum tribuit priscis Ecclesiae doctoribus. Nunc discimus Christum in negocio a Patre delegato debuisse matri obedientiam; eique nunc in coelis cum Patre regnanti matrem pro sua autoritate posse imperare, iuxta illud 'Monstra te esse matrem'. Discimus regnum coelorum deberi nostris operibus etiam de condigno. Discimus continentiam esse rem facillimam, modo velit homo. Discimus ingens esse periculum Ecclesiae, si in concionibus sacris pro Virgine Matre

6. lubens HN^3: non N^1 *Lond.*: *om.* N^2 *LB.*

3. grammatophorus] See Ep. 2174. 29.
8. Cracouiensis] See Ep. 2173.
18. illud] From the hymn to the Virgin 'Aue, maris stella', composed by Venantius Fortunatus (†600): Migne lxxxviii. 266.

imploretur Christus aut Spiritus sanctus. Discimus Christi mortem deplorandam, vt deploramus mortem cuiusuis hominis. Aliaque permulta. Vtinam Dominus mittat nobis alterum Esdram, qui Templum et Hierosolymam restituat!

Hoc tantum in praesentia licuit. Bene vale.

Datum Friburgi Brisgoae, Anno millesimo quingentesimo vigesimo nono. quinto Idus Iunias.

2179_{2180} TO BONIFACE AMERBACH.

Basle MS. AN. III. 15. 6. Freiburg.
Q. 32. 15 June ⟨1529⟩.

[An original letter, autograph throughout.]

HVNC ludum mihi semper presagiit animus, ac vehementer mihi ⟨displicet⟩ soceri consilium. Vtinam me fallat augurium minitans atrociora! Vehementer cupio scire quo in statu res tuae sint. Nam hic parum leta nunciauit. Mihi pulcre conuenit cum hoc coelo, sed admodum displicent hec rerum prooemia. Dominus tueatur innocentes. Bene vale, vir animo meo chariss., cum fratre optimo.

Datum Friburgi. 17. Cal. Iulias.

Agnoscis tuum.

Bonifacio Amerbachio, aut, si is absit, fratri Basilio aut Bonifacii vxori.

$^{2179}2180_{2183}$ FROM BONIFACE AMERBACH.

Basle MS. C. VI^{a}. 73. 81. Basle.
⟨c. 20 June 1529⟩.

[An autograph rough-draft: the dates are approximately assigned in Am. E. 43, from the public events mentioned.]

HOC temporis articulo tuas litteras accepi, in quibus, quod soles, presentissimum tui in me amoris documentum prebes, de meis rebus solliciti timoris plenus. Bonum animum te habere iubeo, humanissime Erasme.

Satis salua adhuc omnia, dum nil calamitosius sequatur. Agitamur, fateor, rerum prooemiis nihil fausti annunciantibus. Paucis abhinc diebus conscripto exercitu Tigurinis nescio quas iniurias

2179. 1. ludum] Perhaps the ordinance of 1 April; see Ep. 2248. 16n.

2. soceri] Leonard Fuchs (†1546), burgomaster of Neuenburg (Ep. 2183. 9n), and a strong supporter of the old religion. For his influence over Boniface at this time cf. ZE. 128, Am. E. 39, 54. Subsequently his irregular life caused his family anxiety; see Q. 90. Erasmus at his death had 900 gold crowns on deposit with him: see Major p. 54. A ms. pedigree of the Fuchs family, composed c. 1590, is at Basle: G^{2}. II. 80. 1.

8. Iulias] corrected by Erasmus, from *Iunias*.

10. absit] Perhaps at Kappel; cf. Ep. 2183. 16n.

Basilio] See Epp. 331 introd., 1207.

11. vxori] Martha Fuchs (1 May 1505–14 Dec. 1541). She had married with Boniface on 25 Feb. 1527; and they lived in great happiness till she died of the plague.

aduersus Heluetios vindicaturis, proque Euangelio, quo accenduntur zelo, pugnaturis, auxilia misimus. En Euangelium, en Euangelii propugnandi consilium!

Nec multo post torrentis quam Birtsecam vocant, subita inundatione tam misere cum publice tum priuatim accepti sumus, vt labem factam centum millibus et amplius aureis instaurari posse plerique negent. Deucalionis certe illiusque temporis tum mihi in mentem venit; Omne cum Proteus, quemadmodum ille inquit, pecus egit altos Visere montes. Quid sibi haec portendant, Christus seruator nouit, cui omnia commendo.

Quod ad rerum mearum statum attinet, capita Senatui, quibus conditionibus in mea functione, scilicet iurium ciuilium, retineri possim exhibui; super quibus cum etiamnum consultent, hic subsisto. In vtram partem res ceciderit, coram audies. Interea mei memineris rogo, hominis, si quisquam vspiam locorum, tibi ex animo et toto pectore addictissimi. Bene vale.

Cursim Basileae.

^{2170}2181$_{2182}$ From Ambrose Pelargus.

Pelargus, Bellaria f°. A⁵. ⟨Freiburg.⟩
⟨June 1529.⟩

AMBROSIVS PELARGVS ERASMO ROT. SVO S.

Qvando vel Homerus ipse saepe dormitat Horatio, nihil est, Erasme eruditiss., vt (quod quam multi faciunt) demirer quo consilio, qua ratione, qua denique autoritate Iudam illum Lebbeum, cognomento Thaddaeum, Iacobi filium feceris; quum sit sole meridiano clarius humana, hoc est communi mortalibus, culpa, errore videlicet et inscitia te lapsum. Verum illud saepe mihi mirari in mentem venit, quod a receptae fidei theologis toties admonitus, erratum non agnoscis. Respondens Bedae, excusas lapsum calami; quem dicis vltima aeditione mutatum, Negas vnquam te sensisse Iudam esse illum filium Iacobi. 'Si' inquis 'sensissem filium esse Iacobi, nonnihil super ea re adnotassem: nunc verbum nullum facio.' Quis tibi credet dicenti non hoc te

---

2180. 8. Heluetios] See Ep. 2173. 31n.

9. auxilia] On Sat. 12 June a contingent of 500 was sent from Basle to support Zurich (cf. Ep. 2173. 30n): see Ryff's Chronicle in *Basler Chroniken*, i. 100.

11. Birtsecam] The Birsig, a small stream liable to sudden floods, which flows through the market-place at Basle into the Rhine below the Old Bridge: Ryff, ibid. p. 102, gives 14 June as the date of this inundation. See also Ep. 2196. 15–18.

13. centum millibus] This figure is corroborated by a contemporary Carthusian diary; see *Basler Chroniken*, i. 485. Cf. also Ep. 2196. 17–18.

15. ille] Hor. *C.* 1. 2. 7–8.

19. conditionibus] These are printed in Am. E. 47; they include dispensation from attendance at the reformed service (cf. Ep. 2248. 16n).

functione] For his appointment see Ep. 1555. 78n.

21. coram audies] A promise of the visit paid by Boniface in August: see Ep. 2202 introd.

2181. 1. Horatio] *A.P.* 359.

8. Respondens] *Resp. ad propositiones a Beda notatas*, no. 31: LB. ix. 463E.

sensisse quod non vno loco scripseris? in aeditione videlicet Noui Testamenti, in Paraphra⟨sibus⟩ atque in ipsis etiam Annotationibus iam quarto reconcinnatis et recognitis. Proinde error potius deprecandus tibi erat quam lapsus calami. Caeterum quod negas 'filium' vspiam esse in Annotat⟨ionibus⟩, memoria lapsus mihi videris potius quam non locutus ex animo. Obtestor te per amicitiam nostram, vt ea in re animum tuum bona fide declares. Ipse nulla ratione committam vt eam opinionem, quanlibet (quod quidem ad fidei summam attinet) leuiculam, animo tuo insidere patiar.

Caeterum quod scribis te mihi melius dicenti non illibenter concessurum, non dubito hoc te (qui tuus est candor) et ex animo dicere, atque etiam facturum. Praestat enim in studiorum collationibus vinci quam vincere. Lubens ipse quoque tibi cedam de victoria, si quid rectius forte attuleris. Quis enim, nisi insanus aut veritatis inimicus iuratus, veritati non cedat? Fit enim hoc citra existimationis iacturam et, quod ipse alibi dicis, nullius incommodo, sed communi et eius qui vincit et eius qui vincitur, imo omnium, bono.

In Tobia (quem cum aliis aliquot tum Veteris tum Noui Instrumenti libris praelegendum suscepi theologiae candidatis) multa occurrunt frigida prorsus et ieiuna, plura item subobscura, in aeditione praesertim Septuaginta interpretum, vt me susceptae prouinciae pene poeniteat. Ad finem libri in haec verba legitur: *τέκνον, ἴδε τί ἐποίησεν Ἀμὰν Ἀχιαχάρῳ τῷ θρέψαντι αὐτόν, ὡς ἐκ τοῦ φωτὸς ἤγαγεν αὐτὸν εἰς κόψος* etc. Anceps sum animi quo sensu locum interpreter, quod ignorem voculae *κόψος* significantiam. Interpres nescio quis ita locum vertit, quasi Aman altori suo Achiacharo pessimam retulerit gratiam, nimirum quem e lumine in tenebras duxerit. Verum hinc non liquet vtrum senserit interpres (scilicet Achi⟨acharum⟩) in tenebrosum coniectum carcerem an orbatum oculorum luminibus. Obsecro vt loco excusso significes per puerum qui tibi sensus magis probetur. Vale.

[2181]2182[2184] To Ambrose Pelargus.

Pelargus, Bellaria f°. A⁶. ⟨Freiburg.⟩
⟨June 1529.⟩

ERASMVS ROT. AMB. PELARGO SVO S.

Mirabaris me non mutasse de Iuda Iacobi filio. Secus comperio. Nam Lucae sexto contextus habet 'Iudam Iacobi'. Nec Annotatio meminit huius rei. Cuperem autem scire quibus argumentis constaret hunc Iudam fuisse fratrem Iacobi Apostoli, cui frater erat Ioannes. Primum nec apud Hebraeos, nec apud

2181. 14. Annotationibus] 1527, p. 44; on Matt. 10. 4.
23. scribis] Ep. 2170. 30–31.
36. legitur] Tob. 14. 10.
38. *κόψος*] Both the editions by then printed (Ep. 2182. 52, 54nn.) read this: modern texts have *τὸ σκότος*.
2182. 2. Lucae] 6. 16.

Graecos, nec apud vllam gentem inuenias alicui cognomen hominis additum nisi in cuius sit potestate, quemadmodum filius est in potestate patris, vxor in potestate viri.

Deinde in ipso catalogo Apostolorum Matthaei 10. legimus 'Iacobum Zebedaei' et 'Iacobum Alphaei'. Similiter Marci tertio, Lucae sexto, legimus 'Iacobum Alphaei', mox 'Iudam Iacobi'. Cum forma sermonis sit inaudita, cum in ipsa recensione semper subaudiatur filius, qui fit vt in vno subaudiatur frater? praesertim cum illic filii Zebedaei nominatim commemorentur. Cuius filius si Iudas fuisset, qui factum est vt Euangelista maluerit illum fratris quam patris nomine distinguere? Adhaec, qui conuenit vt quum mater apud Dominum duobus filiis honorem loci ambierit, tertii nullam habuerit rationem?

Praeterea nec Ecclesiastica Hystoria nec vllus antiquus tradit Iudam Thaddaeum fuisse fratrem Iacobi, vel minoris vel maioris. Tantum indicat Iudam fuisse cognatum Domini iuxta carnem. Quin et Hieronymus indicat hunc a proditore discretum Lebbei siue Taddaei cognomine, non fratris adnomine. 'Sed in Epistolae titulo' inquies 'nominat se fratrem Iacobi.' Hic primum dicam quod Eusebius hanc Epistolam recenset inter eas de quibus dubitatum; nec satis constat an autor huius fuerit Apostolus. Quemadmodum Hieronymus epistolam Iacobi, duas Ioannis postremas, secundam Petri, non putat esse Apostolorum, aut certe dubitat. Nam titulis quos scribae suo arbitrio addunt, non arbitror ita multum tribuendum. Verum vt fuerit Apostolus, non est probabile fuisse filium Zebedaei, vt ostendimus. Quod si fratrem habuit Iacobum Alphaei, nescio an ille fuerit cognatus Domini. Iudas autem (autore Eusebio) dicitur fuisse cognatus Domini. Ad haec, inuenimus et tertium, Episcopum Hierosolymitanum, qui non fuit de numero duodecim, qui fullonis fuste ictus interiit. Praeterea scis fratrem apud Hebraeos saepe dici quocunque modo propinquum, vel gentis communione. Ex tali cognatione non additur cognomen. Adde his quod Iudae Epistola postremum tenet locum. Et ipse citat Apostolos, dicens 'Memores estote verborum quae praedicta sunt ab Apostolis Domini nostri Iesu Christi'. Nec se vocat Apostolum sed seruum Iesu Christi; cum Petrus et Paulus autoritatis titulum vsurpent. Ioannes nullum quidem habet titulum, sed satis indicat se fuisse Apostolum.

Congessi tibi syluam, vt, si quid potes, nos explices. Mihi cum videretur absurdum a fratre fratrem cognomen accipere, nec apud aliquem veterum aliquid certi comperissem, in contextu reliqui vt erat, 'Iudam Iacobi'. Annotationem sustuli certe in quarta aeditione; nam caeteras non habeo. Rogo communica si quid habes compertius. Vbi perpenderis, conferemus inter nos quando voles.

In Thobia nihil dubito quin mendum sit scribae. Nam Fran-

---

9. Matthaei] 10. 3.
10. Marci] 3. 18.
22. Hieronymus] *in Matth.* 1, on 10. 4.
24. titulo] Jude 1.
25. Eusebius] *Hist. Eccl.* 2. 23, 3. 25, 6. 14.
27. Hieronymus] *Vir. illust.*
33. Eusebio] *Hist. Eccl.* 3. 20.
39. Memores] Jude 17.

ciscus Asulanus scripsit sibi fuisse deprauatissimum exemplar, quum libros illos excuderet. Nec mouere debet exemplariorum consensus, quum Argentinensis imitatus sit Aldinam. Bene vale.

[2180]2183[2187, 2194] TO BONIFACE AMERBACH.

Basle MS. AN. III. 15. 70. ⟨Freiburg.⟩
Q. 5. ⟨c. 25 June 1529.⟩

[An original letter, autograph throughout: reproduced in facsimile in *Isographie des hommes célèbres*, vol. ii, Paris, c. 1828. A conjectural date may be assigned.]

QVID ais, Bonifaci charissime? An me non sollicitum habeat melior animae meae pars? Quam inaestimabilem thesaurum amitterem si quid secus accideret!

Hic video omnes minime sollicitos; at ego non possum omnem curam ponere, dum haec exordia mecum reputo. Tua Pallas suggeret animo tuo quod maxime erit in rem tuam.

Hieronymus Frobenius habet in manibus pecuniae meae in auro 198 coronatos solatos et xi coronatos in testonibus cum 40. cruciatis. Opinor te nauigio peruenturum Neapolim. Reliquum iter tutum est. Gratum esset si eam pecuniam tecum adferas. Nescio quid Hieronymo bellatori praeferoci possit accidere. A quo officio si quid est qüur abhorreas, malim tamen eam pecuniam vel apud te vel apud socerum tuum esse. Bene vale cum fratre Basilio et vxore. Quicquid a me praestari poterit, scito tibi paratissimum esse.

Gaudeo te nondum exisse. Nam hoc indicarat quidam agi. Scripsi Hieronymo de pecunia. Si verbo monueris, dabit.

Erasmus vere tuus.

Ornatiss. LL. doctori Bonifacio Amerbachio. Basileae.

2182. 52. Asulanus] I do not know where he makes this statement. Erasmus refers to it in Ep. 1349. 18–19.

54. Argentinensis] *Diuinae Scripturae veteris nouaeque omnia*, Strasburg, W. Cephalaeus, 1526, 3 vols., 8°; edited by Lonicerus (Ep. 1934. 68n) with the Aldine text before him, and following Luther's arrangement in his German Bible.

Aldinam] *Sacrae Scripturae veteris nouaeque omnia*, Venice, Feb. 1518: see Ep. 770.

2183. 5. Tua Pallas] For this phrase cf. Ep. 2191. 53–4.

7. pecuniae meae] Perhaps due to Erasmus on account of some of his books. Boniface took over the money to bring; but being delayed, gave it back to Froben, who was going. See Ep. 2194. 4n.

8. solatos] Cf. Ep. 2113. 3.

testonibus] A French coin worth 18 denarii.

9. cruciatis] Cf. Ep. 2153. 10n.

peruenturum] On the expected visit; cf. Ep. 2180. 21n.

Neapolim] Neuenburg, on the Rhine about 20 miles below Basle, and thus about half-way to Freiburg. For encroachments of the river cf. Ep. 2196. 105–6.

11. bellatori] He seems to have gone out with the troops to Kappel; see Ep. 2173. 30n.

16. exisse] Perhaps to the Kappel war; cf. l. 11n, and Ep. 2179. 10.

[2182]2184[2185] From Ambrose Pelargus.

Leipzig MS. ⟨Freiburg.⟩
Pelargus, Bellaria f°. A7 (*a*). ⟨June 1529.⟩

[In the Burscher collection at Leipzig (EE), misc. no. 9, is a MS. of this letter, clearly autograph. It has no address, nor any marks of having been sent as a letter; but the survival of it among a collection of papers which are almost wholly concerned with Erasmus, suggests that it must somehow have reached him. Its content is substantially the same as that of the letter as printed in the *Bellaria*, though with continual verbal divergences; and the paragraphs appear in a somewhat different order, the last here (ll. 163–5) appearing first in the MS.

It seems possible that the MS. is a statement of his arguments which Pelargus took with him to a personal interview with Erasmus; and that he later, when preparing the correspondence for publication, rewrote and rearranged it. If this view is correct, the MS. has priority; but the text of the *Bellaria* is adopted here as that which the author finally chose for publication. The variations between the two are too numerous and too unimportant to be worth recording; but the existence of the MS. gives to the whole correspondence the authentication which Pelargus felt it to need (see Ep. 2169 introd.).]

AMBROSIVS PELARGVS ERASMO ROT. SVO S.

Vel nunc apparet, Eras. eruditiss., dissimulata animi tui sententia, ficte te excusasse lapsum calami. Adhuc enim in tua perstas sententia, contendisque hunc Iudam non fuisse fratrem Iacobi, hoc primum argumento, quod 'nec apud Hebraeos, nec apud Graecos, nec apud vllam gentem' etc. Enimuero facile me effecturum confido vt hanc persuasionem erroneam vndecunque incantatam, animo tuo eximam atque etiam excantem, non iam carminibus sed solidissimis Scripturis. Cedo mihi, vir optime, mater an sit in potestate filii? Et tamen in sacris inuenimus literis, matrem cognomen accepisse a filio, idque non vno loco; Marc. 16, Luc. item 24, legimus 'Mariam Iacobi'. Quod si quis contendat hanc vxorem fuisse Iacobi, non matrem, velim vt secum reputet an vnus contra duos Hercules possit congredi; Matthaeum et Marcum scilicet, qui expresse matris nomen addunt.

Deinde quaeris, quum in catalogo Apostolorum Mat. 10. legamus 'Iacobum Zebedaei' et 'Iacobum Alphaei', similiter Luc. 6. 'Iacobum Alphaei', mox 'Iudam Iacobi'; qui fiat vt in ipsa recensione semper subaudiatur filius, in vno subaudiatur frater. Vt eo loci fratris nomen subaudiamus, facit quod Mat. 13. et Mar. 6. Iacobus, Iudas, Simon et Ioses dicuntur fratres Christi. Non habet autem Scripturae consuetudo vt quispiam frater eius dicatur cuius sit filius. 'Sed hinc' inquies 'non conuincitur fratres fuisse vterinos, sed verba ipsa arguunt inter illos cognationem fuisse aliquam.' Verum hoc quidem. Neque Nazarenos ipsos in ea opinione fuisse puto, vt crederent illis communes cum Christo esse parentes. Quin potius fratres Christi illis dicuntur, quod filii essent sororis matris Christi; nimirum quos Alphaeus ex Maria sorore matris Domini sustulisse fertur: idque optimi quique autores constanter adserunt, et est vero quamsimillimum. Certe nos haud multo negotio

27. Domini *scripsi*: do/ni *a*.

ostendemus fratres illos fuisse vterinos; sed si prius hoc nobis constitutum fuerit, scilicet eundem esse Iacobum qui in catalogo Alphaei filius dicitur, et qui Mar. 15. Mariae filius. Quum itaque eo loci Ioses quoque filius Mariae dicatur, Iudam autem et Simonem fratres ipsorum Marco Matthaeoque testibus fuisse constet, nec alios illis Scriptura parentes tribuat; an non consequentissimum fit (quatenus ex autoritate negatiue colligere licet) fratres illos fuisse vterinos? Accedit quod vt Chry⟨sostomus⟩ Iacobum fratrem Domini Iacobum Cleophae, ita Eusebius Simonem cuius in Euang⟨eliis⟩ fit mentio, Simonem Cleophae appellat.

Tertio et quarto loco nescio quid tibi velis. Sic enim mecum argumentaris, quasi aut ego aut alius quispiam Iudam fecerimus Iacobi Zebedaei fratrem; quod nescio an cuiquam vnquam theologorum vel per insomnium dictum sit. Negas vllum esse veterum qui hunc Iudam Iacobi minoris fratrem fuisse scripserit. Secus comperies apud Hegesippum, Hilarium, Theophilactum atque alios optimae notae veteres; nisi quod in patris nomine variant. Rogas qui factum sit vt, si Alphaei sit filius, Euangelista illum maluerit fratris quam patris nomine a Iuda proditore distinguere. Respondeo quod ad rem pertinet, nihil referre siue patris siue fratris adnomine hunc a Iuda proditore Euang. discernat. Quare tu non argute admodum hinc venaris sententiae tuae patrocinium; quemadmodum nec ex eo quod dicis, Hiero⟨nymum⟩ hunc Iudam a proditore discreuisse Lebbei cognomine, non fratris adnomine. Qui enim illum Lebbei cognomine a proditore distinguit, non protinus negat illum fratris adnomine posse a Iuda proditore discerni. Tripliciter siquidem sacra illum Scriptura a proditore discreuit: primum Lebbei siue etiam Thaddaei cognomine, Mat. 10; dein addito Iacobi nomine, Luc. 6; postremo simplici negatione, Ioan. 14., 'Dicit ei Iudas, non ille Iscariotis'.

'Si Iudas' inquis 'Iacobum Alphaei fratrem habuit, nescio an ille fuerit cognatus Domini. Iudas autem (autore Euse.) cognatus Domini fuisse dicitur.' Miror quid vsuuenerit vt dubites de quo nemo vnquam dubitauit. Iacobus Alphaei isipse est (si quid Chrys⟨ostomo⟩ creditur) quem Paulus Gal. 1 .⟨19⟩ fratrem Domini appellat. An idem ipse est qui Hierosolymorum fuit ordinatus episcopus? ne quem alium nobis forte obtrudas, qui non fuerit de numero 12. Et vt aliquando te explicem, non negabis quod Hegesippus huncque secutus Eusebius adserunt, Iacobum fratrem Domini eum esse qui primus fuerit ordinatus Episcopus Hierosolymitanus ab Apostolis. Atque Hierony⟨mo⟩ teste in Catalogo, idem filius fuit Mariae sororis matris Domini, quae Alphaeo erat vxor. Proinde idem est Iacobus, qui et frater Domini appellatus est, et Hieroso⟨lymitanus⟩ Episcopus ordinatus ab Apostolis dicitur, scilicet Alphaei filius. Nec obstat quod soror matris

34. ipsorum *scripsi*: ipsarum *a*.

31. in catalogo] Matt. 10. 3, Mark 3. 18, Luke 6. 15.

37. Chrysostomus] *Comm. in Gal.* 1. 19.

38. Eusebius] *Hist. Eccl.* 3. 11.

64. Chrysostomo] *Hom. in Ioann.* 48. 2.

68. Hegesippus] the Saint: *Comment.* 5 *ap.* Euseb. *Hist. Eccl.* 2. 23: Migne v. 1307, xx. 195.

Domini Cleophae vxor ab Euang⟨elistis⟩ dicitur: nam Fabro teste idem Alphaeus Cleophas quoque nominatus est. A qua sententia non dissentit Chrysostomus, dicens Iacobum fratrem Domini ab Euangelista vocatum Iacobum Cleophae; ipsa confusione nominum subindicans Alpheum fuisse binomium. Alioqui nusquam in Euangeliis legitur Iacobus Cleophae.

Reiicis Iudae testimonium, qui in ipso statim Epistolae vestibulo fratrem se Iacobi appellat. 'Eusebius' inquis 'hanc Epistolam inter eas recenset, de quibus a nonnullis dubitatum est.' Adde, si libet, quod idem 2. Eccle. Hist. cap. 23. dicit non facile quenquam antiquorum eius meminisse, sicut nec eius quae Iacobi dicitur. Sed dissimulas interim quod mox subiicit, 'Nos tamen scimus etiam istas cum caeteris ab omnibus pene ecclesiis recipi'. Hactenus Euseb. verba. Imo testatur Tertullianus suo etiam aeuo in vsum fuisse receptam Iudae epistolam, dum in libro *De habitu mulierum* (nisi fallat titulus) in haec verba scribit: 'Enoch liber non est nobis reiiciendus, quia aedificationi idoneus est, atque adeo diuinitus inspiratus: proinde et testimonium apud Iudam Apostolum possidet'.

Quod de Epistola Iacobi, duabus Ioannis postremis, de secunda item Petri infulcis, quando ad praesens institutum non pertinet, haud commodum est visum copiosius respondere, sed quod sentio paucis indicare. Cedo mihi, quaeso, vel vnum locum in quo Hieronymus aut neget aut dubitet eas epistolas ab his esse conscriptas, quibus autoribus adscribuntur. In Annotationibus in Epistolam Iacobi dicis duas postremas quae Ioanni tribuuntur, esse alterius. Atque huius rei autorem facis Hieronymum, quum ille hac in re neque asserat neque neget esse alterius. Nam in Catalogo virorum illust. sic habet: 'Scripsit autem et vnam epistolam, cuius exordium *Quod fuit* etc.; quae ab vniuersis ecclesiasticis et eruditis viris probatur. Reliquae duae, quarum principium est *Senior electe* et *Senior Caio chariss.*, Ioannis presbyteri asseruntur.' Tu autem fretus, si diis placet, autoritate Hieronymi, fortiter asseris, 'Duas posteriores Ioannes presbyter scripsit, non Ioannes Apostolus'. Hieronymus non asserit, sed Erasmus tanquam ex tripode pronunciat. Eodem iure, tuo scilicet, dicis Hieronymum negare Epistolam, quae Iacobi magno consensu dicitur, eius esse qui sit e numero duodecim, sed alterius cuiuspiam etc.: quum Hiero. non dicat Iacobum Apostolum fuisse diuersum ab illo quem dicit hanc scripsisse Epistolam. Sed neque in Catalogo dubitat Petrum autorem esse posterioris Epistolae. Tantum subindicat fuisse aliquos qui eam ob characteris cum priore dissonantiam, Petri esse negauerint. Qui dicit a plerisque negari

---

75. Fabro] Stapulensis; see his *Comment.* on Matt. 10. 3, Meaux, S. Colinaeus, June 1522, f. 39 v°.
77. Chrysostomus] *in Gal.* 1. 19.
78. Euangelista] John 19. 25.
86. subiicit] Euseb. *Hist. Eccl.* 2. 23. Pelargus quotes the translation of Rufinus; which had been in print since 1474 (Proctor 8841).
90. titulus] After the early printed editions, the title *De cultu feminarum* was adopted from an earlier MS.
scribit] *Cult. fem.* 1. 3.
92. apud Iudam] 14.
99. Annotationibus] *in Iac.* 1. 1.
108. asseris] *Annot. in* 3 *Ioh.* 12.

eam esse Apostoli, non protinus illis subscribit, sed contra significat diuersum sibi probari. Id quod palam asserit scribens ad Paulum presbyterum in haec verba: 'Iacobus, Petrus, Ioannes, Iudas septem aediderunt epistolas tam mysticas quam succinctas, breues pariter et longas' etc. Aut igitur Hierony. parum sibi constat, aut falsum est (praefatus veniam loquor) quod Hieronymo ascribitur.

Sed reuertamur ad Iudae Epistolam. Tu quo defendas tuam quam mordicus tenes sententiam, ipsum Epistolae titulum labefactare incipis, quasi scribae arbitrio sit additus. 'Titulis' inquis 'quos scribae suo addunt arbitrio, non ita multum tribuendum arbitror.' Quid audio? Si tituli, qui fidei ceu claues sunt, in suspitionem vocantur, fiet profecto vt nihil sacrorum Bibliorum a suspitione immune sit. An non ea ratione omnis Scripturarum labascit autoritas? Vide itaque mihi quam inconsideranter, et pro arbitrio magis quam ex ratione haec tibi dicta sint.

Quod praeterea adducis, Iudam citare Apostolos, vt hinc colligas illum non fuisse Apostolum, tantum me quidem mouet quantum si hoc pacto quis argumentetur: 'Paulus Syriam et Ciliciam perambulans, praecepit custodire praecepta Apostolorum. Non ergo ipse fuit Apostolus.' Quin eadem opera negamus Petrum fuisse Apostolum, quod in posteriore Epistola Paulum citet Apostolum? nisi quod hic audiam aliunde constare Petrum et Paulum fuisse Apostolos, quod de hoc Iuda non liquet. Verum titulus ipse plus sat argumenti nobis est illum fuisse Apostolum, ex eorum numero quos Euangelii recenset catalogus.

'Sed nusquam se Apostolum nominat' inquis, 'sed seruum Iesu Christi, quum et Paulus et Petrus autoritatis titulum vsurpent.' Hac certe ratione neutram ad Thessal. Epistolam donabimus Pauli esse Apostoli, sed alterius cuiuspiam eius nominis. Quin hoc ratiocinandi modo negamus Euangelium, priorem item Epistolam, Ioannem scripsisse Apostolum, quando nusquam se Apostolum nominat? Postremo nemo nescit fratrem in Scripturis interim dici quocunque modo propinquum. Verum hoc nihil agis; aut si quid promouisse te putas, obsecro vt vel vnum nobis e sacris literis locum proferas, quo quispiam frater eius esse dicatur, cuius sit naturalis filius. His si verba tua in Chiliadibus (vel ipsa paradiso et foecundioribus et amoenioribus) coronidis vice adiecero, nihil est quod absurdum tibi videri debeat, si frater fratri det nomen: 'Si (quod alibi dicis) τὸ πίθανον, id est probabilitas, ad persuadendum vel primas obtinet partes, nihilque est probabilius quam quod nemo non dicit, quid verisimilius quam quod tot aetatum, tot nationum consensus et velut idem suffragium comprobauit?' At nemo (praeter vnum Erasmum) negat Iudam fratrem fuisse Iacobi, nemo vnquam aliter aut intellexit, aut Euangelistae verbum interpretatus est etc.

Dicis te sustulisse Annotationem de Iuda Iacobi filio in 4. aeditione. Sed dispice quae in 10. Mat. cap. annotaueris, et nos verum dixisse comperies. Bene vale; collatisque rationibus ac Scripturarum locis, si te veritate victum agnoueris, obsecro te per

---

142. catalogus] Luke 6. 16.

153. in Chiliadibus] *init.*: LB. ii. 8A.

amorem mutuum, vt veritatis amore scrupulum his eximas, quibus vel Paraphrasibus vel Annotationibus tuis res facta est ambigua. Sin non quod vnum spectabam assecutus sum, hoc est animo tuo non fecerim satis, quaeso vt conatus nostros boni consulas. Iterum vale.

[2184]2185[2186] To Ambrose Pelargus.

Pelargus, Bellaria f°. B^2.　　⟨Freiburg.⟩
⟨June 1529.⟩

ERASMVS ROTERODA. AMBROSIO PELARGO SVO S.

Per omnia sacra deieraturus eram, mi Pelarge, *filium* non esse in Annotationibus Matthaei; nam semel atque iterum locum inspexeram. Tandem progressus reperi latentem *filium*; ac protinus iugulaui. Non contendit qui dolet quod scripserat. Persuades mihi non esse absurdum si fratris nomine distinguatur frater, posteaquam id fit in matre per filium. Hegesippum non legi. Certe nec Eusebius nec Hieronymus diligenter exponentes Catalogum Apostolorum, nec Augustinus in Quaestionibus et De concordia Euangelistarum appellant hunc Iudam fratrem Iacobi, sane quod ego meminerim.

Quod de titulo obiicis, vide ne forte mea parum attente legeris. Non enim loquor de titulo qui est pars Epistolae, sed de eo qui praefigitur Epistolae, vt 'Epistola Iudae Apostoli'. Non facio tertium Iacobum; sed hoc euidenter docet Euseb⟨ius⟩ Eccl. hist. li. 1, ca. 14 paulo ante finem, euidentius li. 2, c. 1. Idem simpliciter affirmat Hieron⟨ymus⟩ exponens Esaiae cap. 17, ⟨6⟩. Et in Catalogo testatur illius Iacobi episcopi, non Apostoli certe ex duodecim, hanc Epistolam fuisse quam nomine Iacobi legimus. Nec Hegesippus dicit hunc fuisse de numero duodecim. Item Hiero⟨nymus⟩ in cap. 1, ⟨19⟩ Epistolae ad Galatas, Eusebium sequutus, ait illos vehementer errare qui putant Iacobum quem illic vidit Paulus, fuisse Iacobum ex Euangelio, fratrem Ioannis. Alibi legi et hunc cognomento Iustum, fuisse dictum fratrem Domini, non ob cognationem sed ob singularem vitae sanctimoniam. Epistolam autem illam fuisse Iacobi Apostoli de numero 12, nusquam dicit; sed ait quosdam sensisse illam nec a tertio Iacobo scriptam fuisse, sed a quodam sub illius nomine aeditam: quae tamen progressu temporis inter canonicas sit recepta. Relege tua loca, et sic esse comperies.

Efflagitas vt vel vnum locum e Scripturis proferam, vbi quis dicatur eius frater cuius est filius. Hoc cur exigas non satis intelligo. Iudas dicit se fratrem Iacobi; ex hoc tu colligis filium fuisse Alphaei. Ego negaui necessario consequi vt quicunque frater diceretur, eosdem haberet parentes. Tu sic argumentaris quasi iam constet Iacobum esse Iudae fratrem ex eodem parente. Atqui de hoc est controuersia. Hoc colligebam, ex quocunque fratre non dari cognomen.

2185. 2. in Annotationibus] on Matt. 10. 3: 'Iuda Iacobi filio'.

4. iugulaui] The correction was made at once in the *Loca* (l. 55n), p. 240; and duly appears in the *Annot.* of 1535.

16–17. Catalogo] *Vir. illust.* 2.

25. ait] Hier. *Vir. illust.* 2.

De duabus Epistolis Pauli, ipsi interpretes rationem reddunt quare tacuerit cognomen Apostoli; et de his nunquam fuit dubitatum, et esse Pauli arguit phrasis, et ipsa Epistolarum argumenta. Tu cum singulis argumentis meis dimicas. Atqui εἰκότα non valent singula, sed in συναθροισμῷ faciunt probabilem suspitionem. Quare non excutiam rationes tuas omneis, praesertim quum id quod huius rei caput est, mihi reddideris vehementer probabile; quanquam nullum adhuc autorem profers, qui prodiderit Iudam Lebbeum fuisse fratrem Iacobi Alphaei.

Haec admonui ne forte tua proferas non satis recognita; quod tamen arbitror tibi non esse in animo. Multa obrepunt humanae incogitantiae, nec raro nobis imponit calor et vincendi studium. Illud scito, mihi gratissimum esse officium tuum. Lubens misissem tibi aliquid xenii literarii, sed expectamus nouos libros ex officina. Nunc mitto Senecam, scriptorem concionantibus accommodatissimum. Fortassis habes, sed hic alius est incredibili labore correctus. Quod si mauis Irenaeum, remitte Senecam, et illum mittam. Non expectabo nouas aeditiones, sed nunc separatim emendo Loca quaedam in Hieronymo, in Annotationibus et Paraphrasibus, praesertim quae paucis notari possunt. Is libellus excudetur intra paucos dies. Si quid superest, confabulatione transigetur. Nam ex quo tuam recepi schedam, vix vacauit illam relegere, quod inciderint quaedam quae requirunt assiduam intentionem. Bene vale, vir optime.

[2185]2186. From Ambrose Pelargus.

Pelargus, Bellaria f°. B³. ⟨Freiburg.⟩
29 June 1529.

AMBROSIVS PELARGVS ERAS. ROT. SVO S.

Nae tu quidem ranis aquam (quod dicitur) infundis, quum Pelargum tuum donas Lucio. Nam hoc literario munere, neque exiguo neque non opportuno, nescio an aliud gratius esse possit et iucundius: non hoc tantum nomine quod Seneca mihi futurus sit vsui, vt qui sanctioribus praeceptis mirisque aculeis ad virtutis studium extimulet, aque sordidis voluptatibus auocet (quo nomine veteres quoque qui Christo nomen dederant, illum complexi sunt); verum etiam vel hoc maxime, quod abs te amico haud vulgari dono mittitur, non deprauatissimus ille sed, quod ipse vere dicis, alius, hoc est (si me opus sit interprete) qui iure tuus videri queat. Quin enim illum tibi vendices, qui tua opera tuisque vix aesti-

2185. 37. Epistolis Pauli] ad Thessal.: see Epp. 2184. 145–6, 2186. 81–4.
interpretes] The commentators: cf. the *Loca obscura et in quibus lapsi sint magni nominis interpretes* (from Augustine to Nic. Lyranus), prefixed to N.T.
51. Senecam] See Ep. 2091.
52. habes] in the edition of 1515; see Ep. 325.
53. Irenaeum] See Ep. 1738.
55. Loca] These were appended to the second edition of the *Apol. ad monachos Hispanos*, 1529: see Epp. 2094,5.
2186. 1. ranis aquam] See *Adag.* 2516.

mandis sudoribus emaculatior, castigatior elimatiorque, denique expeditissimis scholiis locupletatus prodiit?

Legi adolescens Senecae epistolas, subodoratus autorem boni nominis mihi futurum vsui. Verum vbi me vix vsquam explicare potui, victus obscuritatis taedio a lectione resilii. Irenaeum, quem ipsum quoque sanctissimis vigiliis tuis luci reddidisti, quum Basileae commorarer, legi. Quem vt nolim mihi non lectum, ita relegere non est animus: caeterum quod iubes relegam, diligentiusque excutiam loca quaedam quae a te potius quam a me stare tibi videntur.

Demiror quid acciderit. Nam dum reuoluo ac relego, dum rimor vndique ac omnia tento, nihil minus quam quod tu asseris inuenio, nisi vno forte loco. Nam quod ad Eusebium attinet, aut alius tibi est Eusebius, aut tu fingis esse quod nusquam est in Eusebio. Nam lib. 2, ca. 1, narrat duos fuisse Iacobos; Hierosolymitanum illum episcopum cognomento iustum, qui fullonis vecte ictus interiit; et eum quem Herodes occidit gladio. Tertii non meminit. Lib. item 1, ca. 14, sic se verba habent: 'Apparuit a resurrectione Dominus primum quidem Cephae, dein duobus illis, dein plusquam quingentis fratribus, postremum Iacobo, vni ex his qui fratres Domini appellantur'. Ac palam fatetur li. 2. Iacobum Iustum Christo generis necessitudine deuinctum: idem scilicet quod Theo⟨phylactus⟩ quoque docet, nisi quod in patris nomine vterque toto caelo aberrat. Quod si ex Apostoli verbis Iacobum fratrem Domini ex numero duodecim non fuisse Eusebius colligere voluit, eo quod dicat Paulus visum esse vndecim siue, vt ex Graecis legitur, duodecim illis, deinde Iacobo, pari opera Petrum quoque submouebimus ab albo Apostolorum; quum in eodem contextu dicat Apostolus primum Cephae apparuisse, dein duodecim illis. Vnus Hierony⟨mus⟩, sed vno tantum loco, tibi suffragatur, in hanc sententiam scribens in Esa. ca. 17, ⟨6⟩; 'Quatuordecim oliuas quatuordecim Apostolos interpretantur, duodecim scilicet electos, et tertiumdecimum Iacobum fratrem Domini, et Paulum vas electionis'. Caeterum nec in Catalogo nec alio alius loco (quod equidem sciam) tertii meminit.

Quod vero dicis Hieronymum eos reprehendere qui putent Iacobum, quem Paulus se vidisse dicit Hierosolymis, fratrem esse Ioannis, a re proposita prorsus alienum est. Ad locum Hierony⟨mi⟩ qui est in Esa., ingenue fateor me non habere quod respondeam, nisi quod non est tanti nobis habenda Hieronymi autoritas vt ab illo nusquam dissentire liceat. Hegesippum citas, quem paulo ante negas te legisse, lapsus (ni ipse fallor) memoria.

In titulo fateor (cur enim dissimulem?) parum me fuisse oculatum. Tu (quod prouerbio dicitur) de alliis loqueris, ego de cepis respondeo. Putabam te sentire de titulo qui contextui cohaeret.

---

26. lib.] *Hist. Eccl.*

30–1. duobus illis] Rufinus' translation (Ep. 2184. 86n) of *H. E.* 1. 14 (12. 4) has *illis vndecim* (cf. ll. 37–8); the Greek τοῖς δώδεκα.

34. Theophylactus] *Enarr. in Euang. Marci* 14. 50.

37. Paulus] 1 Cor. 15. 5–7.

42. scribens] The quotation is not verbal.

55. de alliis] See *Adag.* 2335: 'cum aliud respondetur quam rogaris'.

Quanquam si de praefixo sermo fit, idem pene est periculi cuius admonui.

Rogas quur e Scripturis locum proferri cupiam, quo quis frater eius dicatur cuius sit ipse filius. Ego quum pro confesso habeam eius Epistolae quae Iudae inscribitur non alium esse autorem quam Iudam illum Lebbeum, isque se fratrem Iacobi esse aperte pronunciet, tu quo nobis hunc filium Iacobi facias, opponis Scripturae vsu fratrem interim dici quocunque modo propinquum: scilicet quo Pelargi rostrum male acuminatum ficta concessione obtundas magis, magisque exhebetes. Tale enim est (nisi parum solers sum diuinator) quod moliris. Vt largiamur Iudam Apostolum esse huius Epistolae autorem, vt item vere se fratrem Iacobĭ nominet, an protinus consequitur hunc esse fratrem germanum Iacobi, quum frater saepe dicatur qui quocunque modo propinquus sit? Hic te enimuero ex ficta concessione, id est ipsissima veritate, pressero. Nam si per concessionem Iudas Apostolus is sit qui se fratrem facobi appellat, visque ideo fratrem dici Iacobi quod quocunque modo propinquus fuerit, qui consistit vt filius naturalis sit Iacobi? Addo quod non habet Scripturae vsus vt quis fratrem se nominet eius cuius vere sit filius, quocunque etiam significatu fratris vtamur vocabulo.

Iam vides me non extra causam efflagitare Scripturae locum aliquem. Respondes non consequi necessario vt qui frater dicitur alterius, communes cum illo parentes habeat. Verum hoc quidem. Sed ego ostendi hoc loco necessario consequi. Nec nego duas ad Thess. Epistolas esse Pauli, sed ostendo quid tu argumentando efficias: scilicet vt non sit haereticus qui aut negat aut non credit eas Epistolas esse Pauli Apostoli.

Tacite stomacharis quod nullum sententiae meae autorem profero. En tibi Rabanum, non ita malum sacrarum Scripturarum interpretem, cuius haec de Iacobo Alphaei verba sunt: 'Iste est Iacobus, qui in Euangeliis atque etiam in Epist. ad Gal. ⟨1. 19⟩ frater Domini nominatur'. Habes autore Rabano eundem esse qui Mat. 10 recensetur in Catalogo, et cuius apud Marcum et Lucam, denique apud Apostolum Paulum fit mentio. Eundem cognomento Iustum fuisse appellatum puto tum ex patre, autore Remigio, tum ex vitae sanctimonia, vt autor est et Eusebius. Remigii verba subscribere non grauabor. 'Recte' inquit 'filius Alphaei dicitur, id est Iusti; nam cuius meriti fuerit, testes sunt Apostoli, qui eum ecclesiae Hierosolymitanae episcopum ordina-

---

86. Rabanum] *De vniuerso* 4. 1. The first printed edition, Strasburg, ⟨A. Rusch⟩, a. 20 July 1467 (Proctor 239), adds *minor* after *Iacobus*, reads *Euangelio*, and omits *atque . . . Gal.*: so also later editions.

89. Rabano] The reference appears to be to the same passage.

93. Remigio] monk of Auxerre, † c. 910, who was known to Erasmus through Valla; see Ep. 1790. 23n. I cannot find the passage quoted in ll. 94–7. It perhaps comes from the Comm. on Matt. mentioned in Trith., of which a 'vast' MS. was discovered at Munich by Bern. Pezius, *fl.* 1715, but which has never been printed. For other MSS. at Venice and Vienna see Migne cxxxi. 49.

There is something like this passage in the Comm. on Gal. 2. 12, variously attributed to Remigius and Haymo of Halberstadt: Migne cxvii. 677.

Eusebius] *Hist. Eccl.* 2. 1. 2.

uerint.' Vnde et in Ecclesiastica Hist⟨oria⟩ inter caetera dicitur 'carnem nunquam comedisse, nec vinum bibisse vnquam aut siceram', et cae.

Cras a prandio qua licet te conueniam; nam hodie per occupationes non fuit integrum tibi congredi. Reipsa comperio verum esse quod in Prouerbiis ait Salomon, ferrum ferro exacui, et virum congressu amici. Nam si scripta vltro citroque commeantia tantum promouent, suosque relinquunt aculeos, quid non energiae viua vox habeat? Bene vale.

1529. ad tertium Calend. Iulii.

[2183]2187. From Boniface Amerbach.

Basle MS. C. VI^a. 73. 101 v°. ⟨Basle.⟩
⟨June–July 1529.⟩

[The lower half of an autograph letter, probably to Erasmus, as it is addressed to Freiburg; actually sealed for dispatch (since some of the wax remains) but not sent, and afterwards used for drafts of Ep. 2194: to which it is therefore presumably shortly anterior. The postscript is repeated almost verbally in a letter of Boniface to Alciati (Am. E. 46; to which Th. Burckhardt-Biedermann assigns the date c. Oct. 1529); with the difference that for 'Fratribus' (l. 4) is substituted 'Fugitiuis et Sergiis', the latter no doubt in allusion to the notorious voluptuary, C. Sergius Orata (cf. also Am. E. 37).

From the date this may be supposed to be an answer to Ep. 2183.]

. . . . Iulias Anno M⟨DXXIX⟩.
Tuus ex animo Bonifacius Amerbach.

De rebus nouis quid scriberem? Vt verbo dicam, facile quenam spes supersit colliges, cum Fratribus quod libet liceat, et quod licet possint, et quod possint audeant.

⟨Domino Erasmo Roterodamo . . .⟩. Friburgi.

2188. To Charles Utenhove.

Opus Epistolarum p. 978. Freiburg.
N. p. 916: Lond. xxiv. 4: LB. 1060. 1 July 1529.

[The year-date needs no confirmation. There is no apparent reason why Erasmus should have addressed this letter to Utenhove. It seems that he must have been stirred by the descriptions which had reached him of Berquin's courageous death, and have felt that he must express what was in his mind; and selected as the recipient someone to whom he was then writing, using as a pretext the fact that it was possible to represent Berquin and Utenhove as fellow-countrymen (l. 72n).

Berquin's first trial of strength with the Faculty of Theology has been elucidated with the aid of unpublished documents by N. Weiss in *Bull. Soc. hist. du protestantisme français*, 67 (1918), pp. 162–83.

His first appearance before the Faculty at the Sorbonne was on 15 June

2186. 97. Historia] Euseb. *H.E.* 2. 23. 5.
99. siceram] An intoxicating drink: Lev. 10. 9, Is. 24. 9, Luke 1. 15.
102. Prouerbiis] 27. 17.
2187. 4. Fratribus] As Boniface's sympathies were with the old religion, this term probably denotes not, as often, the Friars, but the party of Oecolampadius, among whom the appellation 'Frater' was in frequent use.

1523. He brought with him a letter from the King, 9 June, giving him royal support; for the Parliament had sent to the Faculty a sackful of his books which were to be examined for heresy. For ten days the Faculty was occupied with these dangerous works. One, an *Apologia aduersus calumniatores Lutheri, alias Speculum theologastrorum*, made fun of Duchesne (l. 98) for the part he had played in the condemnation of Luther's works by the Faculty, on 15 April 1521. Other compositions of Berquin were *Paradisus Iulii pape* and *Decalus Moysi et Pape*. Besides these were his translations from Luther, Hutten, and Melanchthon.

Berquin was imprisoned and in great danger; but on 8 Aug. Francis intervened again, and he was released. On the same day the Faculty burnt his books in a great bonfire in front of Notre Dame.

Weiss' researches make it possible to date Erasmus' first acquaintance with Berquin (l. 111; cf. ll. 77–8) as c. 1523–4.]

ERASMVS ROTERODAMVS CAROLO VTENHOVEO S.

MAGNAM nobis sollicitudinem exemit, mi Carole, qui te nunciauit incolumem peruenisse Patauium. Nam ex quo nos reliquisti, nemo literam abs te reddidit, nihilo plus a Zebridouio. Expectamus te posthac et pulchre Ciceronianum et bene Graecum.

Iam quo minus te poeniteat istius profectionis, nos ad Idus Apriles toti commigrauimus Friburgum. Ea res cessit opinione felicius. Mihi cogitanti quorsum essent euasura illa rerum indies nouatarum prooemia, nihil laeti praesagiebat animus; et hic offendi coelum mire amicum meae valetudini. Postremo, si nihil aliud, effugimus, opinor, Carcinos et Planodorpios.

Lodouicus Berquinus proximis ipsius ad me literis promiserat alias ad te scripturum. Eas literas ne frustra expectes; nam 16. Calend. Maias vitam morte commutauit, exustus Lutetiae in Grauia. De causa nihil certi hactenus potui cognoscere. Tantum audiui iudicibus duodecim delegatam pronunciandi autoritatem: quum instaret dies, hominem fuisse traditum carceri. Hoc parum felix augurium. Pronunciatum est vt exustis libellis et abiuratis articulis, lingua illi ferro perfoderetur, mox perpetuo carceri dederetur. Is audita praeter expectationem atroci sententia, Regem appellauit et Pontificem. Iudices indigne ferentes appellandi verbum, 'Si non recipis' inquiunt, 'hanc sententiam, efficiemus ne posthac quoquam appelles'; et postridie pronunciarunt illum flammis tradendum. Aiunt primum articulum fuisse, quod scripsisset in rem esse pietatis vt sacri libri in linguam vulgarem translati legerentur a populo: id quod Senatus fieri vetuerat.

12. 16. *H*: decimo *N*.

---

2. Patauium] He had started c. 22 Feb.: see Epp. 2105,6.

2–3. nemo literam] Cf. Ep. 2144 introd.

3. Zebridouio] Cf. Ep. 2173. 12–22.

10. Carcinos] Carinus: see Ep. 2111. 28n.

Planodorpios] Eppendorff: see Ep. 2111. 28.

11. proximis . . . literis] Ep. 2066. The promise to write to Utenhove must have been in the lost portion; for Ep. 2077. 66 shows that Berquin had mentioned him.

12. 16.] In an earlier letter, written when the news was recent (Ep. 2158. 92), Erasmus gives this date correctly as 17 April. The depravation in N arose from a battered 6 in *H*.

14. Grauia] The Place de Grève, which since 1310 had been used for executions. It is now the Place de l'Hôtel de Ville.

16. traditum carceri] About 7 March; see the Bourgeois de Paris, p. 317.

25. Senatus] On 5 Feb. 1526; Bourgeois de Paris, p. 232.

Adhibiti sunt satellites armati sexcenti, qui cohiberent si quid oriretur tumultus. Haec qui rettulit, praeterea nihil certi potuit adferre, nisi quod aiebat Guilhelmum Budaeum, vnum, opinor, e iudicum numero, triduo priusquam damnaretur, priuatim ègisse cum Berquino vt ab insanis, vt aiebat, erroribus resipisceret. Verum haec audiui tantum, et quidem ab eo qui multa narrabat audita.

Montius noster, cuius religiosam nosti fidem, nihil aliud ausus est scribere nisi quod oculis suis cominus vidit. Aderat enim valde vicinus, quum curru veheretur ad supplicii locum. Nec vultu nec vllo corporis gestu dedit vllum animi perturbati specimen. Dixisses illum in museo de studiis aut in templo de rebus coelestibus cogitare. Ne tum quidem quum carnifex truculenta voce crimen ac supplicium pronunciaret, quicquam de vultus constantia mutare visus est. Iussus de curru descendere, nihil contatus descendit alacriter. Nec erat tale quicquam in eo vel audaciae vel ferociae, quale in maleficis nonnunquam gignit immanitas. Relucebat in eo mentis sibi bene consciae tranquillitas. Ante mortem verba fecit ad populum, sed vnde nemo quisquam potuit aliquid percipere: tantus erat satellitum fremitus, quem data opera putant excitatum fuisse. Quum ad palum praefocaretur, nullus e turba acclamauit nomen Iesu, quod parricidis etiam ac sacrilegis acclamari solet. Sic omnium animos in illum excitarant, qui nusquam non adsunt, et nihil non possunt apud simplices et imperitos. Eat nunc qui volet, et Phormiones istos lacessito.

Aderat illi Franciscanus quidam, quem adiit Montius, rem expiscaturus num vel moriens agnouisset errorem. Is aiebat agnouisse, asseuerans se nihil omnino dubitare quin anima illius transierit in quietem. At ego Franciscani dictis nihil habeo fidei, praesertim quum hoc sit istis solenne, post extinctum hominem spargere rumores quod in incendio cecinerit palinodiam; quo simul et vindicatae religionis laudem auferant, et multitudinis inuidiam calumniaeque suspicionem effugiant. Nam quum Bruxellae primitias immolassent exustis duobus monachis Augustinensibus, tertio in carcerem reducto et clam interfecto, quum mira constantia mortem oppetissent (quae res iudicibus grauem mouebat inuidiam), sparserunt ridiculam fabulam vnum ex illis apparuisse cuidam Augustinensi, qui nunciaret animas illorum esse incolumes, quod in extremis resipuissent, videlicet iam in ipso incendio; idque factum precibus Virginis matris. Nam et pridie Visitationis exusti sunt, et Nicolaus Carmelita magno studio sacrificium hoc procurarat. Rogatus carnifex ecquam poenitentiae vocem aedidissent in rogo, negauit; sed quum ducerentur ad palum, clara

27. retulit N^2.

32. Montius] See Ep. 2065.

47–8. excitarant] *sc.* the Friars.

49. Phormiones] The reference seems to be to the ubiquitous parasite in Terence, 'per quem res geretur maxume', rather than to the 'delirus' rhetorician of Cic. *de Or.* 2. 18.

53. agnouisse] The Bourgeois de Paris states this also; p. 322.

58. Bruxellae] In 1523; see Ep. 1384. 2n.

65. pridie Visitationis] 1 July.

66. Nicolaus] Egmondanus; see Ep. 878. 13n.

voce testati sunt se mori Christianos, et alligati palo admoto igni canere coeperunt Symbolum fidei, mox Doxologiam, 'Te Deum laudamus', donec flamma vocem intercluderet.

Habes Berquini conterranei tui fatum: cui mihi natus fuisse videtur. De causa, quoniam mihi prorsus ignota est, non habeo quod pronunciem. Si non commeruit supplicium, doleo; si commeruit, bis doleo. Satius est enim innocentem mori quam nocentem. Illud non dubito, quin sibi persuaserit esse pia quae defendebat. Hinc illa vultus tranquillitas. Verum, vt scis, hominem de facie nunquam noui. Ex his qui propiorem cum illo habuerunt consuetudinem, diligenter sciscitatus sum de singulis: erant autem alioqui, quod ad causam attinet, Berquino parum aequi. Qui aiebant illum annos natum plus minus quadraginta: Berquinii regionis dominum, censu modico, ferme sexcentorum quotannis coronatorum, laicum ac coelibem, sed vitae adeo purae vt ne rumusculus quidem impudicitiae sit vnquam in illum exortus. Mire benignus in amicos et egenos, constitutionum ac rituum ecclesiasticorum obseruantissimus; puta praescriptorum ieiuniorum, dierum sacrorum, ciborum, missarum, concionum, et si qua sunt alia quae cum pietatis fructu recepta sunt. Alienissimus ab omni fuco, ingenio libero ac recto, quod iniuriam nec cuiquam facere vellet, neque a quoquam perpeti posset, duntaxat insignem. Ab instituto Lutheri plurimum abhorrebat. Quid multis? Negabant quicquam esse in vita quod non deceret Christianam pietatem. Hoc aiebant in eo crimen esse grauissimum, quod ingenue prae se ferebat odium in morosos quosdam theologos ac monachos non minus feroces quam stolidos. In hos palam debacchabatur, nec stomachum suum dissimulare poterat.

Fuerat illi pridem nescio quid conflictatiunculae cum Guilhelmo Querno theologo. Hinc ἀρχὴ τοῦ πολέμου. Mox ex libello quem, opinor, aediderat, decerptae sunt aliquot sententiae, quae viderentur ad fidei negocium ac perinde ad theologorum cognitionem pertinere. Erant quantum memini huius fere generis: 'In concionibus incongrue beatam Virginem inuocari pro Spiritu sancto, nec apte vocari fontem omnis gratiae'; et 'In cantico vespertino, praeter Scripturarum consuetudinem, appellari spem et vitam nostram, quum haec magis quadrent in Filium'. Ob huiusmodi naenias ductus est in carcerem, reus haereseos periclitatus est. At iudices vbi viderunt causam esse nullius momenti, absoluerunt hominem. Qui detulerant, iactabant eum elapsum fauore Regis; ipse praedicabat se iure victorem, et apparabat libellum triumphalem.

In hoc articulo rerum mihi primum coepit innotescere. Scripsit

---

72. conterranei] His father was lord of Noord Berquin in Flanders; and Utenhove belonged to Ghent.

75. innocentem mori] Cf. Ep. 2209. 86n.

81. quadraginta] The Bourgeois says 50 (pp. 321–2); but Erasmus' figure is thought to be more correct.

97. conflictatiunculae] See introd.

98. Querno] Duchesne; see Ep. 1188. 29n.

102. Virginem] Cf. Ep. 1581. 469–72.

109. libellum] See Ep. 2077. 22n.

111. In hoc articulo] c. 1523–4; see introd.

Scripsit] See Ep. 1599. 21: it is not extant.

ad me de causa sua, deque iudicio parum aequo quod Quercus et Bedda tulissent de quibusdam scriptis meis. Ex epistola visus est mihi vir bonus. Admonui tamen amanter ac libere, si saperet, premeret suum encomium, sineret crabrones, et suis se studiis oblectaret; deinde ne me inuolueret suae causae, quod vtrique nostrum foret incommodum. Ille, vt habebat quiddam cum palma commune, aduersus deterrentem tollebat animos. Eam cantionem semel atque iterum occinui, sed surdo, vaticinans illi futurum quicquid euenit postea. Tametsi tam atrocem exitum non expectabam, magnum tamen omnino malum expectabam. Prorepserunt interim libelli clam excusi, quibus ex meis versis interiecerat sua quaedam. Id vbi sensi, acrius expostulaui cum homine: quod nec prudenter ageret, sibi pariter ac mihi versiunculis eiusmodi conflans grauem inuidiam, nullo fructu pietatis; nec satis amice faceret, qui me plus satis grauatum pergeret magis etiam aggrauare. Si iuuaret ipsum eiusmodi conflictatiunculis exerceri, mihi nihil minus esse cordi. Proinde suam causam sic ageret ne me admisceret.

Ille sui similis respondit me tota errare via, quum diceret non alia ratione magis conflatam inuidiam posse opprimi quam si vulgus mea legeret. Tum enim deprehensum iri monachorum quorundam improbissimam vanitatem, qui suis sycophantiis, fucis, susurris, et malis artibus, plurimorum animos in me concitassent. Addebat exemplum episcopi cuiusdam, viri non mali quidem sed illiterati, quem isti sic inflammarant in me vt ne nomen quidem Erasmi ferre possit. Huic tradidisse se Pacis Querimoniam Gallice loquentem. Ea delectatum episcopum coepisse in nos amico esse animo, et illos delatores vehementer detestari.

Interim Beddaici quidam collectis pluribus articulis, curarunt hominem rursus pertrahendum in carcerem. Horum aliquot ad me misit simul cum censuris iudicum. Erant, ni fallor, monachi tres; Prior Cartusianorum, Prior Celestinorum, tertius nescio quis. Responsionem ad illum remisi, declarans quam illic nihil videretur impium. Quum subinde mitteret noua capita, ad quaedam respondi quae decerpserat e meis libellis; ad ea quae ex se proposuerat, nunquam respondi. Quid multis? Monachi pronun-

117. nostrum HN^2: nostrorum N^{13}.

---

113. Bedda] His examination of Erasmus' writings began in Jan. 1524; see Ep. 1571 introd.

114. Admonui] The letter is not extant.

115. crabrones] Cf. Ep. 1692. 1.

117. cum palma] For the nature of the palm, 'vt vrgentibus opprimentibusque non cedat', Gell., 3. 6, refers to Arist. *Probl.* 7 and Plut. *Symp.* 8: cf. also Plin. *H.N.* 16. 81.

122. libelli] For Berquin's translations from Erasmus see Epp. 925. 13n, 1579. 175–88.

123. expostulaui] See Ep. 1599.

124. versiunculis] Cf. Ep. 2077. 23.

130. respondit] The letter is not extant.

135. episcopi] Cf. Ep. 2077. 24–5.

137. Pacis Querimoniam] See Ep. 603.

140. Interim] In Jan. 1526.
articulis] Cf. Epp. 1581. 471, 1692. 44–6.

142. misit] Cf. Epp. 1679. 54–6, 1692. 75–9.

142–3. monachi tres] See Ep. 2158. 110n.

146. respondi] In Feb. 1526; see Epp. 1664, 1717. 26.

ciarunt in carcere sententiam definitiuam, iamque nihil supererat nisi vt exustis libellis ac peracta palinodia reciperet praescriptam satisfactionem, quae nunquam non immitis est, a monachis, aut, si id recusaret, iret ad ignem. Ille vir fortis ne in vno quidem illis cessit; ac perierat, nisi quidam e Senatu cordatiores, perspicientes rem calidis monachorum ac Beddaicorum odiis geri, respondissent se totam causam a capite vsque ad calcem denuo velle cognoscere, idque non sine fremitu eorum qui pronunciarant. Hoc enim nihil aliud videbatur quam illorum sententiam rescindere. Id fauore regiae matris procuratum autumant.

Dum haec aguntur, Rex commodum reuersus est ex Hispania. Is admonitus Berquinum suum inter monachos ac Beddaicos periclitari, primum per caduceatorem, mox per literas denunciauit Senatui ne quid temere paterentur fieri in suum consiliarium: se breui adfuturum, ac diligentius de toto negocio velle cognoscere. Aliquanto post exemptus e carcere seruatus est in aula satis commoda, nihilominus sub custodia. Tandem suae libertati redditus est, quo posset facilius suae causae consulere. Ibi dictu mirum quantum fiduciae conceperit animo. Non enim solum promittebat sibi absolutionem verumetiam victoriam, et quidem speciosam. Aiebat victoriam esse in manibus, sed malle serius aliquanto finiri causam, quo magnificentius triumpharet. Iamque mutatis vicibus, ipsam Facultatem sacratissimam, monachos et Beddaicos reos peragebat impietatis. Nam quaedam arcana deprehenderat in illorum actis.

Quo magis sibi placebat, eo magis timebam homini. Proinde crebris epistolis hortatus sum vt vel arte quapiam semet extricaret a causa, puta curarent amici vt praetextu regiae legationis longius proficisceretur: fortassis theologos passuros vt causa tempore euanesceret, nunquam passuros vt impietatis crimen quod illis obiiciebat, agnoscerent. Etiam atque etiam cogitaret qualis excetra esset Bedda, quotque capitibus efflaret venenum. Tum expenderet sibi cum immortali aduersaria rem esse; Facultas enim non moritur. Simul illud cogitaret, qui cum tribus monachis belligeratur, eum cum multis phalangibus habere rem, non solum opulentis ac potentibus verum etiam improbissimis, et in omni malarum artium genere instructis. Illos non conquieturos donec ei procurassent exitium, etiamsi causam haberet meliorem quam habuit Christus; neque plus satis fideret Regis praesidio. Principum enim fauores esse temporarios, ac delatorum artibus facile in diuersum trahi illorum affectus. Postremo, vt nihil horum

148. sententiam] On 23 March 1526 he was declared a relapsed heretic: see Ep. 1685. 84–6.
151. ne in vno quidem] Cf. Ep. 1692. 8–12, 48–9.
152. e Senatu] Cf. Ep. 1692. 62–6.
153. calidis] Cf. Ep. 2193. 29.
157. regiae matris] For her help to Berquin see Ep. 1692. 56, 67.
158. commodum] In March 1526: see Ep. 1692. 66n.
164. sub custodia] He continued his disputes nevertheless: see Ep. 1735. 32–3.
Tandem] In Nov. 1526; see Ep. 1768. 83n.
167. speciosam] Cf. Epp. 2066. 26–7, 2077. 28–9.
170–1. reos peragebat] In 1527; cf. Ep. 1875. 104.
174. crebris epistolis] Not extant.
181. non moritur] Cf. Ep. 1875. 108.

accidat, magnos etiam principes vel delassari talium improbitate, vel metu nonnunquam cogi vt cedant; praesertim cum Franciscus Rex, ipse quidem humanissimus, parum secundis fortunae flatibus vteretur. Non esse tutum quamuis imbecillem hostem contemnere, nedum tam multos ac tam potentes. Obtestatus sum vt si suam incolumitatem pro nihilo duceret, vir doctus ac bonus, certe se seruaret studiis et amicis, quibus intolerabilem excitaret inuidiam si quid secus quam vellemus accidisset. Quod si nihil horum moueret illius animum, certe suam causam ageret seorsum: me neque cum monachorum agminibus neque cum Theologica Facultate velle habere dissidium, si modo liceat.

Quaeris quid profecerim? Tot modis deterrens, addidi animum. Interim veteris comoediae licentia ferebatur in monachos ac theologos, praesertim in Syndicum Beddam; ac propemodum *πρὸ τῆς νίκης ἐγκώμιον* peragebat. Mox impetratum est a Rege vt Beddae libros in Fabrum ac me scriptos distrahi vetaret. Ad haec impetratae sunt Regis ad Theologicam Facultatem literae, vt duodecim Articulos qui in Beddae libris viderentur habere manifestam impietatem atque adeo blasphemiam, aut damnarent omnium suffragiis, aut sacrarum Scripturarum testimoniis comprobarent. Haec quum illi pollicerentur certam victoriam, ego respondi nihil aliud esse quam iritamenta hostium, qui sua sponte plus satis insanirent. Nam frigidum Regis aedictum obfuit etiam Fabri meaeque causae. Eo siquidem factum est vt liber clam distractus non nisi in hostium manibus versaretur; ac, ne quid haberet detrimenti typographus, in Germaniam et Angliam deportaretur. Ipsum autem vehementer errare, si crederet talibus nugis aduersarios opprimi posse.

Nihil profeci monitor, nisi quod illi magis ac magis accreuit fiducia. Interea prodiit aedictum Gymnasiarchae, ne magistri Collegiorum discipulis praelegerent mea Colloquia. Hic sibi pollicebatur futurum vt tanta contumelia prouocatus, causam opera communi capesserem; ac subornauit quendam qui me vehementibus literis eodem prouocaret: victoriam esse in manibus, nec defutura magnatum auxilia. Nunc esse tempus vt theologis in posterum omnis detraheretur autoritas. Ambobus respondi me demirari illorum animos, qui crederent me, relictis omnibus negociis, per omnem vitam velle cum Theologica Facultate contendere: imo sic potius animatum esse, vt citius passurus sim meos libros praeter aequum ab illis damnari, quam hac aetate, quae flagitaret quietem, sine fine belligerari. Et, si meae potestatis

203. Mox] On 4 Aug. 1526; see Ep. 1722 introd., and cf. Ep. 1875. 88.
204. libros] See Ep. 1679. 39n.
205. literae] c. 7 July 1527: see Ep. 1902 introd.
206. Articulos] See Ep. 1879. 95n.
210. respondi] Cf. Ep. 2077. 19–20.
211. aedictum] See l. 203n.
218. aedictum] Issued on 23 June 1528: see Ep. 2037 introd.
Gymnasiarchae] The Rector of Paris University, Bertinus Myss; see Ep. 2037. 150n.
221. quendam] Very likely P. Tossanus: see Epp. 2042, 2048. 54n, and cf. Ep. 2053. 2–4.
224. Ambobus respondi] With Epp. 2042, 2048.

esset, malle efficere vt omnes plurimum tribuerent theologorum autoritati quam vt nemo quicquam illis crederet.

Omnibus epistolis inculcaui meum animum mihi nihil laetum praesagire, vtcunque ille sibi plauderet; animaduertere spes illi adesse mire pertinaces, sed misere timere ne fallacissimas: fiduciam adesse strennuam, sed mendacissimam. Obtestabar vt sibi consuleret, si sibi charus esset: profugeret potius aliquo, vel in Germaniam, vbi nulli facessitur negocium ob huiusmodi articulos, ne apud orthodoxos quidem, nisi si quis palam profiteatur populumque commoueat. Addebam me iam dudum pigere nostrae amicitiae, quae mihi plus mali conciliasset quam multorum capitales inimicitiae.

Haec toties occinens nihil profeci. Post haec tamen rarius ac frigidius ad me scripsit, praesentiens, opinor, non omnia praeclaris istis spebus responsura. Equidem dolebam hominis fatum: quem arbitror, si quid errauit (causam enim, vt dixi, non noui), persuasione errasse, non malicia. Sed quid facias homini vltro morti deuoto, et suo iumento, quod aiunt, sibi exitium accersenti? Imposuit illi sua fiducia, nocuit ingenuitas, neque minus nocuerunt quorundam inepti tumultus, qui ad quamuis occasionem gestiunt ac triumphant. Vt igitur his cohercendis profuerit mors Berquini, ita periculum est ne Beddis sua sponte plus satis insanientibus nimium accedat animorum. Inter errores et haereses varia sunt discrimina; neque parum interest inter eum qui persuasione seductus est, et eum qui maliciosa pertinacia tuetur impium dogma. Rursus, refert simpliciterne quis erret, an colligenda factione turbet publicam tranquillitatem. Ob quemlibet errorem exuri hominem nouum exemplum est, ac miror vnde petitum. Gallorum tamen religiosam mentem vehementer approbarem, si quantum nunc propendet ad superstitionem, tantum valeret iudicio spirituali. Certe hactenus se praestiterunt Romano Pontifici frugi mancipia. Digni principibus optimis, qui qualescunque contigerunt, bona fide seruiunt. Et tamen fortassis in hanc partem peccare praestat quam effrenem licentiam moliri, quam in aliquot Germaniae ciuitatibus exoriri videmus; in quibus Pontifex est Antichristus, card⟨inales⟩ creaturae Antichristi, episcopi laruae, sacerdotes porci, monasteria conuenticula Satanae, principes tyranni. Summa rerum est penes plebem Euangelicam, sed armatam et ad pugnandum quam ad disputandum instructiorem.

Tantum habui, quod de Berquino scriberem: qui si decessit cum bona conscientia, quod admodum spero, quid eo felicius? Damnari, dissecari, suspendi, exuri, decollari, piis cum impiis sunt communia. Damnare, dissecare, in crucem agere, exurere, decollare, bonis iudicibus cum piratis ac tyrannis communia sunt. Varia sunt hominum iudicia. Ille felix qui iudice Deo absoluitur. Bene vale.

Datum apud Friburgum Brisgoae Calen. Iuliis. AN. M.D.XXIX.

233. N^2 *LB*: praesagere *H*N^3. 274. *N*: indicibus *H*.

230–1. theologorum autoritati] Cf. Ep. 2048. 41–2.

2189_{2234} To William Duke of Cleves.

De pueris instituendis, 1529, f°. a^2 (*a*). Freiburg.
H. p. 994: N: Lond. xxiv. 8, xxix. 12: LB. 1061. 1 July 1529.

[The preface to *De pueris statim ac liberaliter instituendis*, Basle, H. Froben, J. Herwagen and Nic. Episcopius, Sept. 1529; printed twice in Lond., from H and later from the separate edition, among the prefaces—no doubt through an oversight. The year-date needs no confirmation.

The young duke William of Cleves (28 July 1516—5 Jan. 1592) was heir to his father, John III (Ep. 829. 12n), and succeeded him in 1539. In 1538 he had succeeded also by agreement to Charles of Egmont, duke of Gueldres. Throwing in his lot with France he came into conflict with the Emperor, to whom in 1543 he was forced to resign the dominions of Gueldres and Zutphen; and by marrying a daughter of Ferdinand he was permanently attached to alliance with Austria. He showed himself a supporter of moderate reform, on Erasmus' lines, and thus maintained good relations with Rome. His interest in education is shown by the foundation of a school at Düsseldorf in 1545, and by a project for a university at Duisburg in 1562. In 1566 he suffered a stroke of paralysis; which left him a broken man, though he lingered for many years. See ADB. xliii. 106–13.

The present dedication (see also Ep. 2190) was made at the suggestion of Conrad Heresbach (Ep. 1316), who was now the young Duke's tutor: see O. R. Redlich in *Zs. d. berg. Geschichtsvereins* xli, 1908, p. 177. The volume was sent to the Duke in Oct. (Ep. 2222. 26–7), and was acknowledged by the gift of a silver cup (Ep. 2234. 15n). In 1531 Erasmus followed it up by addressing the *Apophthegmata* to the Duke.]

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI GVILHELMO DVCI CLIVENSI, IVLIACENSI, MONTENSI, COMITI MARCHIAE, ET IN RAVENSPVRG, ETC. ERASMVS ROTERODAMVS S. D.

Conradvs Heresbachivs, vir ad vnguem factus, qui magno reipublicae bono pueritiae tuae formator contigit, clarissime Princeps, indolem tuam eruditioni pariter ac pietati natam ita mihi suis literis frequenter depinxit, vt si complures menses tecum domesticam habuissem consuetudinem, non esse posses notior. Idem pro singulari quodam erga te amore, quem vndique spirant illius epistolae, magno studio multisque argumentis illud agebat, vt aliquo monumento literario et tibi in isto longe pulcherrimo stadio strennue currenti calcar, vt aiunt, adderem, et alios adolescentes generis imaginibus claros ad aemulationem tam felicis exempli prouocarem. Ab hoc officio adeo mihi non abhorrebat animus, vt beneficii loco ducerem admonitum fuisse. Verum quod in annos aliquot distulimus officium, nihil aliud, mihi crede, fuit in causa, nisi quod non obtigit argumentum quod tuae magnitudini aliqua ex parte respondere videretur. Nam ille sic temperauit orationem suam, vt appareret non quolibet munere fore contentum. Quum igitur non occurreret quale volebam, coepit tandem me pudere promissi mei; visumque est tenues quosdam sed calli-

TIT. GVLIELMO *N*. ROTERODAMVS *aN*: *om. H*. D. *om. H*.

TIT. MONTENSI] The county of Berg, separated from Cleves by the Rhine, had come into the family by marriage in 1348. It was created a duchy in 1389.

MARCHIAE] This ancient county, with its capital at Hamm, lay to the NE of Berg.

RAVENSPVRG] Another small county, further E, with Bielefeld for its capital.

7. epistolae] Not extant.

dos clientes imitari, qui cum ingentem summam debeant patronis suis, nec adhuc soluendo sint, hortensibus quibusdam munusculis eos deliniunt, quo patientius ferant recrastinatam solutionem, hoc pacto testantes non animum facultatibus, sed facultates animo deesse.

In Italia deliniaram opus de verborum rerumque Copia. Adieceram exemplum eiusdem argumenti quam potuit in compendium contracti, et eiusdem fusius copiosiusque tractati. Is cui Romae tradideram describendum, reddidit hanc partem mutilam ac vix dimidiatam, vt quod supererat, mihi frustra superesset. Deinde quum ab eruditis amicis subinde rogarer vt excitandis studiis, quae iam refrigescere videbantur, opus illud absoluerem; animum vehementer abhorrentem tamen huc perpuli, vt inspecta diuisione, quae totius argumenti propositiones ceu columnas habebat, denuo receptum in manus pertexerem. Puta hoc esse munusculum aliquod cerasaceum. Adieci duos libellos nunquam antehac aeditos: puta haec esse duo mala Cydonia ex horto paupere selecta. Quae rusticana munuscula non in hoc damus, adolescens generosissime, quod his fidem nostram liberatam velimus, sed vt liberandi voluntatem adesse testemur. Solent autem humani creditores minus appellare eos qui subinde veluti seipsos appellantes profitentur aes alienum: quod qui dissimulant, meditari videntur inficiationem. Quanquam haec causa mihi potius agenda fuerat cum Heresbachio, qui me ex stipulatione poterat in ius vocare. Sed apud te malui, quem mihi sciebam aequiorem fore in negocio proprio quam ille foret in alieno. Sic enim ille te deamat, sic fauet commodis, honori dignitatique tuae, vt si vsquam possit, in his procurandis videatur ab illa genuina verecundia posse recedere. Age, Princeps ornatissime, perge in isto pulcherrimo certamine, vt ille tuam celsitudinem optimis disciplinis, tu illius doctrinam fortunae ac dignitatis accessione illustres.

Libellum non laborabo tibi commendare, nisi hoc nomine quod et nouus est et totus meus; deinde quod docet multa paucis complecti: quod dictionis genus nullos magis decet quam summos principes. (Vnicum exemplum a nobis proditum est. Ex diuo Augustino plura suppetunt; qui nonnunquam Psalmum mira breuitate complectitur, quem mox largissima rerum ac verborum copia disserit.) Postremo quod haec instituendi ratio principum liberis potissimum est accommoda, quippe qui quum maxime omnium egeant recta institutione, tamen non conuenit secus quam liberaliter erudiri.

Bene vale apud Friburgum Brisgoiae. Calend. Iuliis. Anno M.D.XXIX.

---

24. In Italia] Cf. I, p. 34. 1–5.
Copia] See Epp. 260, 462.
34. libellos] See Epp. 2076, 2190.
53. Vnicum exemplum] The book opens with a *Declamatio* on the subject of the title, which is described as 'contracti thematis exemplum', and fills 2½ pages. Then follow 79 pp. of 'Idem argumentum locupletatum copia'.
54. Augustino] Vol. viii of Erasmus' new edition (Ep. 2157), containing the *Enarrationes in Psalmos*, had recently been completed; in March 1529.

2190. TO WILLIAM DUKE OF CLEVES.

De pueris instituendis p. 409. Freiburg.
Lond. xxix. 66: LB. 1062. 1 July 1529.

[The preface to Ambrose's *Liber de apologia Dauid*, printed in the volume from which Ep. 2189 comes.]

ILLVSTRISS. PRINCIPI GVILHELMO DVCI CLIVENSI, IVLIACENSI, MONTENSI, COMITI MARCHIAE, ET IN RAVENSPVRG, ETC. ERASMVS ROT. S. D.

Vos in opacis saltibus, clarissime Princeps, nos in vetustis bibliothecis venari solemus; in quibus nuper nacti sumus duos libellos, titulo quidem diuum Ambrosium autorem praeferentes, sed ipsa phrasi Ambrosianae dictionis aemulum, verum ita feliciter aemulum vt dotibus aliquot praecurrat. Nam et explicat dilucidius et minus a re digreditur; nec apte pariter ac dense citandis Scripturarum testimoniis, nec pietate sententiarum, nec allusionum gratia, nec aculeorum acrimonia Ambrosio tot suspiciendo nominibus inferior, mea quidem sententia. Huius arbitror esse libellos duos, quos habemus Ambrosii titulo De vocatione gentium. O nos felices, si theologi, quorum bona pars nunc sophisticis argutationibus insenescit, huiusmodi progymnasmatis, in adytis arcanarum litterarum ad ecclesiasticas conciones exercerentur! Sic enim nemo loqui potest nisi qui Scripturas diuinas omnes penitus excusserit, imbiberit, concoxerit, tantoque vsu contractarit vt in naturam abisse videantur.

Habes, ornatissime Princeps, duos heroas eximiae pietatis exempla: quorum alterum Deus in graue crimen prolabi passus est, vt in eo cunctis quidem hominibus, sed praecipue principibus, ostenderet poenitentiae remedium; alterum facultatibus vniuersis exutum, liberis ac nepotibus orbatum, diris etiam corporis vlceribus excruciari passus est, vt in hoc aederet omnibus inuictae tolerantiae formam. Grauior erat Dauidis calamitas quam Iobi. Hic enim externis tantum spoliatus est, incolumi possessione omnium optima, bona mente; at is qui ab amore Numinis excidit, plus iacturae fecit quam si mundum vniuersum vna cum vita corporis amitteret. Proinde Dauid tam misere, tam sine fine plorans, nos admonet quam aduigilandum sit ne quid huius possessionis nobis pereat. Iobus gratias agens, docet hominem nec in summa rerum prosperitate tollendos animos, nec in quamlibet grauibus fortunae procellis exanimari oportere; modo hoc sit incolume quod vnum beat hominem, nec nobis nisi nostro vitio potest eripi.

Confido futurum vt Christo tuam eximiam indolem moderante, nec in Dauidis lachrymas nec in Iobi calamitatem incidas. Expedit tamen sapientis animum ad omnes casus qui possunt homini accidere, praemunitum atque instructum esse. Bene vale.

Datum apud Friburgum Brisgoiae. Calend. Iuliis, Anno M.D.XXIX.

2. venari] Cf. Ep. 2002. 10.
nuper] See Ep. 2076.
9. libellos] Erasmus had printed these at the beginning of vol. ii of his Ambrose (Ep. 1855): remarking that on the ground of 'totius phraseos dissimilitudo' he considered them 'alterius esse', but adding 'Tales imposturas facile tulerimus quae pro auro supponant aurum'. Cf. Ep. 2197. 38n.

2191. To Charles Sucquet.

Opus Epistolarum p. 967. — Freiburg.
N. p. 905: Lond. xxiii. 12: LB. 1063. — 2 July 1529.

[Between the migration to Freiburg and the publication of H.

Charles Sucquet (c. 1506—3 Nov. 1532) of Bruges was the eldest son of Antony Sucquet (Ep. 1331. 15n) and kinsman of Chas. Utenhove (Ep. 2209. 64). He matriculated at Louvain on 27 Jan. 1519 (EHR. xxxvii. 100), and was there in the Collège du Lis in 1524–5, enjoying the friendship of Martin Lypsius (Horawitz v. 43, 48, 68–71). Later he went to study law at Orleans, and became licentiate there (Brussels MS. II. 1040[1], f. 20). In 1529 he was at Dole with Viglius Zuichemus (Ep. 2101), and writing intimately to Erasmus (Epp. 2135, 2141); but by August he had migrated to Bourges (Epp. 2209–10, 2213). Early in 1530 he was lecturing there with success under the guidance of Alciati (Ep. 2276; VZE. 11; cf. Epp. 2329, 2373); who in Oct. 1530 presented him for LL.D. During this period he borrowed an Odyssey from Calvin (Calv. E. 2). In Aug. 1531 he was at Turin, and was proposing to marry an Italian—from which Viglius, who considered himself Sucquet's best friend, tried hard to dissuade him (VZE. 15). In Nov. he fell ill, and a year later he died (VZE. 16, 17, 35, 36, 39). A letter from P. Bunellus, which is thought to be addressed to him, was printed in *Epist. clar. vir. selectae*, Venice, P. Manutius, 1556, f. 88 vº: see also EE. 169, and A. Roersch in BN. xxiv. 241.

A legal work by him, *De interdictis*, was published posthumously at Turin c. 1535.]

ERASMVS ROT. CAROLO SVCQVETO S. D.

Ex litteris tuis, Carole suauissime, quae miram quandam in me spirant beneuolentiam aut, vt verius dicam, pietatem, facile poteram agnoscere germanam Antonii Sucqueti prolem; in cuius affectum quum tua sponte successeris, aequum est vt ego vicissim mutua pietate illum tibi referam. Proin illud tibi persuasum habeto, mi Carole: nihil a me petes, modo tibi vel vsui vel ornamento futurum videatur, quod tua causa sim grauate facturus; et si fors deerit facultas, certe prompta voluntas nunquam est tibi defutura. Age quod agis, optime adolescens, fac totum Antonium nobis exprimas; vt cuius mortem iustissimis de causis acerbissime tulimus, eum in te veluti superstitem esse gaudeamus. Nam oris habitu, forma corporis gestuque et sermone sic illum reddis, vt non te filium, sed illum ipsum in te repubuisse credamus. Idem est ingenii morumque candor, eadem humanitas, eadem in amicitia fides, eadem simplicitas veritasque. Quin et iudicia fere consentiunt, quae per aetatem in te maturescent.

Sed est in quo parentem ornatissimum etiam superaturus videare, quod illius manibus gratissimum esse scio. Quid ni sit? quum viuus nihil magis habuerit in votis quam vt in liberis suis seipsum vinceret. 'Quid hoc est?' inquies? Quod absolutae Iuris prudentiae vtriusque litteraturae decus pergis adiungere; quae nisi accedant, Deum immortalem quae balbuties, quam pudendi errores, quam multa superuacanea solent hoc studiorum genus consequi.

Laudabatur a multis Iodocus ille, qui ex Caesaris consiliario

3. Antonii Sucqueti] See Ep. 1331. 15n.

25. Iodocus] Laurens: see Epp. 1299, 1717. 16–18, 1747. 28–30.

factus erat Senatus Mechliniensis praeses; sibi quidem in sua professione videbatur nihil nescire. Tolerabilis forsitan haec φιλαυτία; illud intolerabile, quod in omnibus conuiuiis, etiam a nullo prouocatus, velut e plaustro debacchabatur in linguas ac bonas litteras, nec cuiquam harum perito concedebat vt vel vnam legem Iuris intelligeret. Obiiciebatur illi nonnunquam Gulielmi Budaei nomen: ibi quid non dicebat? sed tam insulse vt nemo non rideret hominem. Legum magnam vim tenebat, sed desiderabatur in eo iudicium naturale. Tum non potest non passim delirare qui praeter illas litteras nihil omnino didicerit, praesertim quum codices eius disciplinae sint non solum deprauatissimi verum etiam mutili: cuius incommodi nonnullam partem amoliti sunt in Germania Vlrichus Zasius, in Gallia Gul. Budaeus, in Italia Andreas Alciatus.

At patri tuo praeter seculum nihil deerat; ingenium mire felix, industria singularis, eruditio summa, iudicium excussum. Mox aulae negocia, crebrae ac longinquae legationes, ne dicam relegationes, nihil fere permiserunt viro nisi vt haec studia amaret: alioqui vel natu grandior eas litteras attractasset. Nec aliis inuidit quod ipsi non contigit; imo hoc impensius dedit operam vt Iuris professio cum linguarum ac politiorum litterarum peritia iungeretur. Quare te vehementer hortor, Sucquete charissime, vt in isto stadio cursum gnauiter peragas, quemadmodum hactenus magna cum laude cucurristi.

Habes concertatorem Viglium, cuius alacritas non patietur te segnescere. Video te meditari demigrationem, nec dubito quin tibi constet consilii tui ratio; quapropter non est quod hic te vel horter vel dehorter. Habes domi Palladem, quae tibi suggeret quod maxime sit in rem tuam. Viglium aliunde alio fortuna propellit. Is interim agit Vlyssem. Auennione et in Montepessulano ludere pestilentiam nouum non est. Ad Biturigas vehementer arridebat, praesertim quod eo se contulerit Andreas Alciatus, vnicum huius aetatis miraculum ac studiorum delitium. Verum narrant et eam regionem infestari lue: quod non modo studiosorum causa doleo, verum etiam illius. Nam virum illum omni prosperitate dignissimum fortuna videtur annos aliquot habere pro pila, adeo nunc bello, nunc pestilentia sursum deorsum voluitur. Qui rumor si vanus est, gratulor Viglio nostro; gratulaturus et tibi, si eodem te contuleris.

Quod tibi videris ἡμίθεος futurus si liceat mihi ὁμοτράπεζον esse, vtinam tibi tantum vtilitatis adferre possit noster conuictus, quantum et tu tibi polliceris et ego optarim! Quod ad meum quidem animum attinet, nullus hospes fuerit te vno gratior. Ego quum natura semper a turba abhorruerim, nunc aetas ac studiorum assidui labores, ad haec indies incommodior valetudo, cogunt

55. Auenione *N*.

50. Viglium] Zuichemus; see Ep. 2101.

51. demigrationem] from Dole; cf. ll. 94–8.

53. Palladem] Cf. Ep. 2183. 5–6.

54. aliunde alio] From Dole to Valence and Avignon; see Ep. 2168.

55. Auennione] Cf. Ep. 1201. 1–4.
Montepessulano] Montpellier.

57. Alciatus] See Ep. 2194. 15n.

vt sim homo perpaucorum hominum. Duos tresue soleo recipere, ne sit lupinum conuiuium, sed eximios. Nam inter epulas gaudeo fere fabulis amoenioribus hilarare nonnihil animum studio fessum.

Sat feliciter cessit haec migratio, idque praeter expectationem. Quum enim oppidum hoc pene cingatur montibus e proximo imminentibus, nec vsquam aperiat se prospectus liber nisi ad occasum, verebar ne coelum minus esset amicum meo corpusculo. At vix vsquam sensi illud amicius. Vocabar alio magnis conditionibus, sed non ausus sum e nido tot annos presso statim longius euolare. Itaque decreuimus hic hybernare, si modo per belli tumultus liceat. Ciuitas est Regis Ferdinandi, qui sic videtur in me affectus vt appareat illum nihil mea causa non facturum. Est et Academia non incelebris, in qua nulla Facultas magis floret quam Iuris. Habet Zasium aetate senem sed ingenio viuidum, cui quem alium conferam in his regionibus non inuenio. Sunt praeter hunc et alii non vulgariter eruditi. Inter clerum, magistratum, populum et Academiam summa concordia est.

Haio Caminga Phrysius nobiscum agit: cuius consuetudo mihi fit indies iucundior, nimirum quo magis ille quotidie fit et litteris eruditior et philosophia melior. Eiusmodi vero experior iuuenis ingenium, vt confidam hanc mutuam animorum beneuolentiam inter nos fore perpetuam. Nunc certe tam charus est ac iucundus vt, si filius esset, vix posset esse charior aut iucundior.

Demiror autem quid sit rei, vt quum Dola Caesareae sit ditionis, tam iniquam se praebeat nostratibus. Id enim ex multis cognoui, tametsi tu pro tua ciuilitate dissimulas. Veruntamen vide etiam atque etiam, mi Carole, ne praecipites consilium. Quod maxime putabis in rem tuam fore, id sequitor. Ita demum mihi futura est iucunda tua consuetudo, si quantum mihi allatura est voluptatis, tantundem studiis tuis fructus contulerit.

Quid ego audio? Picae rursus conferunt sua consilia, vt indulgentiarias nundinas instaurent? Quantum ibi iacturae passa est Ecclesia! Risimus et caeteras tuas fabulas, nimirum eximie ridiculas. Iudicium quidem tuum probamus, optime Carole, ac studium erga nos tuum amplectimur; sed si me audies, nec cum Carcinis nec cum Planodorpiis nec cum inauspicatis auibus conflictaberis ⟨quae⟩, quum volunt, ex picis, graculis et vpupis, vertuntur in viperas, lupos ac leones. Ne in te crabrones iritaris. Musarum et Gratiarum contubernio temet oblecta. Et si tumultus istorum inconditos ridere libet, ride, sed in sinu. A nemine magis laedi poterant quam ipsi se laedunt. Bene vale. Datum apud Friburgum Brisgoiae, postrid. Cal. Iulias. Anno M.D.XXIX.

---

72. lupinum] i.e. silent. Cf. *Adag.* 686, 'Lupi illum priores viderunt', applied to one 'cui vox repente sit adempta'.

84. senem] He was now about 68; cf. Epp. 2290. 42, 2329. 60.

88. Caminga] See Ep. 2073.

101. Picae] The Dominicans in their black and white; cf. Ep. 349. 35n.

106. Carcinis] Cf. Ep. 2111. 28n.

Planodorpiis] Cf. Ep. 2111. 28n.

2192. To Antony Fugger.

Opus Epistolarum p. 970. Freiburg.
N. p. 908: Lond. xxiii. 14: LB. 1064. 7 July 1529.

[Answering the reply, not extant, to Ep. 2145: between the move to Freiburg and the publication of H.]

ERASMVS ROTEROD. ORNATISSIMO ANTONIO FVGGARO S. D.

Ita sunt res mortalium, Antoni vir eximie, nonnunquam vbi speres summam amicitiam, exoritur summa simultas; vnde nihil expectes, inde prodeunt amici candidissimi. Ad hunc videlicet modum vitam hominum temperat, qui e duobus doliis, quae Homerus testatur in Iouis limine sita, laeta tristibus ac tristia laetis miscet. Quis expectasset ex Augusta Vindelicorum tam candidum, tam flagrantem, tam benignum amicum? Quid enim spirabat illa tua epistola, nisi singularem quandam tuam in me pietatem, quum hactenus ne tantillum quidem de te fuerim meritus? Quam, putas, mihi grata fuit illa tam obuia benignitas? Itaque, mihi crede, multo plus voluptatis ac solatii ceperam ex tuis litteris, quam si quis opimum sacerdotium nunciasset. Siquidem verissime scripsit ille regum sapientissimus, nihil esse tam charum quod cum syncero fidoque amico conferri debeat. Atque aliquanto plus gaudii tum persensi animo meo, quod et tu tam amanter deferres liberalitatem tuam, et ego ea non essem vsus—pro qua nihilo quidem minus debebam, et debebam libenter; sed tamen iuuabat nec amici rebus quicquam decessisse, et me debere quidem, sed debere liberius. Quisquis enim beneficium accipit, simul cum beneficio sollicitudinem accipit reponendae gratiae. Nihil autem ingenuis animis libertate dulcius. Quanquam tum quoque sollicitabat me nonnulla cogitatio, circumspectantem qua ratione declarare possem quanti facerem studium erga me tuum.

Accessit huc quod non tantum ex Luscinio nostro cognoui, te litteris ac litterarum cultoribus Mecoenatem haudquaquam sordidum praestare. Quod non faceres, ni et vir optimus esses et animum haberes opibus tuis superiorem; quanquam eas largiter fortuna minime caeca in te congessit, si tamen illas fortunae, ac non potius industriae prudentiaeque tuae debes. Laudatus est Vespasianus pater quod male quaesitis optime sit vsus. Quanto tu, Antoni, laudabilior, qui his quae vel fortunae fauor obiecit vel industria parauit, tam bene vteris? Arguit et illud prudentiam tuam non vulgarem, quod nulla tibi potior cura est quam vt liberi tui, si quando contingent, aut si quos in liberorum vicem adoptasti, iam inde a teneris et ad pietatem et ad honestissimas disciplinas instituantur; multum abhorrenti a quorundam sententia, qui credunt se praeterea nihil debere pietati, si filios suos modo ditarint. Agnoscis nimirum esse praeclarius quoddam

TIT. FVGGERO *N*. 6. *HN*[3]: Vuindelicorum *N*[1] *Lond.*: Windelicorum *LB*.

5. Homerus] *Il.* 24. 527,8.
8. epistola] Answered by Ep. 2145.
14. amico] Ecclus. 6. 15.
25. Luscinio] See Ep. 2166. 10n.

opum genus, in quod, animo conditum, nihil habeat iuris fortuna. Proinde non iudicas liberos tuos esse vere diuites, nisi hoc genere possessionum fuerint locupletes.

Haec itaque quum extimularent animum meum, si minus ad reponendam gratiam, certe ad testificandum quam penitus et nossem et amarem pectus istud tuum tam excelsum ac nobile, ecce redditur altera abs te epistola, multo priore tum candidior tum amantior. Equidem praeclare mecum actum iri putabam, si nostram excusationem humanitas tua boni consuluisset. Scripseram enim subtristis et inter sarcinas. At tuae benignitati non satis fuit in bonam partem accipere, quod munificentiam tuam vltro delatam recusare quam amplecti malui, sed litteris amantissime scriptis perpetuum amicitiae foedus mecum sancire dignatus es, proque tua singulari modestia ambis etiam quod mihi votis omnibus erat expetendum? Imo iam hoc ipsum in praecipuis bonis meis numerare coeperam, quod tam eximius patronus et, si ita mauis, amicus, catalogo meorum accessisset.

Haec tam multa votis quidem meis plus satis erant, at tuae bonitati, clarissime Fuggare, nondum erant satis. Addidisti pignus et arrabonem, vt tu vocas, amoris in me tui perpetui, munus non minus elegans quam preciosum, nec interim mutum; nam disticho testatur autoris animum. Ex tam amico poculo quid ni vel aqua mulsum sapiat? etiamsi iam annis compluribus ad necessitatem bibo vinum, non ad voluptatem, magis pharmacum sumens quam potum. Quum equestri agitatione caperer, solitus ea corporis adrepentem languorem depellere, amici dono mittebant equos; sed ante triennium eques esse desii, non ab equis ad asinos, vt habet prouerbium, sed in pedes deiectus. Verum iam plusquam biennium est quod nullam ex vino capio voluptatem; quod mihi bibitur non modo perparce verum etiam aqua e glycyrrhiza decocta sic dilutum vt, si insueto porrigatur, medicam potionem esse diceret, non vinum. Verum e tuo poculo, si non viteum liquorem, certe amorem bibere iuuabit.

Addis et illud ad cumulum tuorum erga me meritorum, vt in posterum vtar amicitiae iure, et vbicunque res postularit, audacter requiram tuum officium. Equidem amplector quod offers ex animo, sed quid tibi vicissim pollicear non inuenio. Si tecum munerum vicissitudine contendam, merito videar impudentior quam Marsyas, qui cum Apolline canendi suscepit certamen. Ne opella quidem mea vbi tibi possit esse vsui video. Si quid tamen indicaris, aut si qua se obtulerit opportunitas, faxo vt intelligas omnia potius Erasmo defuisse quam animi memoris propensam voluntatem.

58. Fuggere N^2.

46. epistola] Not extant.
48–9. Scripseram] Ep. 2145.
58. pignus] A gold cup with cover, 'cum inscripto epigrammate'; bequeathed in Erasmus' last will to Nic. Episcopius. See Major p. 41, and cf. Ep. 2222. 6–8.
65–6. mittebant equos] See Ep. 1488. 50n.
66. eques esse desii] See Ep. 1422. 23n: written *five* years ago.
67. prouerbium] *Adag.* 629.
69–70. glycyrrhiza] Cf. Epp. 1603. 105, 1759. 13.

Nunc ad reliquas epistolae tuae partes superest vt paucis respondeam. Quod scripsi me a diuersis principibus amplissimis conditionibus alio atque alio vocari, nequaquam hoc eo feci vt te cum illorum vel dignitate vel benignitate conferrem, sed vt tibi persuaderem eam esse valetudinem, vt nec ob conditionum magnitudinem nec in vllius gratiam oportuerit longinquae profectioni committere. Ego candidum amicum omnibus regum gazis anteposuerim; tametsi Caesarem ac Ferdinandum hactenus non minus candidos erga me quam magnos experior. Nec deesset illorum liberalitas; sed quemadmodum ab aulae cultura meopte ingenio semper abhorrui, ita nunc per aetatem ac valetudinem ad eam sum ineptus. Tum vt me paucis contentum non vrget inopia, ita illorum benignitatem non admodum flagito. Caesarea pensio iam debetur annis plus septem; promittitur, nec mittitur. Et is est aulae nostrae status, vt officiarii bene secum actum putent, si quum nihil accipiant salarii, non cogantur ipsi numerare mutuum. Scripsit semel atque iterum ex Hispaniis Caesar, Numeraretur Erasmo sua pensio extra ordinem: respondit ex consilii decreto Margareta, Si redeam in Brabantiam, vel aureos Persarum montes esse paratos, non modo pensiunculam. Tanta porro est flagitantium turba, tanta improbitas, vt mihi prius sit negligere quicquid hoc est emolumenti, quam praeter ingenium meum flagitatorem agere. Est autem pensio trecentarum in singulos annos librarum monetae Francicae. In summa videtur hoc esse quodammodo fatale aulae Caesareae, semper egere. Dicas esse Danaidum dolium.

Non exiguum est, vt tu modestissime scribis, sed plane regium est quod offers; quanquam etiam si nihil offerres, animus iste tam amicus posset Erasmum isthuc pellicere. Misere tum metuebam ne male cederet nidum cui tot annis assueueram relinquere. Sed haec profectiuncula longe felicius cessit expectatione. Siquidem et situm diutinae quietis excussit, et coelum hoc experior tam amicum meo corpusculo, vt vix alibi commodius sim expertus. Magistratum huius vrbis habebam fauentem, et priusquam me illi Rex Ferdinandus suis litteris commendasset. Nihil incommodi est, nisi quod nihil hic non magno emitur. Id facile negligo, homo pecuniosus scilicet et philosophus. Quare bona spes est hanc ciuitatem mihi perpetuo fore quod dicitur, Ἐλευθερόπολιν. Mihi tamen foret gratius in ciuitate celebri viuere.

Quod nuncias, pietatis causam isthic longe melius habere quam huc pertulerant quidam, non tantum isti reip. sed tibi quoque

96. pensio] See Epp. 370. 18n., 1645 introd.
plus septem] Cf. Epp. 1470. 19, 1554. 12–13.
97. officiarii] Cf. Ep. 2109. 11–17.
99. Caesar] See Epp. 1380, 1643. 15–17.
101. Margareta] See Ep. 1431. 10.
105–6. trecentarum . . . librarum] For this value cf. Ep. 1585. 13.
117. Ferdinandus] See Epp. 2090 introd., 2145. 32–3.
118. magno emitur] This complaint occurs frequently at this period: see Epp. 2201, 2215, 2223, 2249, 2285, 2295, 2325, 2328, 2330, 2355.

priuatim gratulor. In his rerum procellis nihil arbitror melius quam aequo libramine suspendere res, vt neque prorsus in quorundam Iudaismum ac tyrannidem recidamus, nec in anarchiam ac paganismum deuoluamur, donec deus aliquis, ἀπὸ μηχανῆς quod aiunt exortus, hos orbis tumultus ad tranquillitatem componat: solus enim ille potest huic tragoediae laetum exitum imponere.

Scripsi nuper, sed tribus duntaxat verbis. Iubes vt subinde scribam. Si potes tales legere litteras, non committam vt hac quidem in parte cessasse meum officium queri possis. Dominus Iesus te cum omnibus tibi charissimis seruet incolumem, amice inter praecipuos eximie. Neque enim nostram amicitiam aestimo mensium aut annorum spacio. Amoris magnitudinem expendo, qua polliceris te nec cuiquam veterum nec vlli principum in beneuolentia pietateque erga me cessurum. Quod ego omen, Antoni charissime, lubens amplector, et animum mutuum hoc meo chirographo tibi polliceor, addico dedicoque.

Datum apud Friburgum Brisgoiae Nonis Iuliis. Anno Millesimo quingentesimo vigesimo nono.

[2167]2193. To Erasmus Schets.

British Museum MS. Add. 38512, ff. 36 (α), 38 (β). Freiburg.
13 July 1529.

[There are two MSS., each original; the letter evidently having been sent in duplicate. The first (α) is autograph throughout, except the address, which is by a secretary; the second (β) is by the same secretary throughout, except that Erasmus has signed it. There are a few unimportant variations in text, and the secretary is not careful to reproduce Erasmus' spelling: so that the pair present an interesting example of the standard of exactness considered necessary in secretarial copying.

The year-date needs no confirmation.]

S. Respondi pridem ad illas obiurgatrices litteras tuas, expostulantes quod non reuolem in illam beatam patriam, vbi vix habeo duos synceros amicos; vnde possim petere pecuniam si sit opus, neminem. Scripsi per Brugensem scholasticum; sed, vt video, nebulo dedit nobis verba. Alteras reddidit nobis Lombardus cum epistolis Gandensibus et duabus Hispanicis, pro quibus habeo gratiam, vt pro caeteris officiis tuis, Erasme charissime.

Basilea discessurus eram in principio quadragesime, sed pituita

2193. 1. S α: ERASMVS ROTER. ERASMO SCHETO S. D. β. 9. quadragesimae β.

2192. 132. Scripsi nuper] Not extant.

2193. 1. Respondi] Ep. 2159.

litteras] Ep. 2115.

4. Scripsi] Ep. 2159.

5. dedit . . . verba] This inference was not justified. Ep. 2159 must have reached Schets, since it is in the Nève collection; but as Schets makes no reference to it in Ep. 2167, it clearly had not reached Antwerp by 27 May. He wrote to Erasmus in July (Ep. 2243. 1), very likely replying to Ep. 2159; but the letter is not extant.

5–6. Lombardus] Iacobus; for whom see Epp. 1658, 1671, 1676.

9. quadragesime] 10 Feb.—27 March 1529.

pituita] See Ep. 2125. 3n.

oborta me remorata est. Nam quum armata plebs cum machinis obsidebat forum et seuiebat in imagines, non erat tempus quoquam demigrandi. Sub Idus Apriles post Pascha discessi, palam praemissis scriniis ne dicerent me fugisse. Eram euocatus litteris Regis Ferdinandi, qui tum agebat Spirae. Is misit et instrumentum quo possem per vniuersam ipsius ac Cesaris ditione⟨m⟩ proficisci immunis a vectigalibus. Etiam Luteranis displicuit abitus meus, sed non habebant ansam retinendi mei.

Mutaui sedem magno metu, sed nullo discrimine. Nam magistratus Friburgensis ex commendatione Regis Ferdinandi dedit mihi domum plane regiam, Maximiliano extructam; et coelum reperio tam amicum vt non aliud expertus sim amicius. Nunquam valui melius multis annis.

Antonius Fuccarus misit cum litteris centum florenos aureos pro viatico, et totidem quotannis, vt venirem Augustam Vindelicorum. Egi gratias et concessi Friburgum Brisgoiae; quod et vicinum esset et ditionis Ferdinandicae. Nec vllius rei me minus poenituit. Fuccarus tamen misit poculum inauratum dono perquam elegans. Belle habeo si non exoriatur bellum. Inter istos frigidos amicos et calidos obtrectatores quid sperem non intelligo.

Haec fac vt sciant amici qui lacrymis perdunt oculos suos. Sub Calendas Septembr. fortasse mittam famulum proprium, quando video de pensionibus rem non agi vt volo. Interim bene vale cum tibi charissimis.

De conuentu mulierum et hic audiuimus. Arbitror somnium esse. Cesarem aiunt esse Ianuae, nec vllam prae se fert spem pacis.

Datum Friburgi Brisgoe. 3. Id. Iulias. 1529.

Erasmus Rot. mea manu.

Ornatissimo viro Erasmo Scheto, negociatori. Antwerpiae.

^{2183}2194$_{2199}$ FROM BONIFACE AMERBACH.

Basle MS. C. VI^{a}. 73. 61. Basle.
13 July 1529.

[An autograph rough-draft, well written till near the end, but then very rapid, evidently because Boniface had decided that he must write it over again. He had already made four drafts of it on f. 101 r° and v^{o} (Ep. 2187).

In spite of the long interval this appears to answer Ep. 2183: in continuation of Ep. 2187.]

10. plebs *α*: ples *β*. 15. Caesaris *β*. ditione *αβ*. 16. Lutheranis *β*. 21. sim *α*: sum *β*. 23. misit *α*: pro misit *β*. 36. Caesarem *β*. 37. Brisgoiae *β*. Idus *β*. Anno 1529 *β*. 38. subscripsi *post* manu *add. Erasmus in β*. 39. Ornatissimo *α*: Honorabili *β*. negociatori *β*: *in α videtur deletum esse.*

10. armata plebs] See Ep. 2101. 31n.
12. Pascha] 28 March 1529.
14. Ferdinandi] See Epp. 2090 introd., 2145. 30–33.
20. domum] See Ep. 2112. 15n.
21–2. Nunquam ... melius] Cf. Ep. 2275.
23. litteris] Not extant: answered by Ep. 2192.
27. poculum] See Ep. 2192. 58n.
28. bellum] For this fear cf. Epp. 2196. 159, 2199. 2.
29. calidos] Cf. Ep. 2188. 153.
36. Cesarem] This rumour was incorrect. Charles did not sail from Barcelona till 28 July; he landed at Genoa on 12 Aug. (Ep. 2208. 41n).

S. Iam propemodum mensis est, Erasme clariss., cum iter ad vos instituo. Verum cunctatione Senatus fit vt quando hoc ingressurus sim, certo scire non possim. Eamque ob causam Hieronymo Frobenio istuc proficiscenti pecuniam tibi numerandam reddidi; gratiam eius rei in celeritate futuram ratus, sique diutius inter manus meas non haereat. Caue autem, mi Erasme, quoties tibi morigerandum est, me quicquam detrectaturum suspiceris: tantum abest vt vulgaribus hoc genus translaticiisque officiolis, quale esset in pecunia ad te deferenda, grauari possim. Nihil tibi non debeo, nihil non libenter praesente animo facturus sum. Si tarda hec tibi celeritas videbitur, vt eam pro solita tua humanitate boni consulas, te etiam atque etiam rogo. Bene vale, Erasme opt. Glareanum salutato.

Basileae III Eid. Iul. Anno M D XXIX.

Alciatus noster te plurimum litteris saluere iubet. Nunc ludum aperuit apud Bituriges, annuo DC. coronatorum salario conductus.

2195. To John Choler.

Opus Epistolarum p. 998. Freiburg.
N. p. 935: Lond. xxiv. 11: LB. 1065. 14 July 1529.

[Between the migration to Freiburg and the publication of H.
John Koler or Choler is found as provost of Passau in 1508 and 1517. In Nov. 1512, being then Decretorum doctor and canon of St. Maurice's at Augsburg, he became provost of Chur, and announced to the Chapter his intention to reside there; but from at least 1524 his life seems to have been spent wholly at Augsburg. There he was intimate with Ant. Fugger, whose invitations to Erasmus he warmly seconded. He was a friend too of Peutinger, to whom he lent MSS. from Chur, and who in 1531 wished to dedicate to him some *Collectiones aduersus Anabaptistas*; and of O. Luscinius (Ep. 302. 16n), who mentions him with praise in two books of 1524, *Ioci ac sales* no. 115 and *Scrupi Psalterii*, the latter dedicated to him (Schmidt ii. 197, 416–17). Aeg. Rem dedicated to him an edition of Agathias' *De bello Gothorum*, Augsburg, Grimm and Wirsung, 1519. Between $152\frac{7}{8}$ and 1535 he was writing to Nausea (NE. 51, 54, 68, 151); and 1533–6 to Vigl. Zuichemus (Brussels MS. II. 1040^{1}, f. 60, and VZE). With Erasmus he maintained an animated correspondence from now until 1535. In 1529 he was appointed vicar-general to the Bishop of Chur: see J. G. Mayer, *Gesch. d. Bistums Chur*, 1914, ii. 86. In 1534 B. Amantius acknowledges the contributions given by him for *Inscriptiones sacrosanctae vetustatis*, printed at Ingolstadt. In Jan. 1536 when the Chapter of St. Maurice's left Augsburg because of the Reformation, Choler with some of the canons and vicars remained behind and took the oaths as citizens: see F. Roth, *Augsburgs Reformationsgesch.*, 1904, ii. 316.

1. iter] See Ep. 2202 introd.

2. cunctatione Senatus] in settling the terms of Boniface's appointment under the new conditions; cf. Ep. 2180. 18–21.

4. pecuniam] Cf. Ep. 2183. 7–9. One of the drafts on f. 101 v° begins, 'Hieronymo Frobenio pecuniam a se receptam tibi numerandam reddidi.'

15. Alciatus] He had left Avignon in March (Ep. 1250 introd.; cf. his letter to Calvus, 3 Sept. 1530, in *M. Gudii Epistolae*, 1697, p. 106); and on 7 May 1529 wrote to Boniface from Bourges (Basle MS. G. II. 14, f. 73): 'Si Erasmus adest, meo illi nomine salutem dices, quamuis eius consilium non improbem se istinc proripientis; non enim inter μαινομένην plebeculam, opinor, satis tutus esset. Adde quod inuidi, quos sane multos tantus vir habet, iam incipiunt calumniari non sine eius consilio ea fieri: quorum aliquos hic confutaui, ostensis tuis literis. Vide quid non moliatur ἄτη.' For his life at Bourges and his departure cf. Epp. 2210, 2219.

His later life is uncertain. A. P. Gassarus (1505–77, resident in Augsburg from 1546) records that he married in 1537 and resigned his provostship at Chur; and C. M. Tuor, *Domherren in Chur*, 1905, p. 19, states that he died in 1541. But an autograph letter of Xystus Birkius Betuleius to Bon. Amerbach from Augsburg, 21 March 1536 (Basle MS. G. II. 15, f. 207), says that Choler had died a few days before. Some original documents shown to us on 5 Sept. 1926 by Dr. Batalla, keeper of the Episcopal Archives at Chur, state that on 5 July 1537 Paul III conferred on another the provostship vacant 'per liberam resignationem dilecti filii Iohannis Choler'.
See Horawitz i, pp. 33–5, EE and Peut. E.]

ERASMVS ROT. IOANNI CHOLERO, PRAEPOSITO CVRIENSI, S. D.

TANTO affectu tantaque facundia, vir ornatissime, mihi depraedicas animum ac benignitatem Antonii Fuggari, vt si mihi antehac nullis fuisset officiis commendatus, potuerim tuis e litteris magnam beneuolentiam erga illum concipere: nunc quum et omnium qui illum norunt miro consensu praedicetur omnium bonorum amore dignissimus, et ipse se mihi iam non litteris tantum amantissime scriptis verum etiam muneribus non sordidis abunde commendarit, nihil erat quod tuae litterae possent meae erga illum beneuolentiae adiungere. Quas tamen ne vel mihi parum gratas vel frustra scriptas existimes, scito mihi vel hoc nomine fuisse longe gratissimas, nec mediocrem attulisse fructum, quod per eas didici me vno amico, nec eo vulgari, beatiorem esse quam putaram. Quid enim illa epistola modestius, candidius, amicius fingi potest, quae quum nihil omittat, nihil non copiose grauiterque disserat, tamen spirat aliquid affectus eximii, quod oratione consequi non potueris: quae res mihi plenissimam facit fidem, te nihil non ex animo syncerissimo scribere. Loquax enim res est vulgaris amor, ingens minus eloquitur quam sentit.

Quare ad duas epistolae tuae partes non sum responsurus. Quarum altera luculentis sane verbis amplificas Antonii Fuggari singularem in me beneuolentiam; non enim potes vllam tam magnificam illius imaginem mihi tuo calamo depingere, quin ego magnificentiorem ideam animo conceperim. Altera, manu largissima, mirificas laudes in me congeris, quae mihi nihil omnino persuadent nisi te virum esse singulari candore praeditum, nostrique praeter modum amantem: quo necesse est vt me tibi fatear etiam deuinctiorem.

Quod scribis tibi deprehensum e litterariis monumentis meis ingenium meum libertatis et quietis auidum, non falleris, vir egregie, coniectura. Hanc amasiam semper vnice dilexi, pertinaciter amplexus sum, adeo vt frequenter totis pilea sarcinis redemerim. Nec enim semel sese nobis ostenderunt amplae spes dignitatum et opum. Sed quoties mecum subducebam rationem, aut negligendum honorem, aut cum libertate diuortium faciendum, illis malui nuncium remittere.

Iam facile credo quae tu multa et praeclara de ciuitate Augusta commemoras, licet alioqui mihi suspectus esse posses testis, vt

2. Fuggari] See Ep. 2145.
3. litteris] Not extant.
31–2. redemerim] Cf. Mart. 2. 68. 4; of a slave buying the cap of freedom with all that he had.
32. amplae spes] Cf. Epp. 296. 98–142, 809. 127–137, 1409. 5–7, 2029. 95–8, 2037. 273n.

aiunt, domesticus; propterea quod iam olim publicus rumor hoc nobis persuasit, Augustam Vindelicorum inter nobiles Germaniae ciuitates esse praecipuam, nec diuersa praedicat Luscinius noster. Illud vix credibile est, isthic neminem esse qui mihi molestus futurus sit. Haud enim scio an hoc detur Insulis Fortunatis. Nec adeo sum delicatus vt nihil molesti perpeti queam. Quod autem te non latet vitae meae ratio, nec aetas, nec quassa valetudo non solum immensis studiorum laboribus verum etiam calculo, denique ipsa etiam senectute quae per se morbus est et grauis et insanabilis, deterres me, mi Cholere, ne longo itineri nouoque coelo corpusculum hoc committam. Χαλεπὸν γεράνδρυον μεταφυτεύειν· certe visendi gratia isthuc proficisci non est ratio.

Porro, literis tuis adeo non sum offensus, vt tibi habeam plurimam gratiam, qui libere nulloque fuco tuam perscripseris sententiam. Etenim quemadmodum ipse sum natura simplex, ita liberis ingeniis vnice delector. Hactenus nihil est quod querar de nomine huius Ἐλευθεροπόλεως· mihi sane fuit hactenus quod dicitur. Veruntamen vt caeci maxime dicuntur capi rebus videntium, ita ego pusillus semper magnis aedificiis et vrbibus sum delectatus; quumque raro pedem efferam cubiculo, tamen in ciuitatibus frequentissimis viuere gaudeo. Hic est naturae sensus, cui tamen non omnino deest ratio. In illis pauciora sunt ruris vestigia, et paratior rerum bonarum copia. Denique in magna hominum turba facilius est inuenire probos amicos quam in raritate. Cupio te quam optime valere.

Datum Friburgi, pridie Idus Iulias, Anno M.D.XXIX.

2196. To Willibald Pirckheimer.

Opus Epistolarum p. 995. — Freiburg.
N. p. 932: Lond. xxiv. 10: LB. 1066. — 15 July 1529.
P. p. 286: O[2]. p. 209.

[In sequence with Ep. 2158: the year-date needs no confirmation. For simplification of the sigla the text of P (followed by O[2]) with its unimportant variants is placed at the end.]

ERASMVS ROT. BILIBALDO PERCKHEMERO S. D.

Magnam voluptatem attulit mihi epistola tua, Bilibalde, tam alacris ac gestiens; declarat enim tibi a podagra et calculo ferias esse: quod vtinam sit perpetuum! Quod mihi gratularis elapso, tu quidem et amanter facis nec sine causa. Vt enim nihil fuerit periculi Basileae, certe Friburgi magistratus me summa cum humanitate excepit. Coelum autem comperio tam amicum meo corpusculo vt hic propemodum videar repubescere. At antea mihi persuasum erat hic Iouem esse tristem et incommodum, semper nubilum ac nebulosum. Et habuimus sane coelum iam diu prodigiose pluuium; qua de re tetrasticho lusimus:

2196. TIT. *H* (BERCKHEMERO *N*[13]: BERKHEMERO *N*[2]: PIRCKHEIMERO *LB*: BIRCKHEIMERO *P*): BILIBALDO SVO ERASMVS S.P. *O*[2].

2195. 40. Luscinius] See Ep. 2166. 10n.

46. calculo] Cf. Ep. 2260. 316n.

48. γεράνδρυον] See Ep. 2145. 21n.

2196. 1. epistola] Not extant: no doubt answering Ep. 2158.

Obsecro, quid sibi vult, ingens quod ab aethere nymbus
  Noctes atque dies sic sine fine ruit?
Terrigenae quoniam nolunt sua crimina flere,
  Coelum pro nobis soluitur in lacrymas.

Verum hoc incommodum huius regionis non est proprium. Basileae torrens quidam qui sub terra labebatur, subito erumpens tantam inuexit calamitatem, vt negent iacturam centum milibus ducatorum sarciri posse. Tamen hoc quoque coelo sat commoda valetudine sumus. Caeterum quemadmodum gaudemus discessisse, ita vehementer inuiti discedebamus.

Ante annos quindecim coepi cum ea ciuitate habere commercium, quam toties e Brabantia recurrens inuisi; denique annos ferme octo perpetuo illius hospitio sum vsus, commodo sane bonoque. Ibi Ioannes Frobenius obtigerat amicus; quo synceriorem ne optare quidem a superis poteram. Nec alius erat in me totius familiae animus: vnde et mea erga liberos beneuolentia nihil illius morte est imminuta. Proinde ciuitatem illam propemodum adoptaram in patriae locum. Nec ego, nisi fallor, illi fui grauis aut incommodus hospes: id quod nauim ingressurus tetrasticho sum testatus, quod aureus ille Bonifacius Amerbachius, qui profectionis fuit comes, suis tabellis excepit. Est autem plane nauticum, si libet audire:

Iam Basilea vale, qua non vrbs altera multis
  Annis exhibuit gratius hospitium.
Hinc precor omnia laeta tibi, simul illud, Erasmo
  Hospes vti ne vnquam tristior adueniat.

Certe arbitror in ea ciuitate neminem esse cui sit quod iure de me queri possit.

Prius quam Lutheranismus eo demigrarat, eram et ecclesiasticis et magistratui et populo gratiosus. Mox vbi perspexerunt a me nunquam impetratum iri vt me tumultuoso negocio comitem praeberem, nedum ducem, sordidi quidam et intemperantiores coeperunt obgannire; tandem epistolis, picturis ac libellis incessere. Id facile deuoratum est. Nec aliud illi profecerunt, nisi quod quo vehementius adnitebantur vt me vel inuitum in factionem propellerent, tanto magis abhorreret animus. Tales enim vidi mores, vt etiam si minus displicuissent dogmata, non placuisset tamen cum huiusmodi foedus inire.

Quum perspicerem rem paulatim ad summa tendere, iamque vix inuidiam principum et obtrectatorum apud meos sustinerem, qui iactitabant me non tot annos in ea ciuitate commoraturum fuisse, nisi tacitus probarem quae illic gererentur; subinde abiturientem me nunc remorabantur orsa, quae, nisi adessem, absolui non poterant; nunc alia quaedam alligabant. Sed in primis periculum ne mihi perniciosum esset si nidum satis commodum,

18. *HO*[2]: sarcire *P*. 28. nisi *H Lond.*: ni *N*[3]*P*. 30. Ammerbachius *P*.

16. torrens] the Birsig: see Ep. 2180. 11n.

43. picturis] Cf. Ep. 1523. 4n.

libellis] For Farel's attacks in 1524 see Epp. 1496, 1508, 1510.

50. principum] Cf. l. 103; and see Oecolampadius' letter of 11 April quoted on p. 134.

cui tot annis assueuissem, magno salutis discrimine relinquerem. Sola enim vita recuperari non potest semel amissa. Caeterum vbi publicitus omnia templa cessissent ei factioni cui me nunquam volui addicere, et sublatis aris saeuitum esset in statuas ac picturas; tum nihilo secius his peractis identidem noui quippiam exoriretur, resque videretur spectare ad seditionem; statui vertere solum, vtcunque cederet profectio. Huc quum me magis etiam animaret Ferdinandi Regis voluntas, qui tum Spirensi consilio praesidebat, nonnihil etiam extimulabant quaedam non satis auspicata praesagia. Nunc stolidus ille Thraso minitabatur iudicia, nunc alter ille viperinus simile quippiam moliebatur; quumque nihil haberent quod obiicerent, tamen amicos videbam sollicitos ne vel optimam causam sub talibus iudicibus perderem, quibus vtcunque dedisse ansam satis erat futurum.

Ergo quum staret sententia discedere Basilea, consultatum est vtrum furtim subducerem me an palam excederem. Alterum erat tutius, alterum honestius. Nos honestum tuto praetulimus. Iam praemiseram duo plaustra scriniis et sarcinis onusta: nam id clam fieri non potuit. Postridie nunciatum est mihi ecclesiastas omnes mihi vehementer infensos duabus de causis. Altera quod aditurus hortum Frobenianum, ipsis conspectis, deflexissem ad dextram, ore veste obturato, quasi gestu significarem abominationem: quum os texerim ob ventos incommodos, qui admissi solent interdum dentium cruciatus gignere; et ad dextram ex more deflexerim, quod altera via esset vt angusta, ita excrementorum foetoribus molesta. Altera quod in colloquio Cyclope notaram quendam praelongo naso, qui ouem gestaret in capite, vulpem in pectore. Is iocus quum tortus esset in vnum ex amanuensibus meis, qui sat bene nasatus, pileo ouillo vteretur (nam tale pileum gestare Oecolampadium nunquam audieram); existimabant eo notatum Oecolampadium.

Ab his igitur ne quid forte mihi moueretur tragoediae, praesertim rebus ad eum modum exulceratis, per literas excusaui me paucis Oecolampadio, inuitans etiam ad colloquium, si pluribus vellet mecum agere. Is nihil contatus venit, eique facile satisfeci; negabat enim se fuisse offensum. Quod ad amicitiam attinebat, negaui me vnquam inimico in illum fuisse animo, nisi quod in dogmatibus quibusdam dissentirem. Tandem coepit suadere ne discederem; ad eam rem quum multis argumentis vteretur, interrupi sermonem, 'Frustra' inquam, 'hic disertus esse laboras. Nam iam discessi praemissa tota supellectile, etiam cum pecuniis.' Egit deinde ne discederem nunquam redi-

63. *HN*^{3}*P*: concilio *N*^{2} *Lond.* 64. stimulabant *P.* 74. Ecclesiastes *N.* 81. Cyclopē *P*: Cyclopem *O*^{2}. 90. contatus *H*: cunctatus *LB.* 96. suppellectili *P.* 97. deinde *om. P.*

59. saeuitum esset] See Ep. 2101. 31n.
65. Thraso] Eppendorff; see Ep. 2111. 28n.
66. alter ille] Carinus; see Ep. 2111. 28n.
76. hortum Frobenianum] Cf. Epp. 2141. 20, 2147. 21, 28.
81. Cyclope] See Ep. 2121. 4n.
83. vnum] Nic. Cannius.
88. literas] Ep. 2147.
96. praemissa] Cf. Ep. 2145. 29–30.

turus. Respondi me in proximum nidum euolaturum: id si succederet, obseruaturum quo me vocaret Deus.

Postridie Tribunus arripit Beatum Rhenanum. Rogauit num verus esset rumor me demigrare: ait esse verissimum. Sciscitatus est num qua re offensus discederem. 'Non arbitror', inquit, 'sed inuidiam principum ac theologorum diutius ferre non potest.' Aliaque multa dixit Tribunus, quae huc redibant omnia, ne discederem.

Conducta est nauis quae mecum aliquot veheret Neapolim, oppidum plus satis adamatum Rheno flumini. Nam caeteri terra faciebant iter equis, apud Neapolim occursuri.

Mihi, qui nec ciuis eram nec cuiquam vel publice vel priuatim obnoxius, cum nemine quicquam erat negocii; et habebam literas regias, quibus me ad se euocabat, si commode possem, tum diploma publicum quo per vniuersam Caesaris ac Ferdinandi ditionem iter facerem immunis. Et tamen nescio quid remorarum inuexerunt quidam, nunc hoc nunc illud causantes; mecum tamen nihil actum est. Visum est amicis et nautae vt soluerem, non iuxta pontem qui locus est frequentissimus vrbis, sed iuxta diuum Antonium, qui et ipse portus est ciuitatis publicus. Nauta semel atque iterum reuocatus est in Senatum, plus duabus horis consultatum est. Quid rei fuerit nescio. Illud certum est, nauta vetitus est aliunde soluere quam a ponte. Nauta respondit semper licuisse illic a quocunque portu publico soluere. Responsum est illi nunc non licere. Id quum nullius referret, videtur non aequo animo in me fuisse qui id vetuit.

Quid facerem? Parui magistratui, et a ponte solui, meque populo spectandum aliquamdiu praebui. Praeterea nihil accidit molesti. Reliqua omnia fuere prosperrima, nec multis annis vllius rei me minus poenituit quam relictae Basileae. Discessi autem non modo summo cum dolore amicorum, verum etiam eorum qui fauent nouis rebus, si qui sunt inter eos paulo cordatiores. Sic abire malui quam plerisque gaudentibus.

Hic nihil adhuc accidit non ex animi mei sententia. Itaque patera tua sane quam eleganti, quam dono misisti, libauimus σωτῆρι Χριστῷ, non tertium, vt habet prouerbium, sed primum, secundum et vltimum: siquidem is est heri et hodie, idem et in

98. si *H*: in *P*: ni *LB* O^2. 110. tum *H*: dum *P*. 130. accidit adhuc *P*. 133. et *post* idem *om. P*.

104. Tribunus] The volume of N^3 mentioned in Ep. 2112. 57n has the following note in the margin here: 'D. Iacobus Meierus, mox consul'. Cf. Ep. 2158. 64.

105. Neapolim] Neuenburg; see Ep. 2183. 9n.

106. Rheno] At intervals it has wrought havoc at Neuenburg; and it is still a danger.

109–10. literas regias] See Epp. 2090 introd., 2158. 44, 2209. 38–9.

115–16. diuum Antonium] The chapel of the Antonierherren, an order founded in xi^{c} to combat typhus, and already established at Basle in 1304. The chapel stood on the left bank of the Rhine, in the Johannvorstadt, below the bridge; near the modern Johanniterbrücke. See D. A. Fechter, *Basel im vierzehnten Jahrhundert*, 1856, p. 127.

131. patera] The list of Erasmus' property, 10 April 1534 (Major p. 42), mentions: 'Patera intus inaurata in medio habens Terminum, munus Bilibaldi'. See also l. 136.

132. tertium] See *Adag.* 1805.

secula. Munus scito mihi fuisse gratissimum, vtpote ab animo profectum qui posset etiam vitreo munusculo gemmarum precium addere. Terminus insculptus admonebit me non procul abesse diem supremum. Et annulus pridem missus quotidie refricat mihi Bilibaldi mei memoriam. Tametsi altius infixus est animo nostro Bilibaldus quam vt eius generis mnemosynis sit opus.

Ante paucos dies, praeter omnem expectationem, vir egregius Antonius Fuggarus dono miserat poculum mira forma et pulcherrime inauratum, nihil praeterea non offerens et humanitatis et benignitatis, si voluissem Augustam demigrare; ac, ne causari possem de viatico, designauit vnde Basileae centum florenos aureos acciperem. Video, mi Bilibalde, non omnes esse Sutores, Beddas, Leos et Stunicas. Ac plane malueram in celebri ciuitate vitam agere, vbi nihil non reperiatur; sed quidam apud me infamarunt coelum Augustanum, et tam male tum de meipso sentiebam, vt vix sperarem corpusculum hoc dimidiati diei equitationem laturum. At illa profuit etiam.

In Brabantiam crebris amicorum litteris reuocor, coelum ac terram obtestantium quod alienas regiones illustrans—sic enim loquuntur—solam patriam nullo digner honore. Et sane magis decebat in patria consenescere. Sed quoties succurrit illius aulae frigus, praesertim quum de numerando agitur, quoties meo cum animo reputo quas digladiationes illic multis annis cum monstris quibusdam pertulerim, minus me taedet exilii. Vbi bene es, ibi patria est, habet prouerbium. Libebit saltem ad annum hoc tam amico coelo frui, nisi nos Mauors hinc propulerit. Scis quanto impetu nuper procursum sit ad arma. Acies ferro ac machinis instructae minimo spacio dirimebantur: feruntur fuisse viginti milia. Sed musca non periit. Tantum cerasorum magna fuit strages. O bellum incruentum, et, vt Graeci dicunt, ἄδακρυς πόλεμος!

De actis Spirensis Consilii nec admodum fui curiosus vt scirem, et si sciam, praestaret Harpocratem agere. Cum Ioanne Fabro semel hic duntaxat sum colloquutus. Ex eius oratione diuinaui nonnihil: quod vtinam bene vertat, vanumque sit hic animi mei praesagium! De conciliandis regum animis, quae res tot annis florentissimas reip. Christianae partes, Italiam et Galliam, misere perdit, nihil bonae spei ostendunt amicorum litterae: quin potius significant ad veteres monarcharum iras quotidie nouas accrescere, tantum abest vt simultatem posituri videantur; quum nullum verius sit argumentum sublimis animi, quam quasdam

135. munusculo *HN*^{2} *LB*: musculo *N*^{1} *Lond.* 141. Fuggerus *N.* 148. me ipse *P.* 149. *HO*^{2}: sentiebant *P.* 154. consenescere *H*: senescere *N.* 156. multis illic *P.* 165. concilii *N.*

137. annulus] See Ep. 1558. 14.
141. poculum] See Ep. 2192. 58n.
151. In Brabantiam] Cf. Epp. 2115, 2159. 1–3.
157. Vbi bene] Cf. Ep. 2159. 21–2.
159. Mauors] Cf. Epp. 2168. 33–4, 2193. 28, 2199. 2.
160. ad arma] for the 'first Kappel war'; see Ep. 2173. 30n. It was concluded by a bloodless peace on 25 June: cf. Zw. E^2. 866.
165. Consilii] See Ep. 2107. 1n.
166. Fabro] For his visit to Freiburg on 23 May cf. Ep. 2158. 88n.

iniurias negligere, quasdam ignoscere, et, si non promeretur is qui laesit, certe reip⟨ublicae⟩ condonare. Quid enim fieret de nobis, si Deus, rerum omnium verissimus monarcha, semel offensus nesciret iram ponere? Iam tot annis nulla fere Europae pars vacat a tumultu, nec adhuc quicquam video praeter belli praeludia. Fortassis hi rerum motus haud quaquam inutiles sunt Hispanis militibus. Verum quid facias? Haec est rerum humanarum natura; sursum deorsum voluuntur ac reuoluuntur in morem Euripi.

Zasium plane beasti missis Digestorum libris. Non enim aliter exiliit gestiitque gaudio quam si regnum obtigisset. Caeterum vt illi non inuideo munus, ita vereor ne nobis tanta felicitate sit factus aliquanto ferocior. Miserat mihi coenanti litteras tuas, indicans esse properandum. Exemi syngrapham Germanicam eique misi, duobus verbis rogans rem suo curaret arbitratu meis impendiis. Post biduum misit pateram; dedi puero asses duos, ac meis litteris quibus illi gratias agebam, inclusi coronatulum in viatici rationem. Ac ne dolo dicam, nonnihil metuebam litigatricem epistolam, sed non tam atrocem. Remisit aureum inclusum litteris, in quibus videbatur me vocaturus in ius, nisi hoc honoris haberet cliens suo patrono—nosti hominis immodicam modestiam. Negat sibi toto anno quicquam grauius aut magis inuisum accidisse, et meam liberalitatem appellat insolentem. Mirabantur, vt ait, conuiuae tam stupendam liberalitatem; ipse non stupebat modo verum etiam expauescebat tantum proluuium. Negat illic amicitiam esse synceram posse vbi nummus mercator non patitur gratuita esse officia. Quumque me Zasius ante multos annos et multis et magnis officiis onerarit, quibus ne micam quidem gratiae rependi vnquam, nec in me tantum fuerit gratis officiosus, sed in alios quoque vel noticia mei commendatos; tamen sua officia sic extenuat, sic deiicit, vt assis non aestimet. Postremo numina iurat, ac per Principis salutem deierat, se quadrantem a me non recepturum. Hanc causam mira copia parique vehementia sic agit, vt non ausus sim cum homine tam iurisconsulto tamque diserto experiri. Cessi causa, litemque cum aduersario composui.

Extra iocum, mi Bilibalde, nihil adhuc vidi in Germania quod aeque sim admiratus atque huius viri ingenium. Non est candidus in amicos, sed ipse candor. Corpore consenescit, sed vix credas quam adhuc totus vigeat animus; nihil decessit iudicio, nihil memoriae. Orationem vero sic ex tempore bonis verbis

177. omnium rerum *P*. 184. libris Digestorum *P*. 201. Quumque *H*: Quamque *P*: Quamquā *O*².

181. Hispanis militibus] now engaged in many parts of Europe. For the martial character of the nation cf. Ep. 337. 177–8, and the *Moria* (LB. iv. 448E).

184. Digestorum] The new edition by Greg. Haloander, Nuremberg, Jo. Petreius, 1–8 April 1529; in 3 vols. 4°, paged continuously to 2400. Cf. ZE. 225, to Pirckheimer, 28 April 1530; in which Zasius mentions the gift with gratitude.

188. syngrapham] Apparently some form of paper money.

191. coronatulum] The use of the diminutive is deprecatory, to suggest that the sum was not large.

201. mercator] An adjectival use.

bonisque sententiis, nec id sine lepore, scatentem, nec in Italo quoquam adhuc animaduerti. Adde huc morum vere Christianam synceritatem. Nullus ab illius colloquio discedit non ad pietatem inflammatior. Quidam qui nihil aliud sunt quam numeri, et fruges consumere nati, cornicum viuacitatem superant. Hic vir prorsus est immortalitate dignus. Verum quo minus saepe liceat illius optatissima consuetudine frui, illud in causa est, quod quum ille surdaster sit, ego sum parum vocalis: vt nihil est in rebus humanis cui non aliquid admisceat incommodi Nemesis illa. Dominus te quam diutissime nobis seruet incolumem, ornatissime Bilibalde. Datum Friburgi. Id. Iuliis, Anno millesimo quingentesimo vigesimo nono.

2197. From Levinus Ammonius.

Breslau MS. Rehd. 254. 9 (β). Bois-St.-Martin.
Besançon MS. 599, p. 244 (α). 15 July 1529.
EE². 75.

[There are two autograph MSS.: the copy in Levinus' letter-book at Besançon (see Ep. 1463), which represents the original draft; and the fair copy made and dispatched to Erasmus, after being polished and enlarged in transcription. The text of the fair copy (β) is given here, as being final; but the text of the draft is labelled α to show its priority in composition.

Comparison of the two shows that though in important letters (cf. Epp. 1526, 1864) there might be little variance between draft and fair copy, in familiar correspondence the copy dispatched might be considerably amplified; especially in postscripts (cf. Epp. 2098 introd., 2250. 2–3), which it was easy to add to a letter at any time while it was awaiting a carrier.

The year-date needs no confirmation. Erasmus' answer is not extant, but probably was dated 8 Sept.: see Ep. 2258. 2.]

LIVINVS AMMONIVS D. ERASMO ROTERODAMO, THEOLOGO SYNCERISSIMO, SALVTEM DICIT PLVRIMAM.

Iampridem litteras dedi plus satis vereor loquaces, optime Erasme, praesertim ad te, tam iniquis laboribus oneratum et tam insanis Euangelicorum (quo sese nomine venditant) tumultibus et seditionibus circunsessum. Quanquam tumultus illos paulo postea cognouimus exortos quam hasce literas ad te dederam. Ad quorum equidem tumultuum primum statim rumorem, metu ne quam grauiorem inter illos adires calamitatem, ita animo concidi vt pene fuerim exanimatus. Paulo tamen postea resumptis animis et solita erga Christum fiducia Patrem nostrum coelestem precaturus adii, ne te sineret in seditiosorum manus incidere. Atque vtinam vel nunc optatus mihi nuncius veniat, eo te extra teli iactum concessisse, quo deploratorum hominum malitiosa consilia nequeant peruenire! Non enim possum pro te non esse solicitus, quod mihi persuasum sit cum omnium bonarum disciplinarum,

2196. 217. quoquam *N*: quoq; *H*. 2197. TIT. L. AM. *a*. 1. literas *a*. 10. manus seditiosorum *a*. 12. maliciosa *a*.

2196. 216. in Italo] For such praise see also Epp. 2157. 103–4, 2209. 162.

2197. 1. litteras] Ep. 2082; cf. its l. 407.

3. tumultibus] See Epp. 2097. 2n, 2101. 31n.

tum syncerioris theologiae studium et prouectum in te vno pariter periclitari.

Caeterum vt tam prolixe scriberem, partim immodicus amor tui me inuitauit—videbar enim mihi tantum non praesens cum praesente coram fabulari—, partim huc induxit Caroli nostri Vtenhouii nescio quam vera asseueratio, per omnia sacra propemodum deierantis pergratum tibi fore si vel crebro scriberem. Id quod equidem illum non tam idcirco credebam ex animo dicere, quod mihi persuaderem litteras tibi meas oblectationi esse, quam quod precabatur vt in ipsis apud te sui facerem mentionem. Non enim potui animum inducere vt haec precaturum fuisse crederem, si non aliquo pacto gratum tibi fuisse meum erga te sensisset officium, vt animum certe et conatum non omnino contemnendum duceres, si te minus eruditio delectaret.

Has autem ego litteras cum aliis quae mihi tum simul videbantur mittenda, tunicula diligenter conuestitas funiculisque colligatas ac duobus impressis signaculis obsignatas, vti iusseras, ad Erasmum Schetum misi citra omnem intercipiendi suspicionem tuto tibi reddendas; quem vtique virum bona fide crediderim suo esse perfunctum officio. Nihil enim profecto minus volebam quam vt abs te modo quolibet aberrarent. Imo tantum abest vt horum quippiam voluerim ad alterius cuiuslibet praeter te notitiam peruenire, vt ne familiares quidem et domestici mei sciant hactenus me tibi quicquam scripsisse, multo minus quid scripserim.

Caeterum postea quam datae fuerant, suppoenitere me coepit quod responsionis tibi gratiam fecissem (quod tamen ipsum animo perquam syncero feceram), ne taedio legendi nostra taedium rescribendi plus satis occupato tibi superadderem: sed tamen poenitere coepit, quod alioqui scire non possum redditaene fuerint. Praeterea veniebat in mentem mihi quam vasta simus intercapedine dissiti, quam multae obiter malorum insidiae, quamque non pauci sint quibus ad malefaciendum praeter vnam occasionem desit nihil. Et id genus erant pleraque; vt eorum praeterquam in schedis omnino nihil apud me reliqui fuerit, quo possem (si quis tandem hoc esset animo) maleficium refellere. Sed plane diffidere nequeo fuisse tibi redditas in manum, nimirum fretus cum tua pollicitatione qua mihi scripseras, quicquid ad hunc tabellarium mitterem, fore vt ad te tuto perueniret, tum ipsius Scheti fide. Sed tamen vt vt est, multo certius id me tua responsio quantumlibet breuis docuisset. Videsne quanta me teneat animi solicitudo?

Tu vero, optime Erasme, quam honorifice mei in illa aepistola typis

19. coram *add.* β. α: Coroli β. 23. literas α. 27. contemnendum duceres β: contemneres α. 29. literas α. 34. perfunctum esse α. profecto *add.* β. 37. et domestici quidem α. 38–9. hactenus . . . scripserim β: quid scripserim Atque vt mirabilius aliquid dicam, sed tamen verum, plerique nostrorum etiam me scripsisse tibi prorsus ignorant α. 44. non possum β: nequirem α. 57. optime β: mi α. illa *ante* epistola α.

30. funiculis] Cf. Epp. 2160. 1, 2229. 3.

31. vti iusseras] Ep. 2062. 16–18.

57. in epistola] Ep. 2093. 80–81.

excusa meministi, quae libello sane quam eleganti Graeco Chrysostomi praefixa, ad Carolum nostrum data est! Id ego sic interpretor factum, perinde atque aurem mihi vellas, cuiusmodi velis esse Ammonium. Atque vtinam vere talis sim, vel quia tu esse dixeris! Habeo tibi gratiam quantam possum maximam, partim pro tanta beneuolentiae testificatione, partim pro libello vere aureo quem dedicasti quidem Vtenhouio nostro nominatim, caeterum nobis omnibus aedidisti. Libet audire quid effeceris hoc libello? Iritasti famem; vtinam liceat de mensa tam opulenta saturari!

Caeterum e catalogo nominum in epistola tua vnum nobis mors abstulit, Antonium Clauam, qui desiit esse mortalis pridie Calendas Iunias huius anni 1529. Is mihi discedens sui μνημόσυνον testamento reliquit Graeca tria volumina: Biblia, vt vocant, Herodotum tuum et Plutarchi Moralia. Reddat ei vicem Christus, precor; apud quem nunc, vti spes bona est, feliciter agit. Te quaeso, Erasme, vt, quando per occasionem licebit, nostri Clauae memineris. Viuet quidem semper ille in Epistolarum tuarum Farragine; sed contra vetus adagium, defuncti quoque memoriam percupio celebrari. Quin etiam, heu nimis ὠκύμορος, Ceratinus noster in communem abiit locum.

Sed satis de tristibus. Mirum quidem in modum mihi fuere voluptati lepidissimi ioci tui, in quibus mihi suauissime velut interquiescere videris, sed ii maxime tamen, quos de Anticomarita nostro commentus es. Hic ad satietatem risimus. Num existimas fore vt is homo, vel admonitus tam scite, pudore suffundatur? Per Musas, Erasme, non arbitror; tanta est frontis duricia. Optarim vt aliquando coram pluribus inter nos de illo.

Audio te vita rebusque saluis digressum Basilea nunc agere Friburgi; sic enim constanter afferunt. Caeterum ego ita existimo

58–9. quae libello . . . Id ego β: quam elegantissimo libello Chrysostomi Graeco praefixam Carolo nostro scripsisti. Equidem α. 60. factum . . . velis esse β: vt admonitus sim qualem velis α. 61–2. dixeris esse α. 62. quantam β: sane quam α. 65. Libet . . . 68. nominum β: E catalogo autem nominum illorum α. 70. huius *add.* β. 70–71. sui . . . volumina β: Graeca volumina tria legauit α. 73. precor . . . 79. de tristibus *add.* β. 80. mihi . . . 81. videris β: interquiescere te video α. 82. Hic . . . 85. de illo *add.* β. 86. vita rebusque saluis β: , Erasme, saluis rebus et vita α.

---

69. Clauam] See Ep. 175. 10n.

71. reliquit] For Levinus' difficulty in getting the books from the executor see letters from him, 9 June and 2 Dec. 1529: Besançon MS. 599, pp. 231–2, 255–7.

Biblia] The Aldine; see Ep. 770.

72. Herodotum] See Ep. 841. 1n. Levinus had borrowed the volume from Clava in Oct. 1527, asking to be named as 'tertius haeres', but returned it in April 1528: Besançon MS. 599, pp. 156, 170–172.

Plutarchi Moralia] No doubt the Aldine Greek text, March 1509.

75. memineris] Erasmus complied with this wish in Ep. 2260. 39–47.

76. Farragine] of 1519; see vol. i, pp. 595, 600. Ep. 841 is the only letter to Clava which it contains: but Epp. 524, 530 appeared in the *Epistolae elegantes* (C[1]), 1517, which are dedicated to him. Possibly, therefore, the *Epistolae ad diuersos* (F), 1521, is intended here: cf. Epp. 1206, 1211 introdd.

77. Ceratinus] See Ep. 622. 31n. This rumour was false.

81. Anticomarita] See Ep. 2016. 55–6nn; and cf. the colloquy, *Synodus Grammaticorum*, first printed in March 1529 (LB. i. 824–6).

te circunspicere quodnam tutissimum tuae senectuti possit esse receptaculum, vbi postremum vitae mortalis actum, quem tamen feliciter prorogari cupimus, peragas; et fortassis aut Italiam aut certe Gallias animo destinasti. Ego vero tibi sum autor, optime Erasme, vt omnibus hominibus locisque aliis valere dicas et Gandauum te, quamprimum tuto possis, recipias. Offendes hic factam paucis annis magnam morum mutationem. Totus Flandriae Senatus ex animo tuus est teque fert in oculis. Bona pars monachorum a superstitionibus ad veram pietatem resipuit; et si qui supersunt vetustatis amatores, *φόβῳ ἡσυχίαν ἄγουσιν*. Hoc ausim asseuerare, nullam esse toto orbe Christiano ciuitatem in qua et tam synceriter Euangelium praedicetur et tam multos habeat Erasmus minime fucatos amicos. Nosti enim nostratium mores simulationis ignaros.

Quid ego tibi nunc dicam, Erasme, de vno Audomaro nostro Edingo? qui vel solus suffecerit animo tuo, homo ipsis quoque Gratiis gratiosior, qui tantum valet apud omneis ciueis gratia, vt nemo possit non amare quem ille sua iudicarit amicitia dignum. Is tibi tuisque vsibus totum sese quantus est suaque omnia non tam promittit quam defert. Si in ciuitate tibi placuerit habitatio, dabit operam non solum vt bene et honeste, sed etiam splendide maneas. Sin ruri, totam tibi in ditione sua domum, quam profecto praeclarissimam habet, vltro offert, vbi quietissime possis ab omnibus omnino tumultibus alienus philosophari. Est autem locus placide supinus, mille propemodum passus a monticulis hinc inde distans, coelo saluberrimo, scaturigine fontium camporumque virore, quaquauersum patet aspectus, peramoenus, plusculum semotus a cohabitatione caeterorum, ad philosophiam commodissimus. Domus ipsa in aeditiorem paulo caeteris cespitem substructa, in morem insulae circunstagnantibus aquis munitur; ad quam nisi per pontem, eumque solutilem, non patet accessus. Hic tibi in orientem verso a fronte erit Hieronymus Rufaltius, abbas diui Hadriani in Gerardimonte (sic appellatur ciuitas), homo tibi deditissimus; a tergo D. Franciscus Massemius,

88. senectuti tuae *α*. 89–90. quem . . . cupimus *add. β*. 91. certe *add. β*. autor sum *α*. 93. tuto possis *add. β*. 97. *φόβῳ . . . ἄγουσιν β*: metu silent *α*. 104. tantum *β*: vsque eo *α*. omnes *α*. 105. suo *α*. amicitia *β*: amore *α*. 106. sese totum *α*. 108. dabit operam *β*: curabit *α*. 114. camporumque . . . aspectus *add. β*. 117. circūstagnat *α*. 118. munitur *add. β*. quam *β*: ipsam vero *α*. 119. erit *β*: D. *α*. 120. Rufaltius *β*: Rufaultius erit *α*. 120–1. sic . . . deditissimus *add. β*.

103. Edingo] See Ep. 2060.

120. Rufaltius] In Cran. E. 41 introd. Prof. de Vocht has abundantly enlarged Ep. 1303. 54n. Jerome († 10 Nov. 1562 or 3: GC. iii. 390, v. 47) matriculated at Louvain on 28 Feb. 1517. He remained there till 1524 when he saw Vives' *Introd. ad Sapientiam* (Ep. 1296. 16n) through the press (Cran. E. 122). In April 1523 he became abbot of St. Hadrian's, in 1537 of St. Vaast's at Arras. Robt. Britannus dedicated to him a volume of *Epistolae*, Paris, G. Bossozelus, 1540. In the Besançon MS. 599, p. 175 is a letter of Levinus to him, asking for a catalogue of the St. Hadrian's library.

Gerardimonte] Grammont.

121. Massemius] Franc. of Mamines († 22 Aug. 1529), grand bailiff of Ghent, and, as such, sent by the governor of Flanders to welcome Henry VIII on his arrival at Calais in 1513 (Henne ii. 12). He was a friend and patron of Levinus, whose transla-

eques nobilissimus et insignis baro, meus et omnium studiosorum peculiaris patronus. Deinde habebis me quoque leniter a tergo subsequentem; postremo totum sese effundet in ornando fouendoque te noster Edingus. Atque haec intra mille passus omnia. Caeterum de me, qualis amicus sum, malo praesens experiare. Profecto rusticana haec habitatio vel principi suffecerit ad delicias. Ditio ipsa Hasseletum dicitur; non cuias est ille Minorita male feriatus, Franciscus Titelmannus Louaniensis, sed longe alia; nequaquam enim tales ocio male vtentes progignit.

Sed ne rursus epistolae modum praeteream, facio finem, illud vnum iterum iterumque precatus, ne concedas alio quam Gandauum; non enim frustra tantopere hanc vrbem tuis laudibus ornasti. Cupit ipsa demonstrare quam id vere feceris.

Opto te bene valere in Christo, dilectissime Erasme: cuius gratia tecum sit semper.

E Sylua diui Martini Cartusiana Idibus Iulii. Anno 1529.

Retulit mihi quispiam opus De vocatione gentium, hactenus Ambrosii titulo citatum, in monasterio Septem fontium apud Bruxellam alium in fronte autorem praeferre. Caeterum nec ipse tametsi visum meminisse poterat in praesentia, nec mihi fuit ocium vestigandi. Si iubes, dabo operam vt sciamus. Vale rursus.

Pene fueram oblitus. Inter Annotatiunculas in Acta Apostolorum cap. 7, pag. 277, scripsi: 'In septuaginta quinque animabus). Hanc quaestionem diuus Hieronymus luculenter dissoluit in Quaestionibus Hebraicis etc.' Hoc nihil facit ad annotationem tuam, nec ad illam quaestionem quae illic mouetur, sed ad dissonantiam pertinet Scripturarum, qua in Gen⟨eseos⟩ cap. 46 et Exodi cap. 1, itemque Deuteronomii 10 de septuaginta tantum dicitur animabus, quum de septuaginta quinque loquatur Lucas. Haec cum delibarem per festinantiam e libri mei marginibus,

123. Atque hi duo tibi sunt deditissimi *post* patronus α. 125. Edingus β: Audomarus α. 126. quam vt ipse pluribus agam *post* experiare α. 130. nequaquam . . . vtentes β: Non enim tam ociosos α. 133–4. tuis laudibus ornasti β: commendasti α. 134. feceris id vere α. 135–6. cuius . . . semper *add.* β. 137. Sylua β: Sylua nostra α. Cartusiana *add.* β Anno *add.* β 138. Retulit . . . 157. Friburgi *add.* β.

tion of Chrysostom's *De prouidentia Dei* he caused to be printed: see pp. 166, 263 of the Besançon MS. 599, in which his name frequently occurs (pp. 5, 50, 55, 57–8, 62, 68). On pp. 187–9 is copied a letter of his dated 4 Sept. 1528, 'domi meae Aldenardi'. In a letter of 24 Aug. 1529 (pp. 254–5) Levinus describes graphically his sudden death from heart-failure at his castle of Herseghem, as he was riding back from the dedication of a church.

129. Titelmannus] See Ep. 1823.

134. ornasti] See Ep. 2093. 71–76; which was already in print.

138. De vocatione gentium] See Ep. 2190. 9n. J. Costerius in his edition, Basle, Episcopius, 1555, ascribed the treatise to Prosper of Aquitaine; Quesnellius, cited by the Benedictines, to Leo.

139. Septem fontium] A house of Austin Canons, founded c. 1380 in the Forêt de Soignes: see A. Sanderus, *Chorographia Brabantica*, ii, 1662.

145. cap. 7] 14.

pag. 277] In the *Annotationes* of Feb. 1527. In his next, and last, edition, March 1535, Erasmus inserted a new note, mentioning the point made here.

quae in vsum meum adnotaram, plane non satis hoc loco fui attentus. Quaeso te, mihi ignoscas pro tua humanitate. Bene vale tertio.

Optimo in Christo patri D. Erasmo Roterodamo, theologo syncerissimo. ⟨Fribu⟩rgi.

[2126]2198. From Alfonso Valdes.

Madrid MS. Est. 18, gr. 1. 5, f. 85. Barcelona.
Caballero 481. ⟨c. July 1529.⟩

[An autograph rough-draft, from the same source as Ep. 1643. It answers Ep. 2126 and a letter of 6 April (cf. Ep. 2126. 222n). As correspondence with Spain travelled so slowly (cf. Epp. 2133. 1–2, 2163. 1–2), this reply should be put late. It cannot be later than 28 July, when Charles v sailed from Barcelona and Valdes with him.

On reaching Italy Valdes wrote again. Charles halted at Piacenza between 6 Sept. and 25 Oct., and there received Card. Quignon (Ep. 2126. 6n), who had been sent by the Pope to welcome him. In the Cardinal's train were Stunica and Sepulveda. Valdes met them and wrote of them to Erasmus; who replied, saying among other things 'Albertum Pium nescioquid in Erasmum parare, domique habere conducticium hominem qui pro se scriberet'—meaning Sepulveda (cf. Ep. 2261. 69–71). Neither Valdes' letter nor the reply is extant, but the latter may be dated in October. The extract given above is found in Sepulveda's *Antapologia pro Alberto Pio*, Cologne, 1536, f°. b⁷ v°: the first edition, Rome, A. Bladus, 1532, we have not been able to see.]

S. P. Binas abs te nuper accepi litteras; alteras, quarum exemplar per alium te misisse scribis, postridie Cal. Mart., alteras postrid: Nonas Aprilis datas. Vix crederes quanto tuis litteris hunc animum perfundas gaudio. Caeterum quod ad Caruaialum attinet, admiror Gallos tantum insanire vt tam insanum libellum suis typis dignati sint; apud nos enim, ipso etiam auctore presente, intra tres aut saltem quatuor dies sepultus est, neque est qui eius copiam nancisci valeat. Nam, vt suspicor, Franciscani ipsi, ne tuis amicis respondendi ansam darent, libellum pressere. Duo tamen amici absoluerant responsionem, vterque mihi eam legendam dedit. Altera erat sane erudita sed nimis amarulenta; altera amarulenta simul et indocta. Quibus ego aeditionem dissuasi, cum nihil minus causae tuae expedire videam quam hos amplius crabrones irritare, presertim quum ipsimet responsionis loco libellum presserint.

Quod de auctore suspicaris, vanum prorsus est; nam tametsi multas hic fraterculus regiones peragrarit, Hispanus tamen genere est, et in Hispania natus atque educatus, vbi etiam nunc apud Salmanticenses agit. Sed fuit aliquandiu Lutetiae. Videris preterea aliquid illi in litteris tribuere, cum preter centones e libris tuis emendicatos assuere, nihil aliud sciat: vbi enim hominem destituis, vultque aliquid ex sua officina promere, statim aut in barbarismum aut in soloecismum incidit, ita vt facile gemmas in

2198. 11. Alera *MS*.

2198. 2. alteras] Cf. Ep. 2126. 222n.
10. Duo] Cf. Ep. 2297. 10–12.
19. Lutetiae] See the *Dulcoratio*, 1530, f. 11.

stercore agnoscas. Suspicamur Leum non minimam huius fabulae partem egisse, qui tunc ociosus apud Valeoletanos agebat; vbi nunc etiam est, exclusus ab hac aula. Aleandri hic nomen neque audimus quidem. Epistolam anonymam, quam dicis Caruaialum ad scribendum in te excitasse, aedidit Episcopus quidam, vt tui nominis amantissimus, ita et mihi amicissimus: sed per annum antequam Caruaiali libellus exiret. Ne credas eam Epistolam fraterculum ad scribendum in te prouocasse; sed quum nouus ex Lutetia veniret, velletque apud nos famam venari et mundo innotescere, quid aliud magnificentius facere potuit quam scribere in Erasmum? Neque te moueat quod inuidiam apud Caesarem tibi conciliare voluerit 'noua monarchia' et 'iniquis condicionibus', quum apud nos vna cum sua malicia nusquam non exibilatus sit.

Gaudeo te litteras a Toletano accepisse, simul et syngrapham pro ducentis ducatis. Bene facies, si illi vni istam aeditionem nuncupabis; illius enim in te nihil non meretur beneuolentia. Preterea non improbarem, si ad Hispalensem ea quoque volumina quae scribis mitteres. Nihil autem ad me neque ad Cancellarium mittes, nisi prius certior factus vbinam locorum aut terrarum simus; nam adhuc incertum est. Quos mihi bibliopolas commendas, non vidi; si venerint, dabo operam vt intelligant quantum illis prosit Erasmi commendatio.

Vale, Barcinonae.

[2194]2199. To Boniface Amerbach.

Basle MS. AN. III. 15. 71. ⟨Freiburg.⟩
20 July ⟨1529⟩.

[An original letter, autograph throughout: omitted in Q, probably through an oversight.]

S. In pecunia nihil opus erat celeritate, etiamsi mansisset apud te, nisi quod belli nomen me terruit. Quo metu sublato, pecuniam arbitrabar in meis esse manibus. Ceterum quod mihi nihil non debes (vt tu istis officiosis mendaciis libenter indulges, in ceteris minime vanus), non ausim tibi dare consilium, nisi quod animus mihi ex istis prooemiis nihil suaue pollicetur. Vtinam

2198. 42. scrbis *MS*.

2198. 24. Leum] But see Ep. 2094. 37n.
27. Epistolam] See Ep. 2126. 130–1. Carvajal describes it in the *Apologia* as written in Spanish by 'zelator Erasmi'.
28. Episcopus] Perhaps Steph. Gabr. Merinus, bp. of Jaen 1523–† 1535. His letters to Valdes, 21 Oct. and 25 Nov. 1527 from Jaen (Caballero nos. 20, 23), written in Spanish, show warm interest in Erasmus.
38. a Toletano] Ep. 2003.
syngrapham] See Epp. 2003. 85, 2004. 37–8.
39. illi vni] See Epp. 2126. 186–7, 2157. 637n.
aeditionem] of Augustine; see Ep. 2157.
40. beneuolentia] See Ep. 2109. 26n.
41. volumina] See Ep. 2126. 187–8.
42. Cancellarium] Gattinara: see Ep. 1150.
2199. 2. belli] Cf. Epp. 2168. 33–4, 2193. 28, 2196. 159.

fallat presagium! Scripseram Zasio, si posses hic grata compede vinciri. Respondit non posse fieri, quod possessionibus onustus nunquam manum tolleres de pectore. Quid hoc adagii sibi velit non satis intelligo. Omnino sine rei dispendio non poterit fieri migratio. Et tamen durum est istiusmodi politiam perpeti. Iactant Academiam. Vbi auditorium? Euangelici non student. Caeteri non venient, nisi velint de heresi haberi suspecti. Magis conueniebat isthic ius Scythicum quam Cesareum profiteri.

Alciato gratulor, sed aiunt apud Bituriges ludere pestilentiam. Ita scribunt iuuenes aliquot, qui tuba nominis eius excitati eo se contulerant. Bene vale cum tuis omnibus.

Natali diuae Margaretae.

Ornatiss. viro D. Bonifacio Amerbachio. Basilee.

2200. To Maximilian of Burgundy.

Opus Epistolarum p. 999. Freiburg.
N. p. 936: Lond. xxiv. 12: LB. 1068. 23 July 1529.

[The year-date needs no confirmation. For Maximilian see Ep. 1859. His year of grace (Ep. 1984. 21–5) had now expired, and the boy of 15 was to go to court.]

ERASMVS ROTERODAMVS GENEROSO ADOLESCENTI MAXIMILIANO A BVRGVNDIA S.

Eqvidem optabam istam adeo felicem indolem tuam, Maximiliane suauissime, vnum atque alterum annum adhuc in Musarum virectis ludere, quo magis in aulam adferres animum aduersus Circes veneficia philosophiae decretis velut antidotis praemunitum. Sed quoniam secus visum est optimo parenti, cui non dubito quin constet consilii sui ratio, superest vt te pro meo in te studio moneam, pro mea erga te charitate rogem etiam, vt inter aulae delicias subinde vel furtim recurras ad literas. Non me fugit in magnis aulis, velut in nemore vasto, varia animantium genera ali. Verum hoc erit tuae indolis, etiam inter corruptos natiuam ingenii probitatem tueri. Aurum etiam in sterquilinio aurum est; adamas in coeno non mutat naturam suam. Et si quando timetur afflatus veneni, pharmacum arrodendum est. Id petas ex myrotheciis philosophiae. Ridebunt interim crassi Calphurnii, sed tu vicissim illos rideto. Etenim si iudicant hoc vehementer aulicum esse, nihil scire bonarum artium, protinus intelligent suam stultitiam, si cogitent quales olim fuerint et regum mul-

2200. 3. viretis *N*.

2199. 7. Scripseram] The letter does not survive.

9. manum tolleres] raise the hand, in token of submission. The meaning perhaps is that Boniface had too much at stake in Basle to be able to come away and leave it behind.

15. Alciato] Boniface sent on this message to Alciati in a letter of Aug. 1529: Basle MS. C. VI[a]. 54. 46.

16. iuuenes] No doubt Viglius and Sucquet; cf. Ep. 2168.

2200. 14. Calphurnii] The reference clearly is to Pers. 5. 190, 'crassum ridet Vulpennius ingens', where many early editions read *Vulphernius*. The reading here may be a conjecture by Erasmus, or possibly the editors of H were making what they could out of an unfamiliar name.

torum et Romanorum imperatorum omnium aulae. Quod exemplum licet apud nos iam aliquot seculis intermissum fuerit, tamen hodie didicerunt et aulae principum honorem habere literis, posteaquam ipsi principes coeperunt philosophari.

Hunc amanuensem meum Quirinum Talesium, tibi non ignotum, pridem tribus verbis Ioanni Borsalo commendaui; nunc eundem tibi commendo, sed ita vt nolim te mea commendatione grauari. Iuuenis est moribus et fidis et placidis, Graece Latineque doctior quam prae se ferat. Est enim rara quadam modestia praeditus: ita fit vt plus habeat in recessu quam fronte pollicetur. Mihi iam multis annis magno fuit vsui, vixque alius obtigit qui mihi vel diligentius vel amantius inseruierit. Ad studiorum labores prorsus adamantinus est, vnde Hubertus Barlandus medicus solitus est illum appellare mulum Marianum. Quod habui preciosissimum, illi non maligne impartii; pecuniarum vt ipse non sum diues, ita largus esse non possum, quanquam arbitror illum de mea benignitate non esse querulum. Ad perpetuam autem fortunam, velut ad opimum sacerdotium aut munus aulicum, praeter commendationem nihil dare possum. Quare te vehementer rogo vt Principi Veriano, patri tuo, nonnunquam literis tuis de Talesio aurem vellices. Crede mihi beneficium hoc collocaris in iuuenem non indignum nec ingratum. Qui si fefellerit, quod scio non futurum, en me fideiussorem habe. Cupio te quam optime valere, adolescens clarissime.

Tua Pronunciatio rursus excuditur, a me recognita et nonnihil locupletata.

Datum Friburgi Brisgoae 10. Calend. Augustas. Anno domini millesimo quingentesimo vigesimonono.

2201. To Andrew Cricius.

Opus Epistolarum p. 1000. Freiburg.
N. p. 936: Lond. xxiv. 13: LB. 1069. 23 July 1529.

[In sequence with Ep. 2174.]

ERASMVS ROT. ORNATISS. D. ANDREAE CRICIO, EPISCOPO PLOCENSI, S. D.

Ante duos menses per hominem mihi parum cognitum scripsi, sed paucis et incondite. Itaque visum est iisdem de rebus denuo scribere: praesertim quum nos tam ingens interuallum dirimat

2200. 44. domini *om. N.* 2201. TIT. CRITIO *N.*

2200. 22. Talesium] See Epp. 1966, 2222. 25n.
23. Borsalo] See Ep. 1984. 27–9.
30. Barlandus] See Ep. 2081.
31. mulum Marianum] In *Adag.* 3379 various interpretations are given from Fest., Plut., Front.: = militem patientem. 'Festiuius erit si detorqueatur in hominem immenso studio, aut perpetuis negociis vehementer districtum.'
32. pecuniarum] See Ep. 2113.
36–7. Principi Veriano] Adolphus of Burgundy: see Ep. 93.
42. Tua Pronunciatio] See Epp. 1949, 2209.
2201. 1. Ante duos menses] 6½ weeks.
hominem] Cf. Ep. 2174. 29n.
scripsi] Ep. 2174.

vt vix Fama, licet toto corpore alata, si Maroni credimus, huc aliquando peruolet, eorum quae isthic geruntur nuncia; et si peruolat, sero pene discimus quae scire referebat, tantum abest vt epistolae bona fide vltro citroque commeent.

Si spectes animum meum, est fortasse de quo mihi gratias agat tua celsitudo; sin meà in Andream Zebridouium officia voces ad calculum, quam minimum ad me redierit. Principio non penitus perspectum erat adolescentis ingenium, quod imprimis necesse est ei qui velit indolem erectam ac generosam tractare. Vbi iam alter alteri notus esset, iamque vterque alteri posset et vsui et voluptati esse maiori, incessit illi cupiditas visendae Galliae. Id quoniam sciebam illum haud leuibus de causis velle, non admodum refragatus sum illius animo; et arbitror eam profectionem illi non esse poenitendam. Salutauit Regem, congressus est cum eruditissimis viris, audiuit eximios professores. Deinde non nihil est Gallicae gentis mores ac linguam degustasse.

Nec enim illic haesit multis mensibus, sed cupidissime Basileam se recepit, hoc animo, vt totum annum mecum versaretur in litteris: quae res fuisset mihi longe gratissima, vel ob id, vt aliquo officio duorum Praesulum et meritis et animo in me responderem. Caeterum vbi subodoratus est Basileae res esse suppuratas, metuens ne quid tumultus oriretur, et nactus itineris comitem ex animi sui sententia, iuuenem, eruditum, nobilem et prudentem, Carolum Vtenhouium, mutauit sententiam, simulque cum illo Patauium profectus est. Habet enim ea schola, praeter alios exacte doctos, Nicolaum Leonicum et Petrum Bembum, duo praecipua huius seculi lumina. Consilium approbabam, tantum iter non satis tutum nos habebat solicitos.

Hoc illi felicius venit in mentem quam ego existimabam; nam Basileae ante Christi natalem agi coepit fabula qualem adhuc in vita vidi nunquam. Cui si interfuisset Zebridouius, licet fortasse fuisset sine periculo, certe magno in metu fuisset; nam epitasis fabulae moderatiorem habuit catastrophen quam expectabamus. In nullius aedes irruptum est, nemo ferro vulneratus est. Tantum Consul vicinus meus proximus noctu furtim se subduxit, non in sporta, vt Paulus, sed cymba, et sic elapsus est e manibus eorum; alioqui suspendendus in medio foro, quod sane narrant ac iactant ipsi, non ob aliud quam quod sua facundia diu restitisset Euangelio iam volenti irrumpere. Caeterum in aras, statuas et picturas, ad internecionem vsque saeuitum est, crudeliter quidem sed citra sanguinis effusionem. Porro quum legamus diuum Franciscum in rabiem egisse qui ridebat quinque vulnera, quum alios diuos narrent horrendis exemplis vltos multorum irreligiosas voces; hic mihi

4. Maroni] Cf. *Aen.* 4. 180–1.
9. Zebridouium] Cf. Ep. 2173. 12n.
17. Regem] Francis spent the last months of 1528 almost entirely at Fontainebleau and St. Germain-en-Laye (Ep. 1375. 7n): see his *Actes* viii.
20. Basileam] Not before 23 Dec. 1528; cf. Ep. 2078.
24. Basileae] Cf. Ep. 2101. 31n.
28. Patauium] In Feb.; see Epp. 2105,6.
29. Leonicum] See Ep. 1479. 180n, and vol. vii, p. xxi.
Bembum] See Ep. 2106.
38. Consul] Henry Meltinger; see Ep. 2112. 57n.
39. Paulus] Acts 9. 25, 2 Cor. 11. 33.

subiit mirari neminem e tam multis fuisse qui tantae stragis autores vlcisceretur. Nam de Christi et beatae Virginis mansuetudine non miror.

Nobis nec hyeme nec feruente tumultu mutare sedem vel commodum erat vel tutum; itaque expectata hirundine, commigrauimus Friburgum, id est Brisgoiae oppidum, ditionis Ferdinandicae, distans Basilea iter diei. Huc praeter alias causas inuitauit vicinia, quod anxie metuebam ne corpusculum hoc longius iter ferre non posset. Sed res felicissime cessit; nam et agitatio profuit valetudini, et coelum hic repperi tam amicum vt mihi videar quodam modo repubescere.

Pro Zebridouio, quo diutius frui non licuit, adest Martinus Dambrouiskius, quem tu rectissimo consilio nepoti tuo conuictorem dederas. Est enim iuuenis quidem aetate, sed matura prudentia, moribus sedatis ac placidis, sobrius, compositus, nec vita solum sed lingua pudicus; cui multo suauior est mensae meae Diogenicae frugalitas quam omnia iuuenum conuiuia, lusus et choreae. Vnius rei parcissimus est, nimirum temporis, adeo vix vlla diei parte diuellitur a libris. Redibit, vt spero, ad vos non indignus fauore virorum tui similium. Certe, quod ante, ni fallor, litteris meis significaui, tanta fide, studio, vigilantia, mansuetudine se gessit erga Zebridouium vt, si frater fuisset, non potuisset amantius conuiuere; si mancipium, non potuisset obsequentius morem gerere. In eodem habebat et amicum et famulum et consiliarium et studiorum adiutorem. Quare non dubito quin pro tua singulari humanitate, sis Martini commodis, si quando inciderit opportunitas, fauturus.

Hic reliqua satis sunt ex animi sententia. Annonae charitati iam assueuimus. Bello vacamus, at belli metu non vacamus. Caesar fulminat in Italia; hic omnia suspensa sunt, magnaque rerum nouarum molimina. Nos interim inter spem metumque pendemus. Quoties optauimus subito esse Cracouiae! sed sic delati quemadmodum ἄγγελος capillo detulit Abacuk Babylonem ad Danielem, aut quemadmodum Mercurius Menippum e coelo deportauit Athenas. *Κακὸν δ' ἀνεμώλια βάζειν*, vt inquit Homerus.

Quam gratiam apud vos inierim pacis encomiastes nescio, certe nulli persuadeo eorum quibus volebam maxime. Quod rides tituli calumniam, intelliges non fuisse ridiculum, si legeris Apolo-

56. reperi *N*3.

---

53. iter diei] Cf. Ep. 2218 introd.

59. Dambrouiskius] See Epp. 2078. 26n, 2351.

66. litteris] Not in any extant letter.

74. charitati] See Ep. 2192. 118n.

75. Bello] Cf. Ep. 2193. 28n.

79. Abacuk] See Dan. 14. 32–8: angl. Bel and the Dragon 33–9.

81. Homerus] *Od.* 11. 464.

82. pacis encomiastes] Cf. Ep. 2109. 41n.

84. tituli calumniam] An attack by Beda on the title given by Erasmus to his Paraphrases. Erasmus had defended himself fully in *Ad notulas Bedae Responsio*, printed with his *Responsio* to A. Pius (Ep. 2108. 15n) in March 1529: evidently the *Apologia* sent herewith (ll. 84–5). 'Etiam nomen inuidet meis Paraphrasibus, in quibus requirit breuitatem': LB. ix. 707E. The line of thought there appears to be, 'The first thing that ever he found fault with in me was a matter of title'.

giam quam cum his ad te mitto. Hic erat primus inter articulos Beddae, quod Paraphrasim in Lucam dicans, in titulo addiderim 'Angliae Franciaeque Regi'; quum eum titulum reges eius insulae insculpant monetae publicae, propterea quod olim aliqua Galliarum pars fuerit in potestate Anglorum. Quid timemus Ecclesiae Dei, quum habeat tam vigilantes custodes?

De munere ne quid fueris sollicitus: accepisse me puto quicquid dare voluit tua benignitas. Bene vale. Datum apud Friburgum Brisgoae 10. Calend. August. AN. M.D.XXIX.

2202. TO NICHOLAS EPISCOPIUS.

Opus Epistolarum p. 1001. — Freiburg.
N. p. 938: Lond. xxiv. 14: LB. 1070. — 7 August 1529.

[Between the migration to Freiburg and the publication of H. For Episcopius and his bride see Ep. 1714.

Some time in August Erasmus received a long-expected visit from Boniface Amerbach (cf. Epp. 2180. 21, 2183. 9, 2194. 1–2), who stayed with him a week (Basle MS. C. VI^{a}. 54. 39). Boniface's letter to Basil, from Neuenburg, 28 Aug. (Basle MS. G. II. 13. 149), was perhaps written on the way back.]

ERASMVS ROTERODAMVS NICOLAO EPISCOPIO S.

NON est quod mihi gratias agas, Episcopi charissime; quin potius ipse sim Scythis omnibus inhumanior, ni pectus istud tam candidum, tam amicum, tam nobis bene cupiens, amore mutuo prosequar. Erat quidem officii mei, quum Basileam relinquerem, aliquod amicitiae nostrae pignus apud te relinquere; sed ipse scis eam migrationem et sollicitam fuisse et tumultuosam, quae res non patiebatur vulgarium officiorum meminisse.

Id quo moderatius etiam feras, scito me tum nemini quicquam omnino dedisse. Iam praecesserant sarcinae, mihi tandem inscensuro nauim venit in mentem Episcopius, cum noua nupta Iustina, cuius modestissimam indolem ab ipsius infantia semper amaui; porro, cum aetate semper accreuit virginum praecipua dos, pudor ac verecundia morum, vt non sine causa inter caeteras puellas eximium quoddam virgineae pudicitiae exemplum haberetur. Ergo quum nihil superesset in aedibus praeter gallum gallinacium et gallinam cum agmine pipientium pullorum, libuit munere iocoso quidem illo, sed non prorsus, opinor, sinistri ominis, te donare. Id disticho non ita multo pluris aestimando commendaui, sic ludens ex tempore:

Gallus es, et gallina tibi est; fausto omine dono
Gallum, cui coniunx teneros fouet anxia foetus.

2202. 15. gallinaceum *N*.

2201. 86. in Lucam] Cf. Ep. 1909. 96n.
89. timemus Ecclesiae] Cf. Ep. 2205. 258–9 and the *Ad notulas Bedae Responsio*; LB. ix. 709B.
91. munere] See Ep. 2174. 25n.

2202. 2. Scythis] Cf. Ep. 2204. 6.
11. infantia] She must have been about 2 in 1514, when Erasmus first came to Basle.
20. Gallus] as born in Alsace.

Versiculos tibi redditos gaudeo, et agnosco tuum non insolitum animi candorem, qui pro tam male tornato carmine tam diligenter agas gratias.

Munus interceptum fuisse doleo. Qua quidem in re non queo satis mirari nostrae aniculae impudentiam, quae subinde res meas donat quibus collibuit: tanta est familiaritas, quum nunquam eodem in lecto dormierimus. Intolerabilis erat audacia, si hoc fecisset ignara me donasse alteri: nunc iterum atque iterum admonita a Cannio meo ne faceret, nihilo secius peregit quod voluit. Itaque quum ex tuis literis cognouissem quod acciderat, iurgium orsus sum cum famulis, quod id fieri passi fuissent. Responderunt fuisse satis monitam, sed frustra. Quum nondum placatus regererem, 'Oportuit potius in veneficae capillos inuolare, aut certe rem ad me deferre', respondit Cannius illam dolo elusisse: promiserat se facturam quod iubebatur, ac fingebat se ad vos ituram, sed iuit quo destinarat. Iam expectas illam erubuisse, quum ob id facinus obiurgaretur. Nihilo magis suffusa est rubore quam solet asina, si quando onus excussit tergo. Haec prorsus erant intolerabilia, nisi assueuissem. Nam huiusmodi lusus mihi lusit frequenter mea Xanthippe, quam habeo tolerantiae magistram. Itaque non admodum repugno, ne frustra nitar; quandoquidem hanc nec Prometheus, vt arbitror, refingere, nec Vulcanus recudere possit. Sed perierit sane munus, modo ne pereat omen.

Ex animo gratulatus sum vtrique vestrum, quod sacer ille matrimonii nexus tam aptum par hominum copulasset, castum castae, candidum candidae, probum probae. Spero futurum vt breui magis etiam gratuler, vbi vobis paruulus in aula luserit Episcopiolus, qui nobis eodem ore vos ambos referat, nec vos solum, sed amicissimum etiam virum Ioannem Frobenium; solet enim natura frequenter et in nepotibus auorum simulacrum depingere.

Audio te successurum in aedes quas isthic meo discessu feci vacuas: in eas, inquam, aedes, in quibus tantum annorum peregi, vt ab exortu vitae ne in ciuitate quidem vlla vixerim diutius, in eas quas soceri tui benignitas toties mihi conata est dono obtrudere. Id maiorem in modum gaudeo. Quod enim auspicatius iugum optarim diutinae nec ingratae mansionis διάδοχον?

Per Hieronymum mihi commendatior esse voluisti. Apud me,

26. aniculae] Probably Margaret of Ep. 1371. 18; see also Lond. xxx. 60, LB. 1237, and a letter by Jo. Brysgoicus (Ep. 2156) to Boniface Amerbach, 12 Sept. 1536 (Basle MS. Ki. Ar. 18a. 74), acknowledging the arrival of the silver jug bequeathed to him in Erasmus' last will: 'Ego nihil negotii mihi cum ea esse optarim quam illustrissimae memoriae Erasmus noster tum scriptis tum frequentibus querimoniis 'Furiam suam mendacissimam ac furacissimam' nominare solebat: cui nullo pacto permittam vt illa nunc demum vendat ea quae iustissimis rationibus ego etiam ante obitum domini Erasmi pretendebam esse mea'.

30. Cannio] See Ep. 1832.

34. inuolare] Cf. Ep. 55. 31.

48. paruulus in aula] Cf. Verg. *Aen.* 4. 328–9.

49. Episcopiolus] Their eldest son Nicholas was born c. 1531–2.

53. aedes] See Ep. 1316. 38n.

56–7. dono obtrudere] For this generosity in Froben see Ep. 1900. 52–67; and, for this matter of the house, Ep. 1342. 533–5.

59. Hieronymum] Froben.

vir optime, nullius eges commendatione, qui iam olim mihi et morum synceritate et fide et officiis non vulgaribus es optimo iure commendatissimus. Vale cum dulcissima coniuge.

Datum Friburgi VII. Id. August. Anno. 1529.

2203. To the Reader.

Opus Epistolarum tit. vº. Freiburg.
N. fº. α^2: Lond. ⟨f. 3⟩: LB. fº. $*^2$ vº. 7 August 1529.

[The preface to the *Opus Epistolarum* (H), which was in the press in May; see Ep. 2161. At the end of July Oecolampadius had heard a report of its printing (Zw. E^2. 883); by 7 Sept. a copy was ordered for Pirckheimer (Ep. 2214); and on 6 Oct. Glareanus had seen the book (Gabbema 7).

For the scant preparation and care that Erasmus gave to the work see vol. i, p. 596. As usual, the bulk of the new letters come from the later years, 1524–9.]

DES. ERASMVS ROTERODAMVS LECTORI S.

Antehac testatus sum me nulli mearum lucubrationum minus fauere quam Epistolarum, et huius animi mei causas recensui; nec alia mihi nunc mens est quam olim fuit. Attamen quum Hieronymus Frobenius asseueraret hoc opus totum iam biennium a studiosis efflagitari, recognoui quod fuerat excusum, et non mediocrem accessionem adiunxi. Sic sum, optime lector; nihil negare possum his quos ex animo charos habeo.

Erant quidem inter euulgatas epistolas aliquot ad quosdam quos tum pro fidis amicis ducebam, amantissime simul et honorificentissime scriptae, quos nunc patior improbissimos inimicos, vt nihil est tutum in rebus mortalium: nullas tamen submoui, sic existimans, eas magis illis fore dedecori quam honestamento. Nec ordinem mutare visum est; tantum opus vniuersum in libros partitus sum, quo lector facilius inueniat quod quaerit. Erant amici qui per literas monuerunt singulas iuxta temporum ordinem digerendas esse; id etiam si fuisset in promptu, ob certas causas non est visum consultum. Atque adeo nec argumentorum congruentiam sequi placuit, quod in hoc scripti genere primam gratiam habet varietas. Porro, si quis aliquid tale desiderat, diem et annum in calce singularum adiecimus. Ad haec, praefiximus Indicem, nominibus personarum ac paginarum numeris adiectis, commonstraturum quis ad quem scribat et quoties scribat. Erant epistolae complures quas adiunctas cupiebam, si venissent ad manum. Sed

2202. 63. Idus Augusti *N*. 2203. 21. ac paginarum *H*: librorum ac epistolarum *Lond.*: ac epistolarum *LB*.

2203. 1. Antehac] In the preface (Ep. 1206) to the *Epistolae ad diuersos* (F), and again in *Cat. Luc.* (1, p. 17. 24–9).

9. pro fidis amicis] Such as Carinus (Ep. 920), Geldenhauer (Epp. 645, 714, 759, 811–12, 1141), Hutten (Epp. 951, 999), Nesen (Epp. 768, 931), Oecolampadius (Epp. 605, 1102, 1158).

15. amici] See Epp. 1787. 24–42, 1851. 28–33.

21. ac paginarum] It is noticeable that the editors of Lond. did not hesitate to alter Erasmus' words, in order to describe the construction of their own Index. For LB. the mention of books was rightly dropped; but the retention of letters was inaccurate, for the alphabetical Index there refers to columns, not letters.

migratio fuit in causa vt multa perierint quae seruata mallem; omnia vero sic confusa vt magna pars frustra quaesita sit. Hoc eo monere visum est, vt si quis forte, vbi viderit epistolas ad alios inferioris notae amicos aeditas, doleat ad ipsum scriptas nusquam extare, ne suspicetur id malicioso studio factum.

Hoc seculo nescio quid scribi possit quod non hunc aut illum offendat. Nos tamen pro viribus annixi sumus vt quae multum haberent acrimoniae, aut praetermitterentur aut certe lenirentur. A nominibus traducendis libenter abstinuimus; quod vtinam in totum licuisset! verum hoc non erat epistolas aedere. Titulos solennes, non solum ambitiosos verum etiam indoctos ac lectori molestos, omisimus: quod obsecro ne quis sinistre interpretetur, quasi contemptus gratia sit factum. Quis enim nescit reges esse inuictissimos, serenissimos; abbates venerabiles, episcopos reuerendos, card⟨inales⟩ reuerendissimos, pontifices sanctissimos ac beatissimos? Haec igitur vt illa, 'Inuictissima maiestas', 'Reuerendissima dominatio', 'Gratiosissima celsitudo', et 'Reuerenda paternitas', non modo viciant Latini sermonis puritatem, sed lectorem etiam superuacaneis ac molestis onerant. Bene vale.

Datum Friburgi Brisgoae 7. Idus Augusti. AN. M.D.XXIX.

2204. TO JANUS CORNARIUS.

Opus Epistolarum p. 995. Freiburg.
N. p. 932: Lond. xxiv. 9: LB. 1071. 9 August 1529.

[Between the move to Freiburg and the publication of H.

Janus Cornarius (Haynpol) of Zwickau (c. 1500—16 March 1558) was a pupil of Mosellanus at Leipzig (matric. 1517, B.A. 1518), but migrated to Wittenberg (matric. 1519, M.A. 1521, M.D. 1523). Then he wandered off over N. Europe, visiting Livonia, Russia, Sweden and Denmark, England, France and the Netherlands, and spending some time at Rostock in 1526–7 as physician to Prince Henry of Mecklenburg. For a short sojourn at Louvain see Ep. 2246. 12–19. After five years he arrived at Basle c. Sept. 1528 (ZE. 126–7), travelling up the Rhine and bringing a letter of introduction from Eppendorff to Boniface Amerbach (Basle MSS. C. VI^{a}. 73. 89, 355, 124, 401: cf. ZE. 127). While enquiring for employment round about (Zw. E^{2}. 766, 776, 790), he began lecturing at Basle on the Greek medical writers, his purpose being to restore them in place of the Arabs. He printed a lecture on Hippocrates, 1 Dec., dedicated to Boniface; *Rei medicae* Ἐπιγραφή addressed to the people of Zwickau, who had maintained him during his seven years of study; and some treatises of Hippocrates, gr. lat.: all printed by the Frobens. In the same year, 1528–9, Bebel also printed for him Dioscorides, gr., and some Epigrams from the Anthologia (Ep. 2356. 28n).

After a visit to Wittenberg he settled at Zwickau in 1530 as town-physician; then to Nordhausen in the same capacity 1535–7; in 1538 to Frankfort. In 1543 he moved to Marburg, where he became professor of medicine: in 1546 he returned as physician to Zwickau; in 1557 he went as professor to Jena.

His industry in editing and translating medical writers was prodigious: Marcellus, Galen, Constantine, Artemidorus, Macer, Aëtius, Adamantius—some perhaps communicated by Matth. Aurogallus of Bohemia, who had inherited the MSS. brought from Greece by Bohuslaus of Hassensteyn. In 1549 he edited a new Latin Galen for the Frobens. The copy of the 1542

24. migratio] Cf. Ep. 2143. 5n.

35. omisimus] As in Epp. 964–5, 967, 1219–20, 1238, 1242; and many others.

edition which he revised for this purpose is in the British Museum (774. n. 13): his copy of the Aldine Galen (Ep. 1594. 107n), bought in Sept. 1533, is in the University Library at Jena. Into theology too he ventured, and translated or edited Basil, lat., 1540, Epiphanius 1543, a treatise of Chrysostom, lat., 1544, Basil, gr., 1551—mostly printed by the Frobens. It is noticeable that both in Basil and Galen he discarded Erasmus' translations and substituted his own.

See an excellent sketch by O. Clemen in *N. Arch. f. sächs. Gesch.* xxxiii. (1912), pp. 36–76; cf. xxxiv. 163–4.]

ERASMVS IANO CORNARIO, ZVICCAVIENSI MEDICO, S.

PROMEREBANTVR quidem illud tuae praeclarae dotes, ornatissime Cornari, vt te et summo studio complecterer et omni officiorum genere prosequerer; meaeque naturae prorsus est tui similes viros quum suspicere tum amare. Sed partim studiorum occasiones assiduae, pene dixeram iniquae, faciunt vt omnibus aeque sim Scytha. Quo magis exosculor tuam humanitatem, qui quum optimo iure queri possis de mea inciuilitate, tamen gratias etiam agas pro multis magnisque scilicet Erasmi in te meritis.

Vtinam quod accurate, nec dubito quin aeque feliciter, orsus es in Hippocratem, medicinae principem, constanter prosequaris! Adest ingenium, adest eruditio, adest corpus vegetum et animus viuidus; denique nihil deest quod ad istam prouinciam quamuis difficilem feliciter obeundam requirendum videatur. Huc igitur hortarer te, nisi iamdudum currentem viderem.

Si reuises Vuittenbergam, fac Melanchthonem meis verbis salutes diligenter: nam haud scio quam mihi conueniat cum Luthero, quandoquidem is, vt adparet, non patitur dissentientem. Opto tibi fortunam tuis eximiis dignam virtutibus. A me nihil officii frustra requires, modo sit quod præstare nostrae sit opis. Bene vale.

Datum Friburgi Brisgoae quinto Idus Augusti, Anno M.D.XXIX.

17. apparet *N.*

6. Scytha] Cf. Ep. 2202. 2,

10. in Hippocratem] Besides the two books already printed at Basle (see introd.) Cornarius had also published, Hagenau, J. Secerius, *s.a.*, some Aphorisms of Hippocrates which he had read at Rostock: cf. Basle MS. C. VI^{a}. 73. 124.

prosequaris] Janus quoted this sentence with pride 16 years later in the preface to his Latin Hippocrates, Paris, C. Guillard, 1546. Among those who had encouraged him 'praecipue mihi nominandus est Des. Erasmus Roterodamus: cuius etiam scripta ad me epistola extat, qua me ad constanter prosequendum id quod in Hippocratem, medicinae principem, orsus essem, inhortatur'.

15. Melanchthonem] His feeling towards Erasmus at this time appears in a letter of 26 July to Camerarius (ME. 624): 'De Pothino ⟨Desiderio, *sc.* Erasmo⟩ quod mones, si tamen recte intellexi litteras tuas, ne quid ad illum amplius scribam, geram tibi morem. Et scis me antea non magnopere ambiuisse eius amicitiam. Vide quantum iudicii sit nostris inimicis: illum amant qui multorum dogmatum semina in suis libris sparsit, quae fortasse longe grauiores tumultus aliquando excitatura fuerant, nisi Lutherus exortus esset ac studia hominum alio traxisset.

Tota illa tragoedia περὶ δείπνου κυριακοῦ ab ipso nata videri potest. Quam non iniquus esse videri alicubi possit Ario et illius factioni, quam nos hic constantissime improbauimus.'

Dr. O. Clemen of Zwickau kindly informs us that the original of ME. 624, now in the Chigi Library at Rome, in place of *De Pothino* reads *Περὶ τοῦ Ἐράσμου*.

16–17. cum Luthero] Cf. Ep. 2143. 9–10n.

2205. To John Botzheim.

Opus Epistolarum p. 1002. Freiburg.
N. p. 938: Lond. xxiv. 15: LB. 1072. 13 August 1529.

[Not delivered by 20 Aug.: see Ep. 2207. 2–3. In his complaints of the Franciscans Erasmus repeats much of what he had said in Ep. 2126. For a reply by Titelmans (l. 227) on behalf of his Order see Ep. 2245.]

DES. ERASMVS ROT. IOANNI BOTZEMO S. D.

Nec te, mi Botzeme, arbitror de eorum esse numero qui amicitiam epistolarum officio metiuntur; nec ego sum is cui vel mors, nedum consuetudinis intermissio, candidorum amicorum tuique similium adducat obliuionem. Sed ex quo tuas accepi duas tresue, nemo sese obtulit qui adiret Vberlingam, nouum regnum vestrum; simulque reputabam, quum hoc turbulentissimo rerum statu Vicedecanum agas, vix vnquam tibi vacuum esse litteras aut nullo aut vulgari argumento legere. Nonnunquam enim contra officium est salutare, silere officiosum. Litteris non seriis onerare amicum, inhumanitatis est; seria scribere tutum non est.

Atqui 'Vt iocis' inquies, 'praesentes, ita litteris absentes inter se nugantur familiariter amici.' Verum, sed rebus tranquillis. Caeterum musica in luctu importuna est narratio. Fortassis expectabas a me consolatrices litteras; sed nos tum is rerum status habebat, vt ipsi potius egeremus medico. Deinde non ignorabam quam semper animus iste tuus vere generosus, vere Christianus, rebus fortuitis omnibus fuerit superior. Nec aliud adhuc quam infimam vestrae felicitatis partem impetit fortuna: census tantum arroditur, fama et vita in tuto sunt.

'Sed exilii genus est' inquis, 'quod patimur.' Vt sit, nec immite exilium est, nec fortasse diuturnum erit. Cui tandem hominum fortuna perpetuo fauore sic indulsit vt nihil acciderit molestiae? Si malum nec euitare nec depellere licet, magnam tamen aegrimoniae partem detraxerimus, si commode feramus. Id fiet si suo quisque cum animo reputarit, id quod res est, esse manum Domini quae nos ad tempus flagellat, non vt perdat sed vt emendet. Quod si verbera corporalium parentum, etiam praeter causam interdum saeuientium, aequo animo ferimus, quanto aequiore animo ferenda est manus Omnipotentis, qui non corporum modo verum et animorum pater est. Quantum adhuc absumus a formula beati Iobi! Israelitas annis septuaginta Babylonium exilium afflixit; et suo templo restituti sunt, simul atque visum est Domino.

Inter omnia remedia doloris quae solent rhetores excogitare, nullum video praesentius quam si cogitemus, 'Dominus est, faciat

TIT. DES. *om. N.*

---

4. duas tresue] Ep. 2117 is one; for another see Ep. 2206. 2–3.
5. Vberlingam] See Ep. 2117. 21n.
13. musica] Ecclus. 22. 6; cf. Ep. 39. 126–7.
31. formula . . . Iobi] 1. 21: 'Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum'. Or 2. 10: 'Si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus?'
35. Dominus est] Cf. 1 Sam. 3. 18.

quod videtur bonum in oculis ipsius'. Nos atrociora commeruimus; non minus propicius est quum affligit quam quum delinit. Scit solus quid nobis expediat. Vel occidat, si velit; non enim potest velle nisi quod optimum est; saepe seruat occidendo, et occidit seruando. Si tantum bonorum de manibus benignissimi patris accepimus, quur grauamur ab eodem immissas afflictiones, grauiora meriti perpeti? Exorabilis est, nec habet iras implacabiles, nec immittit afflictiones quas non possimus sustinere, sed inter castigandum etiam misericordiae recordatur, pro modo amaritudinis admiscens solatium spiritus. Quod si adsit, nec mors, nec cruciatus morte duriores deiiciunt animos piorum; si desit, leuissimis etiam malis prosternimur. Adde quod temporarias afflictiones et hic copioso spiritus solatio pensat, et in futuro seculo gaudiis aeternis remuneratur. Ad haec, in nobis situm est haec mala quemadmodum lenire, ita etiam breuiora reddere; si reputantes quam male simus vsi rebus secundis, agnoscamus Dei iusticiam, et nostram iniusticiam ex animo confitentes, illius misericordiam imploremus; nec prius in alios vindictam moliamur quam ipsi de nobis vindictam sumpserimus. Si de nobis ipsis prius sumpserimus, ille ex persecutore fiet protector, ex percussore medicus. Clamemus ad Dominum, non ad hunc aut illum principem, non ad armatas cohortes: ad Dominum, inquam, clamemus, et ille breuiabit dies malos.

Verum eo, proh dolor, reciderunt Christianorum mores, vt vix quisquam penitus intelligat quid sit clamare ad Dominum, quum id totius pene Christianismi sit caput. Alius respicit ad cardinalium et episcoporum potentiam, alius ad principum arma, alius ad theologorum ac monachorum coniuratas phalanges. Hae, quaeso te, quid aliud sunt quam humanae cogitationes? Iam ab his quid tandem expectamus? Non vt reuigescat Christiana pietas, sed vt pristinis opibus ac voluptatibus, vt pristino regno restituamur. Atqui ob hoc ipsum Dominus immisit nobis istos effrontes et immites castigatores, vt delitiis ebrios ac terrenis opibus indormientes expergefaceret ad sobrietatem; vtque contemptis iis quae hactenus male amauimus, animos nostros vertamus ad meliora.

Nec mediocrem his turbis ansam dedere quidam, qui praeter modum tendentes funiculum, rumpere maluerunt quam laxando seruare. Pontifici Romano tanquam totius Ecclesiae principi, vt plurimum est potestatis, ita plurimum debetur honoris; sed qui huius vires in immensum extulerunt, funiculum hunc si non ruperunt, certe lacerarunt. Condonationes Pontificias, dum intra modum consisterent, olim reuerenter accipiebat populus; caeterum vbi redemptores ac monachi quaestus sui gratia incredibili pompa eas inuehunt, immodice praedicant, auarissime exercent, dum sine fine omnia templa cruce et scrinio rubente plena sunt, dum singulis columnis affixa sunt insignia Pontificis cum triplici corona, dum quosdam etiam adigunt ad eas emendas, quod in Hispania propemodum fieri dicitur, minimo minus ruperunt et hunc funiculum.

42. , *post* meriti *add. Lond.*

83. minimo minus] See Ep. 1875. 4n.

Ita dum diuorum inuocationem cultumque vel ad superstitionem deflectunt vel vltra modum attollunt, et hic funiculus prope ruptus est. Res erat elegans imaginum ac statuarum apparatus, vel ad ornatum vel ad eorum memoriam quorum exemplis accendi poteramus ad vitae pietatem; caeterum dum indecoris picturis implentur vndique templa, dum harum superstitionum pene ad idololatriam delabimur, rumpendo et huic funiculo dedimus occasionem.

Et vetus exemplum est et pium officium, laudare Deum hymnis et canticis spiritualibus: sed dum in templis auditur musica conuiuiis ac nuptiis aptior quam cultui diuino, dum affectato vocum boatu sacrae voces obscurantur, imo dum hominum interdum inanes naeniae pro diuinis canuntur; denique, dum in templis nihil aliud quam cantillatur, coepit et hic periclitari funiculus. Missa vero quid esse potest sacratius? Caeterum dum sordidi et indocti sacrifici non alio animo discunt treis fortasse missas, nec aliter exercent quam sutor calceolariam; dum palam impie viuunt qui subinde accedunt ad mensam Domini, dum non ea religione peragitur hoc mysterium qua decebat, dum rem tam sacram faciunt publicam nundinationem; tantum non ruperunt et hunc funiculum.

Iam arcana confessione quid salubrius? Et hanc dum nimis astringunt, nimisque reddunt anxiam, dum sub huius praetextu venantur pecuniam simplicium, dum insidiantur pudicitiae puellarum, aliaque non commemoranda flagitia committunt; dum hanc, in remedium animarum repertam, vertunt in suam tyrannidem, nonne magnam rumpendi funiculi dederunt occasionem?

Ita dum constitutionum humanarum nullus est modus neque finis, dum has ad quaestum ac tyrannidem suam multi vel instituunt vel detorquent institutas, et hic funiculus venit in periculum. Sic fortassis et sacerdotes dum nec student gerere vitam honore dignam, et honorem exigunt immodicum, apud multos venerunt in contemptum. Itidem monachi dum non ambiunt hominum fauorem vitae morumque synceritate, sed opibus, numero, conspiratione, aliisque malis artibus freti, quos dolo fallere non possunt, vi student opprimere; dum palliis suis tantum tribuunt, vt depellere morbos, vt fortunatas reddere domos, vt a cacodaemonibus tueri possint; quid aliud profecerunt nisi vt prius pro diis habiti, nunc vix habeantur pro bonis viris?

Non haec commemoro, Botzeme charissime, quo patrociner eis qui ob culpam male vtentium, res per se bonas infamant, maluntque recta instituta conuellere quam mederi: sed partim vt hoc quoque nomine moderatius ea feramus quibus ipsi dedimus occasionem; partim vt indicem quibus rationibus haec rerum tempestas ad tranquillitatem redigi queat. Nam vt nunc videmus hominum studia, vereor ne, vtrocunque cadat alea, nihilo melius

130. cadat *N*: cedat *H*.

94. musica] For Erasmus' views on this subject see Ep. 1756. 93–112.

98. cantillatur] 'humming', 'buzzing', or 'droning': see OED.

107. anxiam] See Ep. 1211. 134n. Cf. also the *Exomologesis* (Ep. 1426), LB. v. 155D, and the *Apol. ad monachos Hispanos* (Ep. 1879), LB. ix. 1063F.

sint habituri qui syncero corde diligunt Christi gloriam et decorem domus eius. Qui se venditant Euangelii titulo, sic ferme rem gerunt, vt vel ad nequiciam, vel ad opes, vel ad anarchiam et quicquid libet audendi impunitam licentiam, spectare videantur; certe nemo fit melior, deteriores plurimi. Rursus in altera parte, quae catholica videri postulat, sunt qui adeo nihil detrahi patiuntur receptis, vt multum etiam adiungant superstitionis ac pharisaismi. Sunt ex aduerso qui, licet ore Lutherum execrentur, tamen in multis exprimant illius dogmata, si tamen hoc ille docuit vnquam. Negligunt preces horarias, nec omnino quicquam orant; negligunt Ecclesiae legibus praescripta ieiunia, lautius etiam his diebus coenantes quam caeteris. Ro⟨manorum⟩ Pontificum constitutiones De immunitate ecclesiasticorum, De vitanda simonia, De non attingendis clericis, aliisque quam plurimis, fortiter contemnunt; vt haud sciam an vlli magis labefactent Pontificum decreta, quam qui se profitentur Ecclesiae mirificos protectores.

Rumor est constantior quam vt omnino vanus videri possit, inter Caesarem et Regem Galliarum sartam concordiam, quibus legibus nondum liquet; atque hunc militum delectum, hanc pecuniarum exactionem non in bellum esse factam, sed ad pompam accipiendae a Pontifice coronae Imperialis. Videtur enim apprime pius Imperator velle implere omnem iusticiam. Id an verum sit nescio. Nam feruntur ex aduerso rumores de bello atrocissimo, quanquam hoc quoque malim quam bellum. Certe mihi nouum non est, tum maxime fingi quam atrocissimas bellorum minas, conscribi milites, collocari praesidia, indici censum, quum clam inter monarchas res compositae sunt. Si tamen non vanus est rumor, et inter Caesarem, Pontificem, Regem Galliarum, Regem Angliae reliquosque principes pulchre conuenit, maxime precandum est vt illorum animi ad reuocandum Euangelicae pietatis vigorem conspirent. Nec enim dubium est quin haec concordia maximas nouarum rerum molitiones sit excitatura. Nec satis est vt hanc mentem precemur monarchis, nisi studeamus et promereri. Siquidem frequenter illi nostra culpa delirant.

Si quid libet de meis rebus cognoscere, nunquam Bedda cum suis satellitibus aeque triumphauit. Curarunt exurendum Lodouicum Berquinum: cuius nec facies nec causa mihi nota est, nisi quod dum nimium bonas spes animo conceptas ponere nescit, nec vllis amicorum monitis obtemperare, et mihi grauem conflauit inuidiam, et sibi conciliauit exitium; certe quod ad corporis incolumitatem attinet, magno omnium moerore qui fauent rectioribus studiis. Qui propius norunt hominem, praedicant eo nihil fuisse integrius. Nec alia res quam libertas, bonae conscientiae comes, suique fiducia perdidit virum.

Hactenus ex Dominicanis et Carmelitis extitere permulti, qui mihi deuotis animis negocium facesserent; nunc nullos infensiores habeo quam Francisci nepotes, et quidem ex eorum sodalitio quos nescio quare vulgus appellat Obseruantes. Phrysia habet Dominicanum Laurentium quendam Ruffum, nunc, vt aiunt, Priorem

135. melior] Cf. Ep. 2177. 67n.
148. concordiam] See Ep. 2211. 3n.
167. Berquinum] See Epp. 2158, 2188.
179. Laurentium] See Ep. 1166. 26n.

Gruningeñ., virum fortem et bene linguacem. Qui quum Louanii ambiret lauream theologicam, quo se commendaret quibusdam theologis, totos menses in concionibus ad populum debacchatus est in autorem Moriae, veteris comoediae exemplum nobis referens; non aliter quam si fece oblitus de plaustro diceret, non e sacro suggesto doctrinam Euangelicam praedicaret. Sed hic tantum intra monasterii sui parietes insaniebat.

Venit alter eiusdem sodalitatis, longe fortior, qui in templo diui Petri totam horam debacchatus est in Erasmum, tam scurrili impudentia vt complures relicta concione domum repeterent, non sine murmure, etiam ex his qui me non nouerant. Miraris hominis audaciam? Primum erat Dominicanus, deinde erat hospes, et vix bene pransus alio se contulit. Nec deerant illic theologi qui ad haec non illibenter conniuerent.

His successerunt quatuor electi propugnatores Ecclesiae, qui communi opera libellum Antuuerpiae praeter publicam magistratus constitutionem excudendum typis curarunt, sed Deum immortalem cuiusmodi! Scatebat vndique soloecismis, mendaciis, conuiciis plusquam scurrilibus, ineptiis et insaniis. Et ex his vnus erat magister noster Bucenta, alter baccalaureus mox formandus. Io. Faber quondam Augustensis coenobii Prior, quum ante mihi coram miris modis fuisset adulatus, conuiciaque non ferenda et in Pontificem et in Caietanum Card⟨inalem⟩ effutisset, commendationes etiam aliquot a me extorsisset, simul vt Romam venit, quo se suis approbaret, coepit magna libertate in me debacchari. Hispania habet praeter alios multos Petrum concionatorem Burgensem, virum eximie fortem totiusque nostrae tragoediae ducem.

Verum vbi mitiores facti videntur Dominicani, ferocire coeperunt Franciscani; sed initio tantum obtrectabant clanculum, et e bibliothecis furtim submouebant quicquid erat Erasmi. Mox de composito coeperunt in praelectionibus publicis meum nomen perstringere; temperantes a scribendo, quod dicta procliue sit inficiari, coarguere difficillimum. Hic strenuam operam nauauit in Sabaudia Ioannes Gaccus, si verus est rumor. Lutetiae Petrus Cornuensis, cuius est illud *μάλα θρυλλούμενον ἐν τοῖς Φραγκισκιδῶν ἔθνεσιν*, 'Conculcabis leonem et draconem', leonem Lutherum, draconem Erasmum: quasi non eadem facilitate liceat totum illum versiculum interpretari de quatuor ordinibus mendicantium, 'Super aspidem et basiliscum ambulabis', id est super malum Carmelitam et peiorem Augustinensem; et 'Conculcabis leonem et draconem',

195. Antuerpiae *N*.

184. de plaustro] Cf. Ep. 1342. 118.
187. Venit alter] This episode seems to be that related in Ep. 1342. 113–32 (cf. 118–19 with l. 193 here) as occurring on 28 Oct. 1521. In narrating it at the time he ascribed it to Laurentius (l. 179n), 'vt opinor'.
194. quatuor] See Ep. 1571. 65n.
199. Bucenta] Vinc. Theodorici: see Ep. 1196.
alter] Perhaps Walter Ruys, who appears to have been a student at Louvain in 1524: see Ep. 1472. 9.
200. Faber] See Ep. 1149 introd.
202. Caietanum] See Ep. 891. 25n.
205. Petrum] of Vitoria; see Ep. 1836. 21n.
214. Gaccus] See Ep. 1891.
215. Cornuensis] See Ep. 2126. 164n.
216. Conculcabis] Ps. 91. 13.

id est ferocem Dominicanum et fucatum Franciscanum. Quae mulier non possit ad hunc modum Scripturis abuti ad maledicentiam? Et tamen huic dicto tam insulso quam frequens datus est plausus a Franciscanorum centuriis, praesertim inter pocula! quibus visum est operaeprecium etiam pictura, si superis placet, sententiam tam lepidam exprimere.

Habet Louanium iuuenem quendam, vix, vt audio, barbatum, γεροντοδιδάσκαλον· cui vtinam tanta supellex litteraria suppeteret, vt possit suam industriam eruditis omnibus approbare, ac tantum haberet facultatis ad instaurandam pietatem, quantum habere videtur promptae voluntatis non sine fiducia sui! Antuuerpia dedit Matthiam quendam, hominem bene vocalem bonisque lateribus, praesertim apud populum. Is et suam linguam strenue vibrat in Erasmum, et commilitonum calamos excitat. Anglia habet Standitium nunc Episcopum, minus amarulentum si ad caeteros conferatur.

Sed nulla regio fortiores habet quam in Hispaniis Salamanta. Quorum Caruaialus quidam etiam libellum emisit (qualem, bone Deus!) Francisci nepote dignum: qui simul atque prodiit, in patibulo publico clauo affixus est, quod rebus damnatis fieri solet. Eundem tam bellum libellum contra publicum aedictum curarunt Parisiis excudendum; sed subtractis quibusdam, quibus admodum scurriliter adulatus fuerat Caesari, sed vehementer offendisset Gallorum animos. Volebant enim esse iuris diuini, vt totius orbis sit vnus monarcha, quemadmodum est vnus sol; et hanc aeditionem dicarunt suo Card⟨inali⟩, ne mundus ignoraret humilis illius Francisci, qui nunquam perpelli potuit vt vel presbyteri reciperet honorem, posteros habere Cardinalem. Is subinde crepat logicen, physicen et metaphysicen, quasi solus ista calleat. Hoc nimirum docuit Franciscus. Monachum sic nobis describit, vt Christum, beatam Virginem, Apostolos faciat monachos. Porro, quicunque non viuunt iuxta regulam Euangelicam, negat esse monachos; me videlicet liberans graui calumnia. Etenim quum semper excipiam bonos monachos, nec vsquam attingam nisi malos, qui iuxta istum monachi non sunt, nihil habet vllus monachus quod mihi stomachetur. Habet horum similes Vngaria et Polonia, fortassis et Italia; quorum nomina amici non sunt dignati perscribere. Vbi nunc sunt qui verentur ne ruat Ecclesia, quum habeat qui talibus modis eam propugnent? Tota spes est in populi stultitia. Gestiunt innotescere mundo, sed mea sententia praestaret illos aliis rationibus innotescere. Si principum autoritas hactenus nihil, aut certe non multum, valuit aduersus nouas factiones, quanto minus valitura est mendicorum scurrilitas.

231. Antuerpia *N*. 237. Salamantica *N*.

227. iuuenem] Titelmans; see Ep. 1823.
232. Matthiam] Warden of the Franciscans at Antwerp: see Ep. 2245. 8–25.
235. Standitium] See Epp. 608. 14n, 1126.
238. Caruaialus] See Ep. 2110.
246. suo Cardinali] Quignon; see Ep. 2126. 6n.
251. monachos] Cf. Ep. 2300. 114n.
254. excipiam] Cf. Ep. 2275. 15, 64.
256. Vngaria] Cf. Epp. 1823. 14, 2126. 171.
258. ruat Ecclesia] Cf. Ep. 2201. 89–90.

Habes, opinor, iustam epistolam, ne posthac de meo silentio querimoniam adferas, nec huiusmodi verbis vtaris, 'Demiror, si Botzemi tui possis immemor esse'. Quod in mediis calamitatibus nunquam non recordaris Erasmi, equidem perfacile credo; sed mallem Erasmum tibi in rebus tranquillis venire in mentem. Verum si minus iucundum, certe non minus pulchrum est in tempestate rectum tenere clauum quam in tranquillo. Bene vale, mi Botzeme, inter candidos amicos praecipue.

Datum Friburgi Bris. Id. August. An. 1529.

2206. To John Botzheim.

Opus Epistolarum p. 1005. Freiburg.
Lond. xxx. 2: LB. 1078. 19 August 1529.

[In response to an enquiry from Botzheim, Erasmus wrote down some heads of the reply which he was preparing to Titelmans' criticisms; the latest of which, *Collationes quinque super Epistolam ad Romanos*, had appeared in May (see Ep. 1823 introd.). Besides sending them for Botzheim to see, like the ms. 'Gustus' he had sent on former occasions to England (Ep. 1430. 12–17) and to Spain (Ep. 1877), he had them printed at the end of H; the last and latest item in the book.

Subsequently they were expanded into *Ad Collationes cuiusdam* ⟨*geronto-didascali*⟩ *Opus recens*, Antwerp, P. Sylvius, 7–15 Oct. 1529, with 54 octavo leaves; of which this letter fills a little more than five. The letter was regarded as an *Apologia*, and therefore, like the *Detectio Praestigiarum* (see Ep. 1708 introd.) and Ep. 2172, does not appear in N; but among the *Apologiae*, Basle *Opera*, 1540, ix. 783–824, ll. 1–22 being enlarged and addressed to the Reader. For Titelmans' rejoinder see Ep. 2245; and for further reply by Erasmus, Ep. 2260. 123–311. Only the opening and concluding passages are printed here. The year-date needs no confirmation.

We are indebted to the Director of the University Library at Amsterdam for the loan of a copy of Titelmans' *Collationes*, Antwerp, G. Vorstermann, May 1529: a thick octavo volume of more than 350 pages.]

ERASMVS ROT. IOANNI BOTZEMO SVO S. D.

Vel hinc intelligo te non vsque adeo negociis obrutum quam putabam, quod efflagitas vt τοῦ γεροντοδιδασκάλου gustum tibi praebeam. Scis hoc tempore tumultuari praela vt quum maxime; tamen perlectis cursim aliquot paginis, tribus verbis signaui quid possit responderi, si perspicerem hoc studiis conducere. Sed simul mitto paginas aliquot operis, quo iudices num recto consilio satius existimarim obticescere, quam in respondendo magnum laborem minimo litterariae rei fructu suscipere. Multa sunt in scriptis eius quae speciem habent humanae gloriae. Toties inculcat quod in celebri Academia sacras litteras profitetur; quum senes etiam deplorare soleant quod ad prouinciam viribus maiorem, imperio seniorum compellerentur. Quod si nihil aliud est quam gloriae studium, quanquam vt in Franciscano parum decorum, tamen vt in iuuene sanabile malum est; sin subest fucus, morbus est immedicabilis. Quanquam inspersa sunt quaedam quae signi-

2205. 272. Brisg. N^{13}: *om.* N^2: Brisgoae *Lond.*: Brisgoiae *LB.*

2206. 1. obrutum] Cf. Ep. 2205. 7–8.
2. efflagitas] In one of the letters answered by Ep. 2205.
3. tumultuari] In preparation for the September fair at Frankfort.
10. Academia] Louvain.

ficant ὕπουλον quiddam. Sed solus Deus est cardiognostes; non est meum de alieno spiritu iudicare. Si mihi notus ac vehementer charus esset, admonuissem hominem ne tantopere festinaret ad aedenda volumina, sed prius animum suum multa codicum euolutione instruxisset. Nam illum parum scire Latine res ipsa loquitur; Graece tantum legit, quantum ego sane possum animaduertere. Sed nunc gustum accipe.

In praefatione quam praefixit operi bene loquacem, multa stomachatur in eos qui veterem interpretem execrantur, conspuunt, exibilant, explodunt pedibus et conculcant. Nos etiam nominatim flagellat in collationis exordio, quod opera nostra tam male tractatur interpres: quae verba ad me certe non pertinent. Nec adhuc video conculcatam veterem interpretationem, quum vbique legatur in templis ac scholis; nec eam minuisse potest quod nos incolumi publica lectione dedimus quod habent Graecorum codices.

Existimat atrocem esse iniuriam si quis soloecismum impingat interpreti, quum fateatur et in Apostolorum scriptis inesse soloecismos; quos si referat interpres, non putat admissum soloecismum. Ac videtur non intelligere, aut certe non perpendere, sermonem Apostolorum quo prodiderunt Euangelicam doctrinam, non fuisse proprium eruditorum sed vulgarium; sutoribus, nautis, textoribus ac textricibus, atque adeo lenonibus et lenis, fuisse communem. Nam et his scriptum est Euangelium. Quod si tum lingua Graecorum tam fuisset corrupta quam est hodie, et si ea lingua tam late patuisset quam haec tum patebat, opinor illos ea lingua fuisse vsuros: quemadmodum Christus non pure Hebraica sed Syriaca lingua loquutus est, nimirum aliarum linguarum commercio corrupta. Sic et interpres Latinus, quem arbitror fuisse primum, ea lingua vertit quae viris, pueris, mulierculis et infimae plebi tum erat communis, sed quae nihilominus a doctis intelligeretur ob vsum publicum. Quod si tum lingua Latina tam fuisset corrupta quam nunc est apud Gallos, Hispanos et Italos, probabile est illum populari lingua licet corrupta fuisse vsurum: quemadmodum hodie qui praedicant Euangelium Gallice aut Hispanice aut Italice, corruptissima lingua vtuntur, si conferas ad linguam Latinam. Non igitur mirum si soloecissat interpres apud emendate loquentes, quum ab idiotis voluerit intelligi potius quam a doctis, qui praecipue repugnabant Euangelio. Iam soloecum videri non vult, quoties ob piam causam aliquis negligit recte loquendi rationem. Hoc antehac nunquam audiui. Non tamen inficior ob piam causam excusari soloecismum; sed qui excusat soloecismum, fatetur admissum. Neque protinus caret soloecismo quod legitur apud Augustinum, Cyprianum aut Ambrosium, praesertim quum Scripturae verbis vtuntur. Ad hunc modum frequenter et nos soloecissamus.

Colligit aliquot loca quae sic habentur in aeditione vulgata, quemadmodum emendauit Hieronymus; sed tacet ea quae secus

29. eam minuisse *scripsi*: meminisse *H*.

24. interpretem] See Ep. 2172. 5n. 53. idiotis] See Ep. 1153. 171n.

habentur quam ille docuit. 'Sed potuit' inquit, 'fieri vt post nactus sit emendatiores codices vnde quaedam restituerit.' Atqui dixerat priorem illam castigationem esse ex afflatu Spiritus. An delirat et Spiritus? Quid autem opus erat codicibus, si res prodigioso afflatu agebatur?

Vehementer nec sine causa stomachatur in eos qui fastidiunt sacra volumina, si absint lenocinia, phalerae, verba sesquipedalia, bullae et ampullae verborum. Eosdem et nos damnamus; neque nos aliud moliti sumus quam quod legitur in Graecis codicibus, sermone mundiore, simplici tamen magisque dilucido reddere.

Miris laudibus effert interpretem, virum optimum, sanctissimum, prudentissimum, eruditissimum, Spiritu sancto afflatum praedicans; et potest fieri vt talis fuerit. Atqui si quis vrgeat hunc laudatorem, non possit nobis expedire Iudaeusne fuerit an ethnicus, an Christianus, haereticus an orthodoxus, sutor an miles, iuuenis an senex, vir an mulier. Et si paganus nobis dedisset Nouum Testamentum, hoc plus haberet apud nos ponderis, quod alienus ab Euangelio vertisset; nec est admodum metuendus interpres, quum extent fontes. Ecclesia rem approbauit, autorem non nouit. At nemo potest recte interpretari Scripturas, nisi afflatus eodem Spiritu qui Scripturarum est autor. Sed aliter interpretatur qui de lingua transfert in linguam, aliter qui exponit sensum mysticum. Est item duplex afflatus: afflatum illum quo primum prodita est Scriptura diuina, nulli certo tribuimus nisi primis autoribus. Quanquam vt libros philosophorum nemo facile versurus est recte, nisi re mediocriter cognita; ita in Vetere Testamento vertendo fortasse requirebatur aliquis afflatus: in Nouo Testamento tanta est sermonis simplicitas, vt quiuis e vulgo potuerit ad hunc modum transferre quemadmodum hic transtulit.

Nos credimus omnibus probatis Ecclesiae doctoribus adfuisse Spiritus afflatum, iuxta modum aliquem; et tamen non raro labuntur etiam in haereticos errores. Diuus Hieronymus vertit et interpretatus est Prophetas, et tamen frequenter fatetur se non assequi sensum. Potest igitur aliquis vertere quod ad plenum non intelligit. Minus est enim vertere quam exponere. Quod si non est fas, vt hic ait, interpreti vel a schematibus ac tropis primogeniae linguae discedere, impius est Hieronymus, qui in Veteri Testamento tropos Hebraicos fere omnes audacter sustulit, frustra reclamante Augustino. Et si totum est ex afflatu Spiritus quod fecit interpres, ne verba quidem oportuit ab Hieronymo mutari. Atqui id non veritus est facere. Illud festiuum, quod quoties Hieronymus palam aduersus ipsum facit, respondet illum rhetoricari.

Nec protinus erit humana Scriptura, si interpres humanis ingenii viribus vertit quod legit; in sensibus enim est Scriptura, non in verbis, et si in verbis est, eorum integritas manet in lingua primitiua, non in translatione. Quod si vult omnia sermonis

64. inquit] *Collationes*, prol. f°. b v°: not a verbal quotation.
103. Augustino] *Ep.* 71.

incommoda deprauatoribus imputare, per me quidem licebit; sed vereor ne neminem qui hoc credat inueniat.

Hactenus de illius praefatione. In Collationibus forsitan alius reprehenderet quod mortuos et viuos miscet colloquio. Nam quod nos suo more loquentes facit, facile negligo. Porro, quod iuuenis agit γεροντοδιδάσκαλον, vnus in tres senes censorem agens, nonnunquam et seuere cumque autoritate castigans ac flagellans, fateor et olim in Daniele iuuene Spiritum sanctum suam vim explicuisse; nec me pudeat vel a puero discere quod vtile sit cognitu. Quaedam approbat, quaedam concedit condonatque, quaedam reiicit ac damnat, non sine iurgio. Atqui res egregias adferat iuuenis oportet, qui aduersus tres grandaeuos ac, me fortassis excepto, non vulgariter eruditos, sumit ferulam. Illud satis iuuenile, pollicetur concordiam si nos velimus esse amici veritatis: quasi non possit et ipse falli. Certe librum suum reddidisset vendibiliorem, si maiore compendio rem egisset. Nunc dum recenset quid dixerit Laurentius, quid Iacobus Faber, quid Desiderius, dum eadem suis verbis explanat, dum praefatur, dum obiurgat, dum recitat quid legerit Cyprianus, Ambr⟨osius⟩, Hieron⟨ymus⟩, August⟨inus⟩, Sedulius et Hesychius—quod nihil aduersus nos faciebat, qui Graeca expendimus et de sermonis puritate disputamus—, dum praefatur, dum interloquitur, dum coronide profert collationem, dum multa admiscet, quae nec pro interprete faciunt neque contra nos pugnant, lectorem vehementer onerat.

. . . .

Vereor ne haec tibi plus satis sint. Sed tibi imputes oportet, qui efflagitaris. Bene vale, vir animo meo charissime.

Apud Friburgum Brisgoae 14. Calen. Sept. ANNO M.D.XXIX.

2207. FROM JOHN BOTZHEIM.

Leipzig MS. Ueberlingen.
EE. 110. 20 August 1529.

[An original letter, autograph throughout. The year-date is amply confirmed by the contents.]

S. Verisimile est, ampliss. patrone, Botzhemi memoriam apud te prorsus euanuisse, qui nihil litterarum a te receperim e Friburgo, quam diu illic egeris. An vero nonnihil maleuolentie in me conceperis, scire non possum, certus me mihi conscium non esse alicuius occasionis prestite. Nihil enim vel gratius vel antiquius apud me vel Erasmi nomine; nec inde me diuellent, quotquot sunt, et suffraganeorum et monachorum et sophistarum legiones amusae. Hic cohibeo calami libertatem.

Nouus rumor heri ad nos aduolauit e Tridento, ex Apollinis

2206. 128. Laurentius] Valla.
Desiderius] Throughout the *Collationes* Titelmans uses this name instead of Erasmus.

2207. 2. nihil] Cf. Ep. 2205. 4-5.

9. Nouus rumor] This was in neither point correct. Charles reached Monaco on 4 Aug., but did not land at Genoa till the 12th. See Ep. 2208. 41n.

oraculo depromptus, certo certius esse Cesarem Carolum septimo die Augusti in Italia portum contigisse Monaci, et proximo inde die Genuam ingressum esse, plusquam Cesareo comitatu; ictumque pacis foedus (quod faustum foelixque sit) inter Cesarem Carolum, Franciscum Gallum et Henricum Anglum reges, quinto Augusti die denuo proclamatum esse. Id si nescias, cupio te scire; nam spes est inde Germanie salutem imminere.

Rescribe, si Botzhemum tuum agnoscas, causam silentii erga me tui. Parochus Friburgensis, si alioqui non possis, in singulos fere dies ad me mittere poterit. Bene vale.

Ex Vberlingen exilii specu. 20. Augusti Anno. 1.5.2.9.

Tibi deditissimus Ioan. Botzhemus.

Vere theologiae et bonarum litterarum vindici incomparabili, D. Erasmo Roterodamo, praeceptori et patrono suo ex animo dilectissimo: Friburgi Prisgoici.

2208. From John Louis Vives.

Viuis Opera, 1555, ii. 975 (α). Bruges.
Vi. E., f. 97 (β): Lond. Viv. 20: LB. 1073. 30 August 1529.

[The year-date is amply confirmed by the contents.]

VIVES ERASMO.

Antverpiae quum essem mense Iunio, ad te de recognitione Augustini mei scripsi, dedique eam epistolam ad te mittendam. Postea accepi tuas literas bene veteres, datas ad me Friburgo, quo dicebas te Basilea migrasse. Quod tibi optime vertat: vtinam huc accederes propius, si modo id tibi non dissuadent rationes rerum tuarum! Augustinum prope recognoui. Ante mensem Octobrem tradam absolutum Francisco: qui confirmauit mihi satis me tempori daturum, vel si ad Calend. Nouembreis. Si maturius aut literas tuas accepissem, aut N. de eo me admonuisset, iam pridem librum haberet Frobenius.

Archiepiscopus Toletanus grauissime aegrotauit, vt prope haberetur in tota Hispania pro mortuo; et ita erat huc ad quosdam scriptum. Sed reualuit, et in administratione rerum Hispaniae

2207. 15. proclamatum] in 'the Ladies' Peace': see Ep. 2167. 30n.

18. Parochus] George Keck, who was D.D. at Freiburg in 1533. On 13 Jan. 1539 the University invited Nausea's aid to secure for Keck, then an old man, the provostship of Waldkirch (NE. 238). At his death he bequeathed a house to the University (Acta Fac. Theol. ff. 255 v°, 258 v°).

2208. 2. Augustini] See Ep. 1309. The intention not to reprint Vives' volume (Ep. 1889. 15–18) still held in Sept. 1528 (Ep. 2040. 26–9). Evidently he had revised it during the summer; and though it was not ready when one of the first sets went out (Ep. 2227. 9–12), the book appeared in its reduced form in Dec. 1529.

epistolam] Not extant.

3. literas] Probably contemporary with Ep. 2159, and, like that, not quickly delivered: cf. Ep. 2193. 5n.

7. Francisco] Berckman; see Epp. 258. 14n, 1388. 24n.

9. N.] Probably Berckman (l. 7), who frequently appears thus; see Ep. 1306. 38n.

11. Toletanus] Fonseca; see Ep. 1748, and cf. l. 37n.

12. mortuo] Cf. Ep. 2253. 67–8.

adiunctus est Augustae a Caesare discedente. Queis duobus additi sunt Dux Albae, et Magister Equitum, nuper mortui filius; ita vt hi tres sint velut admonitores et consultores, illa Imperatrix et rectrix omnium.

Quod memineris mei in praefatione Augustini, gratissimum est, quia abs te profectum; et facis pro amore nostro mutuo. Alioqui non multum moror nec mentiones mei nec famam nominis; quo nihil est vel inanius vel amariore conditum felle. Etiamsi orbis totus tanquam in theatro me admiretur, mihi applaudat, non sentio me pilo meliorem factum aut feliciorem, miseriorem saepe ac peiorem; cum tumultus ille abducit me ipsum a me, nec possum in me ipsum oculos meos et cogitationem reflectere, intentam in plaudentes. Itaque aliquando famam procul aspectam admirabar, sequebar; nunc propius admotam et prope contrectatam intelligo rem esse vanissimam, vaniores qui captant. Si qua hominum moribus prodesse queam, id demum solidum esse arbitror et permansurum. Haec dixi, ne tu mihi toties famae speciem tanquam illectamentum quoddam obiicias; cui scito me nihil omnino tribuere, nec ea magis moueri quam aurula tenuissima. Magis mouebis me publicis vtilitatibus ostendendis; de quibus feliciorem te iudico quam de nomine et fama longe et late perua-gata, quae tibi merito quidem contigit. Sed si illa duo seiungantur, mereri et consequi, vtique prius longe praetulero.

Archiepiscopi munus exiguum est prae illius in te et amore et veneratione ingenti. Sed mittet aliquando plura: quanquam sat scio te donorum fontes, nempe egregias erga te voluntates, pluris facere quam ipsa dona.

Credo audiuisse te Caesarem soluisse Barcinnae cum classe instructissima, in qua sint triremes quadraginta, naues onerariae septuaginta, celoces decem: his vehi, praeter comitatum aulicum et florem nobilis iuuentutis Hispaniae, socios nauales ad decem millia totius Hispaniae lectissimos. Massilia scribunt visam eam classem legentem oram Gallici maris quinto die mensis Augusti:

27. *LB*: admirabor *a*. 28. vanissimam *LB*: verissimam *a*.

14. Augustae] Isabella of Portugal 4 Oct. 1503—1 May 1539), who had married with Charles 10 Jan. 1526. His confidence in her ability led him regularly to entrust the government of Spain to her during his absences. The present appointment had been made 20 May 1528: see Bergenroth iii. ii. 487.

15. Dux Albae] Perhaps Fadrique de Toledo (Ep. 1256. 32n), the date of whose death is uncertain. But see the next note.

Magister Equitum] Franc. de Zuñiga († 1538), count of Miranda, who was in charge of the Empress' household; cf. Brewer iv. 4849, 4852, 5554. His appointment, with Fonseca, had been made by 10 Oct. 1528 (Bergenroth iii. ii. 570[a]). A longer list, which omits the Duke of Alva, is given in a letter of 12 March 1529 (ibid. 648).

18. in praefatione] Ep. 2157. 545–7.

20. nec famam] For Vives' indifference to this cf. Ep. 2061. 73–6.

37. Archiepiscopi] Fonseca (l. 11); who had just received the dedication of Augustine (Ep. 2157).

munus] The 200 ducats, sent in 1528, which reached Erasmus in March 1529; see Epp. 2004. 37, 2133. 57–61.

41. Caesarem] He embarked at Barcelona on 27 July, and sailed next day. On 7 Aug. he reached Savona, and Genoa on the 12th. See Foronda.

sunt qui addant ad septimum diem eiusdem mensis tenuisse Genuam, atque ibi descendisse; sed hoc incertum. D. Iesus seruet eum, atque eam largiatur illi et facultatem et voluntatem, vt res Christiani orbis in meliorem statum reponat. Vale etiam atque etiam. Brugis xxx Augusti 1529.

2209. To Charles Utenhove.

De Pronuntiatione, 1530, p. 473 (δ). Freiburg.
1 September 1529.

[Printed at the end of the revised edition of the *De Pronuntiatione* (Ep. 1949) and the *Ciceronianus* (Ep. 1948), Basle, Froben, March 1530; fourth in its sequence and therefore δ. It is noticeable that Erasmus again selects Utenhove to receive, as in Ep. 2188, a long discursive letter.]

DES. ERASMVS ROT. CLARISSIMO IVVENI CAROLO VTENHOVIO S. D.

Serivs quidem nobis redditae sunt tuae literae, Vtenhoui charissime, attamen multiplicem nobis voluptatem attulerunt: primum quod iter de quo complures male videbantur ominari, te et corpore et re incolumi reddidit tantopere desideratae Italiae; deinde quod Patauinam Academiam reperisti clarissimis professoribus omnique studiorum genere florentem; postremo quod duo praecipua huius aetatis lumina, Baptistam Aegnatium et Petrum Bembum, non solum videre, nosse et alloqui contigit, verumetiam quod inter melioris notae amicos ab illis ascitus, et in interioris amicitiae penetralia receptus es[t]. Declararunt enim Bembi literae, gratiarum et humanitatis plenae, quanti faciat indolem tuam: sic enim in illis de te loquitur, vt meam commendationem veluti subtimidam ac plus satis verecundam reprehendere videatur. Quo quidem nomine viro incomparabili profiteor me debere plurimum, sed tibi quoque non minimum; qui non diligenter a me commendatus, tua dexteritate prudentiaque commendatorem tuum multo felicius illi reddideris commendatum cui non minus cupiebam esse commendatus quam tu. Quosdam enim commendasse periculum est, quosdam officium, quosdam ingens lucrum. Itaque non tibi solum sed et mihi gratulor, cui per te contigit quod vnice semper optaui. Proinde nihil est, mi Carole, quod mihi gratias agas; si quid ibi fuit officii, multo cum foenore retulisti. Quin et ipse mihi factus es amicior, posteaquam talibus viris placuisti, quorum iudicium multo arbitror oculatius quam meum. Itaque confido fore vt nunquam te poeniteat aditae Italiae; quae te nobis omni genere literarum expolitum remittet.

Quod scribis isthic studiis tranquillam esse sedem, vtinam sit perpetuum! at vereor ne Gallici belli finis gradus sit alterius. Quod me quoque isthuc inuitas, serione an ioco scribas nescio. Certe nusquam malim senectute fessus conquiescere quam isthic,

---

2209. 1. literae] Though Utenhove had started from Basle c. 22 Feb. (Epp. 2105,6), Erasmus had heard nothing from him by 1 July (Ep. 2188. 1–3). For the letter answered here cf. Ep. 2249. 1. It is not extant.

7. Aegnatium] See Epp. 2105, 2249.

10–11. Bembi literae] Ep. 2144.

30. isthic] in Italy: cf. Epp. 2256. 32, 2328. 54–5.

praesertim expertus quam istud coelum nobis sit innoxium. At ne nihil scias rerum nostrarum, e Rauraco factus sum Brisgous. Territi rebus subinde nouis, commigrauimus Friburgum, id est oppidum ditionis Ferdinandicae; iter diei abest Basilea. Habet Academiam non incelebrem, quam magnus ille Zasius, non minus sapiente eloquentia quam iuris prudentia clarus, illustrat; multique sub eo suppullulant, praeceptorem aliquando relaturi. Rex Ferdinandus, qui tum agebat Spirae, rursus magnifico salario inuitabat Viennam; sed diffidebam huic corpusculo, nec sine magno metu reliqui nidum illum cui tot annos assueueram, nullo tamen periculo. Nam hic valetudo coepit esse multo commodior.

Quis, obsecro, sparsit isthic rumorem tragicum de calamitatibus meis deque morbo terribili? Non alii, credo, quam isti qui me subinde efferunt. Vnde ista peruersitas in professoribus absolutae pietatis? Cum agerem Basileae, clamitabant me fauere sectae quam ipsi vocant plusquam haereticam; a qua si quid acerbi mihi accidisset, debebant martyrii genus interpretari; nunc quam sint applausuri, satis declarant, quum vbi res abest, fingant sibi rumores atroces quibus applaudant. Si talibus hominibus Deus indiderit sanam mentem, existimabo maius esse miraculum quam si viperam vertat in hominem. Nihil tamen proficiunt nisi quod suis artibus magis ac magis innotescunt orbi. Haec est illa aeterni numinis mirabilis oeconomia.

Sesquimensem prae me tuli propositum relinquendae Basileae; atque interim honestissimis conditionibus inuitatus sum a regibus, principibus, episcopis, viris doctissimis ad diuersas regiones. Missum est a quibusdam viaticum, a nonnullis etiam munera, veluti perpetuae beneuolentiae pignora. Discessi clarissima luce, moerentibus etiam his a quorum dogmatibus ingenue dissidebam; et si redire libeat, veniam gratus, si non omnibus, certe optimis quibusque. Hic nullum est humanitatis genus quod mihi non offerat tum magistratus tum Academia. Iam et tuus Ammonius et Audomarus facundissimis epistolis liberalibusque promissis me inuitant in tuam Flandriam. Carolus Sucquetus, affinis tuus, relicta Dola contulit sese ad Biturigas, illectus fama Andreae Alciati; qui magno quidem salario sed maiore cum dignitate illic iurisprudentiam profitetur. Alciatici nominis suauissimus odor complures egregios iuuenes eodem attraxit. At si verus est rumor, vereor ne non diu liceat eo viro frui; aiunt enim pestilentiam ibi supra modum saeuire. Apud amicos dicere solebam eximiis Alciati virtutibus parum respondere fortunam: quod tamen non

---

31. istud coelum] Cf. Epp. 632. 2, 1224. 8–9, 2328. 55.
32. Rauraco] Cf. Ep. 2158. 1.
38. Ferdinandus] See p. 22.
Spirae] See Ep. 2107. 1–2n.
rursus] For the former occasion see Epp. 2000, 2005.
42. rumorem] Cf. Ep. 2144. 3n.
43. isti] His monastic opponents.
44. efferunt] Cf. Ep. 1518. 6.
55. inuitatus sum] See Ep. 2159. 10–21; and cf. Epp. 1875. 188n, 2029 95–8, earlier.
62. Ammonius] See Ep. 2197.
63. Audomarus] Edingus; see Ep. 2060.
64. Sucquetus] See Ep. 2191.
66. Alciati] See Ep. 2194. 15n.
68. iuuenes] Cf. Ep. 2168. 6n.
69. pestilentiam] Cf. Epp. 2219. 6, 2225. 4.
71. fortunam] Cf. Ep. 2051. 12–13.

arbitror infelicitatem esse, sed fatorum dispensationem, hoc agentium vt vnus multorum animos inflammet ad honestissima studia, multasque scholas reddat illustriores.

Iacobum Ceratinum nobis ac literis praepropera mors ademit. Iam erat parem in vtraque literatura facultatem assequutus. Accesserat fortuna quae satisfaciebat illius animo. Acciuerat illum Adolphus princeps Verianus filio natu minori praeceptorem, mercede adeo non maligna vt habuerit etiam qui inuiderent. Sed, vt ait Paulus, habebat Ceratinus thesaurum in vase fictili, sicuti fere solent literis nati. Non tulit delicatum corpusculum Zelandici coeli asperitatem. Sic nuper abreptus est Dorpius, quum iam post diatribas illas theatricas verus theologus esse meditaretur. Deplorant hic multi tantum vigiliarum frustra insumptum. Hi mihi nihilo sapientius loqui videntur quam mulier illa quae deplorabat quod maritus innocens moreretur. Verum vt illi bene responsum est, satius esse innocentem mori quam nocentem, ita istis iure responderi potest, satius esse doctum mori quam indoctum, hoc est hominem mori quam pecudem. Quid autem honestius agi poterat quam quod egit? Num igitur felices videntur qui vitam per luxum, somnum et ocium transegerunt? In hos sane non cadit illa comploratio, quantum laborum et vigiliarum periit! Nihil enim egerunt in vita, sed hoc ipso tota illis vita periit, quia nihil egerunt. Nec omnino mortem illorum deflendam puto, qui perierunt antequam perierint. Vita potius erat deflenda, quae nihil a morte differebat.

Vehementer doleo Megeram, quae hactenus rerum publicarum status ac religionem misere turbauit, nunc etiam studiis suos colubros immittere, praeterque naturam Gratias a Musis seiungere. In Gallis quibusdam plane candorem desiderare cogor. Subornant humilioris notae versificatorculos, ipsi scilicet maiores quam vt Erasmo indignentur. Nec defuerunt qui simili arte Alciato nostro facesserunt negocium. Non improbarem si Gallia cum Italia Germaniaque decertaret de principatu eruditionis, modo absit amarulentia: ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι.

Post tot orbis tumultus, post bella, post caedes, post opinionum dissidia, post tot pestilentias, post rerum omnium et caritatem et

107. caritatem δ *corrig.*: charitatem δ.

---

75. Ceratinum] This false report was no doubt derived from Ep. 2197.

77–8. But he died on 20 April 1530: cf. Ep. 2282. 10n.

78. Adolphus] See Ep. 93.

filio] Henry of Burgundy: see Ep. 2285.

80. Paulus] 2 Cor. 4. 7.

82. Dorpius] † 31 May 1525: so that *nuper* here covers more than four years.

86. mulier] Xantippe, whose lament over Socrates is recorded by Val. Max. 7. 2, ext. 1, and Diog. Laert. 2. 5. 35. These references I owe to the kindness of Prof. E. Bensly.

92. comploratio] Cf. Ep. 540. 87–93.

100. Gallis] Ep. 2223 shows that Budaeus is meant, and the 'tumult' about the *Ciceronianus*: see Ep. 2021 introd.

Subornant] Cf. Epp. 2119, 2223. 6–9.

101. versificatorculos] Such as Lascaris and Tusanus; see Epp. 2027. 26–7, 2077. 10–14, 2119, 2223. 7.

102. Alciato] Here also Erasmus considered Budaeus to be the instigator; see Epp. 2223. 8–9, 2329. 81n.

105. ἔρις] See Hes. *Op.* 24.

107. caritatem] See Ep. 2192. 118n

inopiam, exortum est nouum et exitiabile malum, annis iam ferme quadraginta Anglis peculiare: vbi quum primum grassari coepisset ignotum, nec medicorum ars quicquam opis adferret, tanta vis hominum illic extincta est vt vix crederes eam insulam a tam multis incoli. Nec semel ortum cessauit vnquam; quamlibet aspera bruma, licet subinde remittatur, scintillans duntaxat, rursus identidem sic incrudescens vt parcat nemini. Tanta lues nondum inuenit nomen, nec, quod sciam, vllum efficax ab arte medica remedium hactenus repertum est. Intra suam insulam hucusque se fere continuit, et in ea ipsa libentius attigit indigenas quam exteros. Nunc aduerso Rheno demigrauit in Germaniam, incredibili celeritate intra paucos dies ab Agrippina Colonia ad Argentoratum vsque transiliit; non sine causa sollicitis omnibus ne latius diuagetur. Non aliud malum horribilius nec contagio pernitiore. Si quam inuasit domum, vix vllum praeterit intactum; nullo sexus aut aetatis discrimine, quum aliae pestes eligere soleant quos inuadant. Quaedam parcunt infantibus ac senibus, sunt quae foeminas non attingunt. Habet tamen hoc boni, quod non excarnificat hominem diutius cruciatibus: intra duodecim horas, interdum intra pauciores, aut tollit hominem aut certam vitae spem praebet. Ad haec placidum esse mortis genus, quale ferunt ex aspidis morsu sequi. Hoc habet parum ciuile, quod iterum atque iterum repetit relictum. Ioannes Coletus ter eodem tempore fuit eo correptus, ter reuixit; sed corruptis eo morbo visceribus successit hydrops, qui virum meliore vita dignum coelo transmisit.

Atque initio quidem ipsa quaesita remedia, vt fit, fuere exitio. Sudor est, sed igneus odorisque teterrimi, dicas ex amne Phlegethonte missum; vngues potissimum excruciat, alas ita comprimit, vt etiam si velis, non possis attollere. Et hoc morbi beneficium est; nam aperuisse lethale est. Itaque qui feruoris erant impatientes, auram largius admittebant; hi fere subito extincti sunt. Rursus alii, quum animaduerterent id compluribus infeliciter cessisse, dum in diuersam tendunt rationem, in idem tamen exitium inciderunt. Nam occlusis rimis omnibus et excitato copioso igni, opertique stragulis quo magis tutiusque sudarent, aestu praefocati sunt. Praesentius tamen exitium adfert admissum frigus. Tandem reperto temperamento, multo plures ab eo morbo conualuerunt quam extincti sunt. Ea praecipua cura est apud illos, decumbentibus lintea sudore putria sensim subducere, vt ne lodices palliaque moueantur, nec vllus ventus attingat aegrotum; mox alia munda et ad focum probe siccata simili cautione inducere. Nam id aliquoties fieri necesse est. Iactant quidam nuper repertum efficax huius mali remedium: quod cuiusmodi sit, nondum certum scire potui, certe vulgaria medicorum remedia nihil

108. malum] The 'English sweat', which had now attacked Germany: cf. Epp. 1593. 76n, 2223. 11–30, 2240. 1, 17, 2249. 34, 2254. 12–19, and ME. 627, LE². 1536–7, Bl. E. 154. For an outbreak in England in 1517 see Epp. 623–4, 639 and Giustinian ii. 113–16. Jo. Sleidanus, *De statu religionis*, 1555, bk. vi, dates its appearance in England 1486.

128. vitae spem] Cf. Ep. 623. 17.

130. Coletus] See Epp. 106, 1211.

moratur tam praesentanea pestis. Angli in cautione quam modo commemoraui, praecipuae salutis spem ponunt.

Haec ex eorum oratione didici qui cum eo malo semel atque iterum conflictati fuerunt; nam ipse nec adfui vnquam laborantibus: quod tamen ad Christi sospitatoris laudem surdaque Nemesi dictum velim. Originem ac fontem huius mali nullus adhuc, quod sciam, nobis euidenter aperuit. Ex copiosis et corruptis humoribus oriri satis probabile est; eoque putant eos qui crapulae indulgent, periculo esse viciniores. Ea re fretus Andreas Ammonius, homo Italus et plusquam Italicae sobrietatis, nihil ab vllo contagio sibi metuit. Sed fefellit illum sua fiducia; correptus interiit, vir longissima vita dignus.

Equidem arbitror Angliam huic pesti minus obnoxiam fore, si aedium solum mallent tabulis quam scirpis habere constratum, tum plures habere fenestras, quae possent coelo salubri aperiri, nebuloso turbidoque claudi. Nunc quum bona parietum pars vitrea sit, ac vix habeant fenestellam qua prospectus gratia caput proferant, situs quem gignunt scirpi marcescentes, vix ventorum perflatu dissipari potest. In locis palustribus iuxtaque fluminum ripas saeuit acrius: vt facile liqueat nebulosum aerem huius mali materiam et alimentum esse. Non dissimile morbi genus Plinius indicat olim gigni solitum ex melle venenato, quod potissimum nasci solet Heracleae in Ponto: herbam esse candidam, cui ex re nomen aegoletros. Ex huius flore apes concipiunt noxium virus; non quouis tempore, sed quoties ver est humore immodico marcidum; alias innoxium conficitur. Hoc qui gustarunt, humi se abiiciunt, refrigerationem quaerentes, quando non solum aestuant sed et sudore torquentur. In eodem Ponti situ est aliud mellis genus, quod insaniam parit, vnde et *μαινόμενον* dicitur. Id venenum colligit ex flore rhododendri. Aduersus hanc calamitatem multa remediorum genera commonstrat Plinius.

Iam tot annis occupat orbem scabiei genus etiamnum *ἀνώνυμον*, cuius curatio maximo omnium malo negligitur. Tot plagis subinde nouis Deus nos inuitat ad vitae correctionem, nec tamen reddimur pilo meliores. Paucioribus malis olim percussi sunt Aegyptii. Phryges iuxta Graecorum prouerbium verberibus emendantur; nos omnibus Phrygibus duriores, tot afflictionibus, tam diutinis, tam insignibus, tam nouis, non emollescimus ad poenitentiam, sed velut e remediis admotis indolentia collecta, pertinacius etiam erigimus ceruices aduersus medicantem Deum. Quod si quis a me petat remedium, nullum habeo melius quam vt quisque sic vitae rationem instituat quasi sit eodem die moriturus. Si nihil acciderit mali, profuerit metuisse; sin acciderit, non offendet imparatum. Si frustra metueris, hoc erit lucri, quod iam totus valeas;

162. Italus] Cf. Ep. 2157. 103–4.
162–3. nihil . . . metuit] Cf. Ep. 623. 12–16.
165. Angliam] For Erasmus' opinion of the defects of English houses see Epp. 1489, 1532.
168. claudi] The reason given here shows that the explanation suggested in Ep. 1532. 27n is wrong.
173. Plinius] *H. N.* 21. 44–5.
184. scabiei] Cf. Ep. 1593. 85–101.
187. meliores] Cf. Ep. 2177. 67n.
188. prouerbium] See *Adag.* 736; and cf. *Adag.* 28.

sin minus, recte illud prouisum est, vt melior nostri pars absit a discrimine. Bene vale.

Datum Friburgi Cal. Sep. M.D.XXIX.

2210. From Viglius Zuichemus.

Ghent MS. 479, p. 77 (α). Bourges.
VZE. 7 (γ). 1 September 1529.

[As with Ep. 2168, only two sources are available. Erasmus had another letter of Viglius from Bourges dated 24 Aug., possibly a duplicate of this; see Ep. 2220. 1.]

ERASMO ROTERODAMO.

Etsi sciebam, doctissime Erasme, non sine fastidio te ea lecturum quae de peregrinatione mea nuper e Lugduno scribebam, vicit tamen, et in eam culpam me impulit, singularis obseruantia quam erga te habeo. Nam postquam semel me totum tibi dedidi, et vicissim tam benigne in tuam gratiam receptus fui, mei esse officii subinde existimaui, vt quicquid instituerem, id tibi significarem.

Apud Biturigas satis ex animi sententia viuo, et Andreae Alciati doctrina ac beneuolentia summa cum voluptate fruor. De quo quod ad te scribam, nihil habeo, nisi quod valde me delectet de incomparabilis ingenii tui excellentia quotidiana illius predicatio. Nullius certe ille aut sepius aut honorificentius meminit quam Erasmi nostri; sic enim sese quasi in numeros et matriculam tuae militiae refert.

Nosti veterem querelam huius nationis Gallicae, quae tantum non interdicto possessionem Annotationum in Pandectas Guilielmi Budaei ab Alciato asserit; quasi ille iure omnia occuparit, nihil laudis huic nostro relinquens. Nunc tamen induciae esse videntur: quanquam non desunt qui reliquos Galliae professores extimulent vt Italo homini gloriam hanc eripiant. Ex hoc genere nuper quidam Aurelianensis doctor, Petrus Stella, grauia minitabatur,

2210. TIT. ROTERODAMO *add.* γ. 2. nuper *om.* γ. 4. totum me γ. tibi *om.* γ. 16. Guilelmi γ.

2210. 2. scribebam] Ep. 2168.

16. in Pandectas] For Budaeus' work on these see Epp. 403 introd., 1812. 128n.

21. Stella] P. Tauau de l'Étoile (c. 1480—28 Oct. 1537) obtained the chair of a doctor-regent at Orleans in 1512. On his wife's death he took orders, and in 1528 was prominent at Paris in the Provincial Council summoned to combat reform. For this he was rewarded with a canonry and an archdeaconry, and in Nov. 1531 was nominated to the Parliament of Paris, where he became president of the chamber of inquests.

In 1528 he criticized one of Zasius' *Antinomiae* about a point in the Digest. His book, printed by Wechel at Paris (Panzer vii. 117), roused Zasius to reply, and a widespread dispute followed between French and German lawyers. Zasius' final reply (cf. ZE. 129) appeared at Freiburg, Jo. Faber Emmeus, ⟨c. Aug.⟩ 1530 (Walter 2477); but Viglius in 1532 still wished, on Zasius' behalf, to carry the matter further (ZE. 244: VZE. 31–2).

On the side of Alciati, who was also involved in Stella's criticisms, a *Defensio in Stellam et Longouallium* was composed by one Aurelius Albucius in form of a dialogue. Alciati sent it to be read by Boniface Amerbach; who receiving it on

iamque litem denunciabat: quem tamen sic compescuit Alciatus vt Gallus vel in suo sterquilinio iterum insilire non audeat. Meliorum literarum lucem mirum est hic tam paucos adhuc admittere. Quin etiam sunt qui ipsi Alciato puriorem dictionem vitio vertere audeant: quanquam (quod miraculi nobis instar est) sic potest ille in publicis lectionibus loqui Bartolice vt in eodem ludo videatur institutus. Iterum priuatus sermo sic est mundus vt ipso caballino fonte labra proluisse videatur. Diuinorum tuorum monumentorum magnus admirator est, nec quisquam exactius potuit tuas legisse Chiliades.

Quantum tuo iudicio tribuat, nuper ex quodam ipsius 'responso', vt iurisconsultorum more loquar, cognoui. Literator quidam Dolanus, qui *pontificium* apud Au. Gellium volebat subuertere, non acquiescens tuae sententiae, vt suffugeret sponsionis condemnationem—contenderat enim *officium* esse legendum—, Alciatum quoque nuper super eadem questione consuluit. Is eleganter et iureconsultorum verbis respondit, 'Ab eo quod Erasmo placuit, ego dissentire non debeo. Hic mihi Lydius lapis est.' Sic curiosum grammaticum damnauit; vulgarem lectionem confirmans etiam quadam Constantini constitutione de bonis maternis in Codice Theodosiano, vbi *fruendi pontificium* legitur.

Nimis quidem haec multa; sed libenter commemoro apud te ista, quo tibi studiorum meorum rationem edam: quae multo mihi prosperius videntur procedere sub eo preceptore, qui te omnis doctrinae verissimum principem mecum agnoscit, colit, amat atque veneratur. Quam tu vero me constanter diligas, nuper ex Sucqueto intellexi: quo etsi nihil mihi potuit contingere optatius, magna tamen sollicitudine afficior, quomodo tanti viri erga me beniuolentiae respondere queam. Eam vero, quod nuper etiam publice testari, et me aeterno literarum tuarum honore immortalitate consecrare volueris, etsi non potest mihi non esse gratissimum, erubesco tamen tam multa me tibi debere quae tota videlicet vita dissoluere nequeam. Vereor autem et timeo ne aduersus istos solis radios intueri adhuc possim, neue vbi me docti, tuarum epistolarum auidissimi lectores, cognouerint, velut adulterinum pullum et degenerem (cuius acies non ferat immortalitatis lucem), e nido precipitent, nec in isto tuo albo admittant. Dicent enim fortassis, 'Modo infans erat; sicne repente poeta destertuit esse? et audet suam epistolam velut silicem inter Erasmianas illas

24. adhuc *add.* γ. 27. Bartholice γ. 31. tuas *om.* γ. 33. iureconsultorum γ. 34. γ: volet α. 48. mihi nihil γ. 54. et timeo *add.* γ.

6 March, sent it at once to be printed by the Frobens. In April a copy was ready for a friend; but Alciati regretted the publication (Basle MSS. C. VI^a. 73. 96, 83, 104).

See J. E. Bimbenet, *Hist. Univ. d'Orléans*, 1853, pp. 354–7; and R. Stintzing, *Zasius*, 1857, pp. 136–7, 349–50.

23. sterquilinio] Cf. Ep. 2130. 23n.

27. Bartolice] See Ep. 134. 26n.

29. proluisse] Cf. Pers. prol. 1.

31. Chiliades] The *Adagia*: cf. Ep. 211 introd.

34. Gellium] 1. 13. 3.

35. tuae sententiae] I do not know where this is to be found.

42. Theodosiano] 8. 18. 1.

48. Sucqueto] See Ep. 2191.

51. literarum] Ep. 2111.

59. poeta] Cf. Pers. prol. 3.

destertuit] Cf. Pers. 6. 10.

margaritas ponere? O scribendi cacoethes!' Quid alias reprehensionis notas recenseam? quod iuuenili temeritate ductus, ausus fuerim summum aetatis nostrae virum literis meis interpellare, iisque adeo ineptis et ignotus.

Quare, doctissime Erasme, nisi hic clientulo tuo patrocinere, plane ex ista scaena, in quam eum produxisti, explodetur. Tute hoc mihi intristi, oro vt eius a me culpam defendas; nam quod tuae amicitiae studiose me insinuarim, etsi ceteri reprehendant, me tamen nunquam penitebit. Culpam tamen, quod mea epistola inter tuas publicata sit, longissime a me abesse cupiam. Quanquam enim minus deberem vereri eam in Laeliorum manus venire, postquam a te Persio probata est, tamen vt tu ceteros eruditione precellis, sic candore atque humanitate vincis. Et quoniam tali argumento tuum erga me animum declarare voluisti, ne in inuito beneficium perdidisse videaris, perpetuo me eius memorem fore polliceor; ac quoniam eo me fortassis calcare ad maiorem studiorum spem excitare voluisse videris, sic sedulo literis operam dabo, vt earum felici profectu indies magis atque magis tuum in me beneficium existat. Vale, nostri seculi decus singulare, et studiosorum omnium vnice patrone.

Biturigibus Calend. Septemb. 1529.

2211_{2228} To Thomas More.

Copenhagen MS. G.K.S. 95 Fol., f. 229 (α). Freiburg.
J. p. 90: KN: Lond. xxvi. 21: LB. 1074. 5 September 1529.

[An autograph rough-draft, with the heading added by a secretary (β). The year-date is amply confirmed by the contents.]

THOMAE MORO.

S. P. Quo diutius grauiusque nos torsit pacis inter potentissimos orbis monarchas expectatio, Thoma More, amicorum optime, hoc vberiore gaudio nunc exultamus sublatum exitiabile dissidium; adeo vt nondum satis audeamus felicitati nostrae fidere. Perdurat quidem constans rumor, perscribitur multorum epistolis, narratur multis haud quaquam leuibus autoribus; sed tamen adhuc veluti somnium nobis audire videmur: quod accidere solet post summum dolorem, rebus subito in vehementer letum exitum commutatis; quemadmodum accidit in tragoediis, deo quopiam repente de machina semet ostendente. Neque vero nesciunt homines se bonam huius gaudii partem debere inuictissimo Angliae

2210. 65. patrocineris γ. 66. eum α: ipsum γ. 67. hoc mihi α: mihi hoc intristi γ. 68. me amicitiae studiose γ. repraehendent γ. 70. a me *add.* γ: *om.* α *in fine paginae.* 74. esse *post* declarare *add.* γ. 76. quoniam α: quia γ. 78. eorum γ. indies magis atque magis α: maius atque maius indies γ. 2211. TIT. *add.* β: ERASMVS ROTERODAMVS *praep.* J. 2. J: Morę α. 7. nobis *om.* J. 9. accidit α: accidere solet J.

2210. 69. epistola] Ep. 2101.
71. Laeliorum] *sc.* sapientum: cf. Hor. *S.* 2. 1. 72.
2211. 3. sublatum] by the Treaty of Cambray, 'the Ladies' Peace'; 5 Aug. 1529. See Epp. 2167. 30–37, 2205. 147–8, 2207. 12–15. More and Tunstall were among the delegates.

regi Henrico octauo; qui summa prudentia parique constantia non conquieuit, donec immedicabilem, vt videbatur, discordiam vertisset in omnibus exoptatam concordiam. Superest omnibus votis comprecari superos, vt hoc munus suum velint nobis esse perpetuum, aut, si in rebus mortalium nihil omnino perpetuum est, certe diuturnum. Ego sane perquam lubens optimi pacificatoris tam pium vereque Christianum animum aliquo monumento posteris, si qua possim, fecero testatum.

Mihi sat beatus viderer, mi More, si Ferdinando regi res tam essent secundae quam illius insignis pietas promeretur. Qui mihi profecto videtur ad omnem virtutem natus; Erasmo tam candide fauet, vt amiciorem animum optare non possim. Ante biennium inuitauit me Viennam, salario 400. florenorum, tantum vt illic viuerem. Nuper bibonem quendam tribus verbis commendaram Episcopo Tridentino, illius Cancellario, vt esset in numero satellitum equitum; Rex ilico locum dedit, 'Quid' inquiens 'non facerem pro preceptore meo Erasmo?' Nihil vnquam de illo sum meritus. Quid non faceret, si quid in illum officii collocassem, qui nunc nullam occasionem pretermittit mihi gratificandi? Sed nondum fortuna respondet optimi Principis egregiis dotibus.

Nuper Spirae fuit, vt scis, conuentus principum, petebatur subsidium aduersus Turcas imminentes Vngariae. Oblata est summa pecuniae tam exigua vt maluerit pro animo gratias agere quam pro munere debere. Quid acciderit Mariae Cesaris sorori et huius marito Lodouico, norunt omnes. Nunc Turca rursus inuasit Vngariam bonamque partem populatus est. Maria, cui dicaui Viduam, metu cessit in Morauie ciuitatem vulgo dictam Snamen, ne Viennae quidem satis fidens. Turca horret Cesaris indies crescentem potentiam, eoque maluisset Ioannem vicinum regem quam Ferdinandum. Et fortassis aliquis dicet, hic quoque satius futurum fuisse dimidium accipere quam totum. Sed arbitror diuinum consilium alio spectare; nec dubito quin eterni Numinis

27. locum *add. J.* 29. officii in illum *J.* 36. Turca *add. J.* 39. *a N*: Suamen *J.*

12. Henrico] This testimony to his efforts for peace is repeated in Ep. 2215. 16–20.

19. testatum] Erasmus did not fulfil this promise; perhaps considering it prudent, as a dependant of Charles, to be silent after the Divorce had been seriously undertaken.

23. Ante biennium] With Erasmus' habitual uncertainty about dates (cf. Ep. 2033. 60n), this need not be considered to weaken the year-date assigned to Ep. 2005.

24. inuitauit] See Ep. 2005.

25. bibonem] Felix Rex Polyphemus: see Ep. 2130.

commendaram] Clearly in connexion with Ep. 2107; cf. Ep. 2121. 3–8.

28. preceptore] This is not to be interpreted literally (see Ep. 917 introd.); but as in Ep. 2233. 23, of one who taught through his books. Cf. Ep. 853.

32. Spirae] See Ep. 2107. 1n.

36. Lodouico] at Mohacs, 29 Aug. 1526.


37. inuasit Vngariam] This new invasion was the prelude to the siege of Vienna: see Ep. 2230. 23n.

38. Viduam] See Ep. 2100.

39. Snamen] Znaim, 47 ms. NNW of Vienna. Ep. 1154 is written thence: and letters of Olah (Ep. 2339), who spent the summer of 1529 there with the Queen (OE).

40. crescentem potentiam] Cf. Epp. 2225. 9, 2230. 25, 2249. 31.

Ioannem] Zapolya: see Ep. 1810. 20n.





From the drawing by Holbein in the Kunstmuseum at Basle

bonitas omnia versura sit in letum exitum, si nos animum ad ea verterimus quae illi sunt placita.

Ea que sint non tam ignoramus quam dissimulamus. Vtinam Caesar, maturius composito cum Gallorum Rege dissidio, fratri ac sorori sue in tempore adfuisset! Metuo ne nimium diu illum moretur Italia et Pontificis amplexus: cui non dubito quin pro sua religione sit exhibiturus honorem omnem quem filius debet patri. Sed vtinam ille gloriam ab hominibus ob Christum exhibitam Christo transscribat! quod tamen hunc Clementem facturum non diffido. Federibus principum admisceri Pontificem, mihi nec Pontifici videtur expedire nec reip. Christianae. Ille maior est quam vt vllo federe sit astringendus, mea quidem sententia.

Si resedissem Basileae, theologi clamassent me comprobasse quae illic geruntur. Nunc quidam iactant me cessisse metu, quum discesserim omnibus dolentibus, etiam iis quorum dogmata palam ac libere detestabar. Sane inuitus reliqui nidum quem tot annis presseram; et talis erat valetudo vt nullam omnino mutationem latura videretur. Nec me clam erat quanto dispendio migraturus essem; sed de vita periclitari malui quam videri comprobator talis instituti. Erat bona spes rem ad moderatum statum redituram; sed duo monachi, alter concionator in summo, alter apud suos Dominicanos, excitarunt nobis hunc tumultum. Illi quidem fugerunt, alii vero feriuntur malo. Georgius Saxoniae dux non minus odiose conflictatur cum Lutero quam ego cum Epphendorpio. Admonui illum vt negligeret nebulonem, cui plus satis feroci adderet animos. Interim triumphat, qui tanto etiam Principi facessat negocium.

Hactenus profectio valetudini profuit, idque preter omnem spem. Aestas hic vehementer arrisit, sed autumnum metuo. Oppidum semicinctum est proxime imminentibus montibus, vt vix vllus dies abeat absque nube aut nebula. Magistratus mihi designauit edes plane regias, pridem extructas Maximiliano Cesari, sed imperfectas, et estati quam hyemi aptiores. Vtinam liceat adhuc semel in vita videre amicos mihi charissimos! quos in pictura quam Olpeius exhibuit, vtcunque conspexi summa cum animi mei voluptate. Bene vale cum tibi charissimis omnibus.

Datum apud Friburgum Brisgoae. Nonis Sept. 1529.

59. detestabar α: improbabam *N*. 62. *J*: migrarus α. 68. Epphendorpio α: Thrasone quodam nugacissimo *J*. nebulonem α: hominem *J*. 80. αN^{13}: Brisgoiae *J*N^2 *Lond.* Anno *ante* 1529 *add. J.*

---

47. composito ... dissidio] See l. 3n.
fratri] Ferdinand.

48. sorori] Queen Mary of Hungary.

49. moretur Italia] For Charles' arrival in Italy see Ep. 2208. 41n.

63. talis instituti] The Reformation as introduced in Jan.–Feb. 1529: see Epp. 2097. 2n, 2101. 31n.

64. duo monachi] Ambr. Pelargus, on reading this in print, concluded that the reference was to Aug. Marius (Ep. 2321) and himself: see p. 182.
in summo] *sc.* templo.

66. Georgius] Cf. Ep. 2124. 42n.

68. Admonui] Perhaps in answering Ep. 2124.

74. edes] See Ep. 2112. 15n.

77. pictura] Cf. Ep. 2212. 3–5. Perhaps by this is meant the Holbein drawing of the More family now in the Museum at Basle. No painting of it is known on the Continent; but there are three variant copies in England. See A. B. Chamberlain, *Hans Holbein the younger*, 1913.

78. Olpeius] See Ep. 1397. 1n.

2212_{2233} To Margaret Roper.

Epistolae Floridae p. 124.
K. p. 131: N. p. 1048: Lond. xxvi. 50: LB. 1075.

Freiburg.
6 September 1529.

[Contemporary with Ep. 2211.]

ERAS. ROT. MARGARETAE ROPERAE S.

Vix vllo sermone consequi queam, Margareta Ropera, Britanniae tuae decus, quantam animo meo persenserim voluptatem, quum pictor Olpeius totam familiam istam adeo feliciter expressam mihi repraesentauit vt, si coram adfuissem, non multo plus fuerim visurus. Frequenter illud apud me soleo optare, vt semel etiam ante fatalem vitae diem intueri contingat charissimam mihi sodalitatem: cui meae, qualis qualis est, vel fortunae vel gloriae bonam partem debeo, nec vllis mortalium debeo libentius. Huius voti non minimam portionem mihi praestitit ingeniosa pictoris manus. Omnes agnoui, sed neminem magis quam te. Videre mihi videbar per pulcherrimum domicilium relucentem animum multo pulchriorem. Equidem vobis omnibus istam gratulor felicitatem, sed praecipue parenti optimo.

Quo minus autem vos poeniteat studiorum vestrorum, mitto epistolam probatissimi viri, qui apud Mariam quondam Vngariae reginam, Caesaris sororem, ecclesiastae munere fungitur. Ea est cui dicauimus Viduam Christianam, quam arbitror tibi lectam esse. Ex litteris autem intelliges quanto studio tam nobilis foemina complectatur liberalium studia litterarum. Nunc experitur illa non esse vanum quod scripsit M. Tullius, litteras in rebus secundis esse ornamento, in aduersis solatio: quanquam illa cum primis erat digna perpetua prosperitate. Caeterum quando ita sunt res mortalium vt Euripi in morem alternis vicibus affluant ac defluant, animus est aduersus omnem fortunae habitum philosophiae praesidiis muniendus.

Haec scripsi plusquam obrutus negociis, ad haec imbecilla valetudine. Quare tua dexteritas hoc efficiet, vt omnes tuae sorores sibi persuadeant hanc esse iustam epistolam, et non minus ad singulas quam ad te scriptam. Ornatissimae matronae Aloysiae, matri tuae, multam ex me salutem dices, eique me commendabis et amanter et diligenter. Effigiem illius, quando coram non licuit, libenter sum exosculatus. Ioanni Moro germano tuo precor omnia prospera. Verum seorsum mihi salutabis ornatissimum Roperum coniugem, tibi merito charissimum. Dominus seruet vos omnes incolumes, omniaque vestra suo omnipotenti fauore prosperare dignetur. Datum apud Friburgum Brisgoiae postrid. Non. Sept. anno M.D.XXIX.

3. Olpeinus *N*.

---

15. viri] Henckel: his letter perhaps answered Ep. 2110.
17. Viduam] See Ep. 2100.
20. Tullius] *Arch.* 16.
28. sorores] See. Ep. 999. 175nn.
29. Aloysiae] See Ep. 999. 177n.
32. Ioanni Moro] See Ep. 999. 175n.
33. Roperum] See Ep. 1404. 8n.

2213. To Peter Castellanus.

Berne MS. 450. 48, f. 15. Freiburg.
7 September 1529.

[A copy by P. Daniel of Orleans (c. 1530–1603); who in the same volume has copied some miscellaneous extracts, and more than 60 letters by various writers. Of the original there seems to be no trace. The letter was printed by J. R. Sinner in his Catalogue of the Berne Library, 1772, iii. 247–8. The year-date may be accepted because of the movements of Sucquet (l. 19); and because this may be identified with the letter mentioned in Epp. 2218–21, 2224. For another letter later in the year see a letter of Alciati to Bon. Amerbach, 31 Dec. $15\frac{29}{30}$ (Basle MS. G. II. 14. 75 v°.).

Peter Duchâtel († 3 Feb. $155\frac{2}{3}$), who had lived for some months with Erasmus at Basle in 1527 (Ep. 1894. 4–6), was still a young man, studying at Bourges under Alciati; see Epp. 2168. 6n, 2356. 46. In Sept. ⟨1530⟩ he had entered the service of Louis de Husson, bp. designate of Poitiers (EE^2. 96), who like himself was a pupil of Alciati. He was still with the bp. in Feb. 1531 (EE. 144: Lond. xxvi. 24, LB. 1158); but he was disappointed of advancement, for early in 1532 his master resigned his see in order to marry. Accordingly on 8 June 1532 Castellanus matriculated at Freiburg, and in Sept. was again on familiar terms with Erasmus (EE. 180, LB. App. 368).

Perhaps at this date should be placed his visit to Rome in the service of Franc. Dinteville, who was French ambassador there from July 1531 to Feb. 1533. Leaving the ambassador, he went to Venice, and thence to Cyprus, Cairo, Palestine, Syria, and through Asia minor to Constantinople: a journey to which Gallandius allots more than two years. In Nov. 1534 he was at Metz (EE. 212), apparently once more in service, and uncertain whether Freiburg, Louvain, or Italy would be his destination.

Then he made his way into the Court, and in 1537 became 'valet de chambre' and 'lecteur ordinaire' to Francis I (*Actes* iii. 9239, 9516): of his duties there is an interesting description in Gallandius. His ability and charm made him a great favourite with the King; whom he encouraged in fostering the Collège de France, and in forming the Royal Library, and from whom he obtained some protection for Dolet and Ramus. He was preferred to three sees successively, Tulle 1539, Macon 1544, Orleans 1551; and in 1548 was appointed almoner to Henry II. See besides Gallandius' *Vita* (Ep. 1894. 4n), GC; Lefranc; and R. C. Christie's Life of Dolet.

This Berne MS. contains (94–6) copies of three letters which passed between him and Catherine de Medicis (born 1519) in Dec. ⟨1539⟩. Six letters addressed to him by Wm. Pellicier (Ep. 2049. 57n) in 1540–2 about the collection of MSS. for the King, are printed by H. Omont in *Bibl. de l'école des Chartes* xlvi, 1885, 611–24. His position at Court made him a patron of learning. Dolet addressed to him his *Francisci Valesii Fata*, Lyons, 1539; Jac. Sylvius (Ep. 1407. 98n) a *Methodus medicamenta componendi*, Paris, C. Wechel, 1541; Gallandius Quintilian, Paris, M. Vascosanus, 1542; S. Macrinus his *Odae*, Paris, R. Stephanus, 1546. A letter from him to Lambinus, 28 Jan. 1547, about obtaining a post, probably in the Collège de France, is printed in *Epist. clar. virorum*, Lyons, Gryphius, 1561, p. 332.]

Apud Biturigas missae.

ERVDITISS. D. PETRO CASTELLANO DES. ERASMVS S. P.

QVVM tu nobis materiam declamas de mutato meo in te animo, doctiss. Castellane, agnosco tua in me officia, et amo ex animo doctrinam studiumque tuum. Vnde veniret mihi in mentem vt essem abs te alienior? Scito tamen earum quas memoras litterarum nihil mihi redditum esse. Puto Antonium non adisse fratrem

1. materiam *MS.*: ? quater iam. *Cf. v.* 4.

5. Antonium] Bletz or Du Blet; see Ep. 1784. 1n.

fratrem] Emericus; see Gallandius' *Vita*, pp. 10, 22.

tuum: quanquam is iam decoxit Lutetiae cessitque, bonis, vt aiunt, malis tantum diues. Quum proximas illi litteras committerem ituro Lutetiam, dedi dono coronatum aureum. Arrisit, dissimulans se eo non rediturum. Dedi et alios quatuor coronatos alteri cuidam donandos: curauit tamen per alios, omnia bona fide.

Quid apud Reginam Nauarrae possim nescio: neque enim mihi quicquam cum illa commercii est, nisi quod illam quorundam instinctu semel aut iterum ap⟨p⟩ellaui litteris. Illa praeter salutationem nihil remisit. Vtinam possem tibi, mi Petre, magno esse commodo! nulli gratificer lubentius. Meretur hoc indoles tua virtusque. Praesuli Biturigum debeo libenter, et sunt eius ingenii complures; sed Bedda cum suis strennue furit. Si tuae litterae, quas attulit Hieronymus Frob., venissent quatriduo maturius, erat certus, per quem scripsi Carolo Sucqueto, qui per me volebat Alciato commendari: per eum accepisses et meas. Nunc hae quando sint ad te peruenturae nescio. Non memini te a scribendo deterruisse. Quid enim non posses, quocunque intendas ingenium istud foelicissimum?

Bene vale. Friburgi Brisgoae prid. natae Virginis 1529.

Erasmum κακόγραφον agnoscis.

2214. To Willibald Pirckheimer.

Pirckheimeri Opera p. 305. Freiburg.
O². p. 227: Lond. xxx. 51: LB. 1076. 7 September 1529.

[The year-date is confirmed by the mention of the *Opus Epistolarum* (H) and Ep. 2196.]

S. P., clarissime Bilibalde. Iussi vt Hieronymus ad te mitteret vnum volumen Epistolarum. In his reperies vnam, qua tibi gratias ago pro patera tua. Quod munus non minus gratum mihi fuit quam si talentum auri penderet, quod quasi pignus esset constantissimae tuae erga me beneuolentiae; quam ego non in infima foelicitatis meae parte duco.

2214. *Pro titulo* BILIBALDO SVO ERASMVS *add.* O². 4. penderet O²: ponderet *P*.

2213. 6–7. bonis . . . malis] See *Adag.* 426; quoting Plin. *H. N.* 18. 8 (6).

7. litteras] None of these are extant. They were perhaps concerned with the trouble about the *Ciceronianus*, which was still agitating him. See Epp. 2209. 100–102, 2223. 6–9.

11. Nauarrae] See Epp. 1615, 1854.

16. Praesuli Biturigum] Tournon; see Ep. 1319.

17. Bedda] See Ep. 2201. 84n. Erasmus' meaning seems to be that through Beda's attacks his own influence at Paris was slight.

19. scripsi] The letter is not extant: evidently quite recent. On 1 Sept. Erasmus knew (see Ep. 2209. 64–5) that Sucquet had left Dole as he had proposed (cf. Ep. 2191. 51) and had settled at Bourges.

20. Alciato] See Ep. 2194. 15n. Erasmus had written to him on 2 Sept. (Basle MS. G. II. 14. 75 v°., 77); but the letter is not extant. It was delivered between 31 Dec. and 20 Jan., and Alciati replied on 1 March (Ep. 2276).

2214. 1. Hieronymus] Froben.

2. volumen Epistolarum] H; see Ep. 2203, and cf. Ep. 2258. 17–18n.

vnam] Ep. 2196.

De codice Graeco, ignoscat tua humanitas mihi quod non praesto fidem. Sub nundinas coepimus conferre: quo sumus ingressi altius opus, hoc plus offendimus portentorum. Interdum toti versus omissi sunt, multa mutata, studio, vt videtur. Quin et epistolae multae omissae. Postremo plusquam tertia pars voluminis abest. Collatio peracta est; sed coepimus quod nobis deest describere. De codice ne sis sollicitus; erit domino suo incolumis. Fortasse curabimus excudendum exemplar nostrum.

Plura scribere in praesentia non vacabat. Nam et vrget tempus, et autumnus me grauissimo dentium apostemate, non sine febri, parum humaniter salutauit. Cupio te quam optime valere, patrone et amice incomparabilis. Friburgi Brisgoiae 7. Id. Sept. 1529.

Erasmus Rot. raptim mea manu.

Clariss. viro D. Bilibaldo Pirckheimero, Caesareae maiestatis consiliario.

2215. To William Blount, Lord Mountjoy.

Copenhagen MS. G.K.S. 95 Fol., f. 192 (a). Freiburg.
J. p. 89: KN: Lond. xxvi. 20: LB. 1077. 8 September 1529.

[An autograph rough-draft: contemporary with Epp. 2211,2. As in Ep. 1977, Erasmus' frequent paragraphs are shown.]

ERASMVS ROTERODAMVS GVILHELMO MONTIOIO, ANGLIAE BARONI, S.

Benignissime Moecenas, sereniss⟨ime⟩ Regine munus mihi fuit longe gratissimum, quanquam illius animus mihi sine vllo munere abunde sufficiebat. Sic enim amo insignem illius feminae pietatem et eruditionem, nobis ignauiam ac mores corruptos exprobrantem, vt mihi beneficium accipere videar, si quid illi queam facere gratum. ¶ Habet sui simillimam neptem Mariam quondam Vngariae reginam, cui dicauimus Viduam Christianam: que quanto affectu libellum acceperit, quantoque studio euoluerit, intelleges ex epistola quam misi Margarete filie Mori.

Si regis Ferdinandi res essent prosperae, sat beatus esset Erasmus. Nihil enim est illo vel syncerius vel amicius. Nobis nihil promeritis sic fauet ex animo, vt non solum ea libenter praestet quae rogamus, verum etiam vltro addat quae putat mihi fore commoda. ¶ Sed Turca sic irrupit in Vngariam vt Austrie quoque, Polonie, vicinisque regionibus [sit metuendum], ac fortassis Italie quoque

2214. 11. *LB*: Postrema *P*. 19. Erasmus . . . 21. consiliario *om.* O^2.
2215. TIT. *add. J* (ANGLIAE BARONI *om. N*). 1. Benignissime Moecenas *om. J*. 7. dedicauimus *J*. 12. vt *add. J*. 15. sit metuendum *om. J*. quoque *add. J*.

2214. 7. codice Graeco] Probably the MS. of Basil which Erasmus sent to L. Ammonius with a letter of 8 Sept., asking him to copy it: see Epp. 2258. 1–4, 100–101, 2270. 19–22. Erasmus had borrowed the MS. through Pirckheimer in 1528; see Epp. 1997, 2028.
8. fidem] Cf. Ep. 1997. 14–16.
13. domino suo] Perhaps Opsopoeus; see Ep. 1997. 5–13.
2215. 1. munus] A belated present, in return for the *Christiani matrimonii Inst.* (Ep. 1727): cf. Epp. 1804. 285–6, 1960. 68–71.
7. Viduam] See Ep. 2100.
8. epistola] Cf. Ep. 2212. 14–19n.
14. Turca] See Ep. 2211. 37n.

sit metuendum. ¶ Audio coisse pacem inter monarchas; vtinam maturius! Huius tamen felicitatis bonam partem debemus Regi vestro, qui summa constantia parique prudentia non conquieuit, donec potentissimos totius Europae monarchas inter se conglutinarit; quod bonum vtinam superi nobis perpetuum esse velint!

Opinor tuam humanitatem boni consulere, quod Adagiorum inscriptionem voluerim tibi cum Carolo filio tuo quodammodo esse communem. Visum est enim hoc addere calcar adolescentuli studiis excitandis.

Donec spes esset, continui me Basileae: sublata spe, commigraui Friburgum Ferdinandicae ditionis oppidum, vt magno rei familiaris dispendio, ita summo valetudinis discrimine. Vix enim sperabam hoc corpusculum, adeo quassum vt ad vini mutationem aut aliam quamuis leuem occasionem periclitari soleat, tantam rerum mutationem laturum. Malui tamen in capitis discrimen venire quam que illic geruntur probare videri.

Omnia sunt hic charissima, ac luculentis commodis que mihi ferebat officina Frobenii, nunc careo; tamen hic hyems peragenda est. ¶ Si valetudo esset mediocris, nec opes deessent nec dignitas. Verum, vt dicere solebat tua celsitudo, Fortuna nunc cibum offert edentulo. ¶ Misere metuo ne nobis hic funestum bellum gignat Euangelium, adeo subinde procurritur ad arma.

Augustinus totus prodiit; qui me propemodum confecit. Optarim theologis quibusdam meliorem mentem, qui suis tumultibus malum exasperant, dum parum dextre student mederi. ¶ Tedet huius Herculani fati; perpetuo cum monstris depugnandum. Opinor ab orbe condito non fuisse seculum turbulentius, adeo dissidiis vbique feruent omnia. ¶ Nunc Ciceroniani moliuntur nouam tragoediam de nihilo, quod maluerim bonas litteras sonare Christum quam Romulum, quam Iouem Opt. Maximum.

Si serenissima Regina non legit Viduam Christianam, roga vt dignetur legere; nam illic illius aliquoties fit mentio. Apud quam te rogo vt mihi sis epistolae loco; nunc enim quum maxime cuperem scribere, nec per valetudinem nec per temporis angustiam licuit. ¶ In tantis molestiis magnam animo persentio voluptatem, quum audio te patronorum vetustissimum et amicum incompara-

17. partem *add. J.* 19–20. conglutinaret *J.* 22. volueram *N.* 23. adolescentuli *J*: illius *a.* 26. vt *add. J.* 27. ita *J*: sed *a.* 28. adeo *J*: ad *a.* 31. gerebantur *K.* 32. luculentis *a*: multis *J.* 42. ab *aK*: ob *J.* 49. scribere *add. J.*

16. pacem] The Treaty of Cambray; see Ep. 2211. 3n.
17. Regi] Cf. Ep. 2211. 10–14.
21. Adagiorum] See Epp. 2022,3.
32. charissima] See Ep. 2192. 118n.
35. dicere solebat] A reminiscence of their early intercourse.
38. Augustinus] See Ep. 2157.
43. Ciceroniani] Cf. Ep. 2209. 100–102.
47. mentio] 'Materteram ⟨habes⟩ Catharinam Angliae reginam, mulierem ea doctrina, pietate, prudentia, constantia, vt in ea nihil muliebre, nihil non masculum deprehendas, praeter sexum ac formam': LB. v. 726D, cf. 730D, 766D (Ep. 2100. 22–5).
48. epistolae loco] A singular omission after receiving a gift from the Queen (l. 1n).
49. valetudinem] Cf. Ep. 2214. 15–17.
51. vetustissimum] Cf. Epp. 783. 30, 829. 3.

bilem recte valere. ¶ Spero Card. Campegium iampridem discussisse nubeculam illam quam scis. ¶ Nos in manu Domini sumus, qui vos omnes seruet incolumes.

Datum apud Friburgum Brisgoae. 1529. Natali virginis matris.

2216. From Peter Plateanus.

Leipzig MS. — Joachimstal.
EE. 111. — 8 September 1529.

[An original letter, autograph throughout. The year-date is confirmed by the impending publication of Agricola's *Bermannus* at Basle: see Ep. 2274.

Peter Plateanus († 27 Jan. 1551) was born near Hertogenbosch, and educated first at Liège under the Brethren of the Common Life, and then in the Collegium Trilingue at Louvain under Goclenius and Rescius. About 1524 he went to Wittenberg; and, thence on Melanchthon's recommendation, moved to Joachimstal in the Erz mountains, where silver mines had recently been opened (see Ep. 1122. 12n). Being rector of the town-school 1525–31, he became intimate with Geo. Agricola, now returned from Italy, and procured the printing of his *Bermannus* in 1530 (Ep. 2274).

After a period of study and teaching at Marburg (cf. ME. 1298), where he was M.A. 1533, he was appointed through Agricola to be rector of the town-school at Zwickau, May 1535 to Michaelmas 1546. From Oct. 1547 until his death he was parish-priest of Aschersleben in Saxony.

In March 1533 he visited Erasmus at Freiburg. See a letter of Erasmus to Geo. Agricola, 24 March 1533; some letters printed by O. Clemen, *Beitr. z. Reformationsgesch.* 1902, ii. 130–132; and ADB. xxvi. 241–3. There is a Zwickau programm by E. E. Fabian, 1878, which I have not seen.]

S. D.

Mvltos iam annos nihil mihi aeque fuit in votis quam Erasmum nostrum (neque vero vnquam te quin noster sis, in libertatem adseres) coram videre et colloqui aut, si hanc mihi felicitatem genius meus alioqui δυσμορώτατος negaret, saltem per litteras alloqui. Cum igitur Dialogum Georgii Agricolae medici, viri tui amantissimi, de re metallica istuc primum, deinde Basileam excudendum mittere constituissem, non committendum mihi putaui vt non hac occasione, id quod iam olim optaueram, etiam ad te scriberem, vel hoc nomine quod libellum ipsum non crederem excusum iri quin tibi ante exhiberetur: de quo superfluum iudico quicquam tibi praesertim praedicare. Ipse sane Agricola vel singulari amore in te vel publico in bonos ac doctos omnes hoc meretur, vt illum plurimi facias. Debent illi non medici tantum, quod Hippocratis opera et Galeni aliquot libros annis superioribus Venetiis plurimis locis, vt illa tum praecipitata ferebat editio, castigauit; sed multo magis debebunt olim, cum libros de re metallica absoluerit, et alia quaedam quae in manibus habet non vulgaria, in lucem ediderit.

Lusus tui in Dialogis, non minus liberales quam liberi, doctis

2215. 55. Brisgoiae *J*. Anno *add. J ante* 1529: *om. K*.

2215. 52. Campegium] His Legatine Court to try the question of the Divorce had been sitting in London during the summer.

2216. 5. Dialogum] See Ep. 2274. Agricolae] See Ep. 1594. 105n.

hominibus valde probantur, sed in primis Eques ille a Como. Sparsit is per suos homines rumores quod nisi ipse communium amicorum precibus exoratus hoc tibi remisisset, futurum fuisse vt tu infamia publice a magistratu notareris; multatum tamen pecunia, quam ille, vt generosum equitem agnoscas, spreuerit et ad ptochodocheum reiecerit; denique coactum te vel ex sua sententia *παλινῳδεῖν*. Sed cum istis gloriis suis et triumphis apud bonos nihil aliud quam ridetur. Ego cum non ita dudum ad symposium quoddam rogatus accederem, et fratrem eius egregium et ipsum Thrasonem conspexissem, subduxi me, detestatus fratris in te impietatem.

Haec me ad te scribere coegit amor meus, quo erga te sum affectus vel ob summa tua in studiosos omnes merita vel, quod non nihil etiam est, ob gentilitatis quandam, vt ita dicam, cognationem; vt enim tu Roterodamus es, ita ipse non ita procul a Buscoducis sum natus. Lucas Scuppegius, huius loci consul, vir singulari industria et doctrina mediocri tibique deditissimus, nullum Erasmo obtrectantem vt pestem publicam non detestatur; huic, si mihi, quod te facturum confido, rescripseris, fac salutem adscribas. Vale.

Ex Valle Ioachimica vi Id: Septemb: Anno 1529.

Petrus Plateanus.

Paulini Nolani episcopi opera confido me habiturum; ea nisi iam excusa sint, si tibi operae precium facturus videbor, istuc, vbi describi ea curauero, edenda mittam.

D: Erasmo Roterodamo, theologorum facile principi.

2217. TO JOHN OF LORRAINE.

Epistolae Floridae p. 83. ⟨Freiburg.⟩
K. p. 95: N: Lond. xxvi. 16: LB. App. 453. ⟨September 1529.⟩

[Not long after Epp. 2211, 2215. In the former the news of the Peace of Cambray, concluded on 5 Aug. 1529, had arrived but was scarcely yet believed; in both the wish is expressed, as here (ll. 13–14), that it had been concluded earlier.]

ERAS. ROT. IOANNI CARD. LOTHORINGIAE S.

ONERAVIT me tua benignitas tam graui sarcina munificentiae, vt nec inueniam qua ratione queam aliqua ex parte reponere quod

---

2216. 20. Eques] The *Ἱππεὺς ἄνιππος*, first printed in the Froben *Colloquia*, March 1529; cf. Ep. 1168. 19n, and, for Prof. P. Smith's ingenious identification with Eppendorff, see vol. v, p. xxi.

23. multatum] See Ep. 1937. 4–6.

28. fratrem] See Ep. 1377. 7n.

35. Scuppegius] (Schupgen) was judge at Joachimstal in 1521; burgomaster 1523, 1525, 1527. See EE. On 29 Aug. 1531 Erasmus sends compliments to him through Geo. Agricola (Lond. xxiv. 18, LB. 1198).

42. Paulini] It appears that Plateanus was hoping to obtain a MS. for Erasmus to publish: but no such edition ever appeared. M. Schurer had printed a *Carmen* of Paulinus, Strasburg, 1508; and Badius his *Epistolae et Poemata*, Paris, 24 Feb. 1516; after which there is no edition till H. Gravius' at Cologne, 1560. It may be noted that Erasmus had printed in his edition of Ambrose (Ep. 1855) the *Vita* by Paulinus of Milan which was then wrongly attributed to the Nolan: he rejected it, however, on grounds of style as clearly not by the latter.

accepi, et pudeat gratias agere; pro mediocribus enim beneficiis gratias agere vulgi mos est. Non iam loquor modo de splendidissimo planeque regali tuo munere, sed multo magis de singulari istius in me animi studio atque fauore. In tanto Principe tantam humanitatem non possum non amare, etiam si mihi nulli bono fuisset. Nam eximia virtus per se speciosa est et amabilis. Superest igitur vt interea praedicem et tuam bonitatem et meam felicitatem, donec sese offerat opportunitas qua me apud omnes ingrati hominis suspicione liberem.

Inter Caesarem et Regem Galliarum sartam amicitiam vehementer vtrique gratulor; sed vtinam id factum esset tum maturius, tum legibus aliquanto mitioribus! Sed hanc cicatricem facile abolebit tempus, omnia vel tegens vel deliniens. Caeterum, vt video, tumultus tumultum excipit. Vt aduersus Turcam nobis succedant omnia, certe diutinum atque atrox bellum prospicio; et si continget victoria, vereor ne sit Cadmaea, quod aiunt, vt non minus ploret victor quam victus. Sed quoniam bellorum exitus supremo Numini sunt in manu, ab illo postulandus est euentus, si parum laetus, certe salutaris.

Qui has perfert, vehementer cupit tuae sublimitati commendatus esse, et per eam illustrissimo Lothoringiae Duci, germano tuo, vt si quis locus vacet, apud illum recipiatur in statum nobilium. Parentem habet praepotentem, singularique prudentia et integritate praeditum, vt inter illius decora minima portio sit nobilitas. Hic iuuenis patri simillimus est.

Iam nulli non cognitum est quae rerum vndae iam pridem agitent ciuitatem Basiliensem; et subinde noui aliquid existit. Ea res in causa fuit vt multi praeclari ciues solum verterint, vltroque sibi quodammodo exilium indixerint, dum malunt rei quam pietatis iacturam facere, nihilque non posthabent Christianae religioni. Quorum de numero sum et ipse, qui non solum rei familiaris graui dispendio, sed et summo vitae periculo, reliqui nidum cui tot annis assueueram.

Spero futurum vt ipse iuuenis suis moribus se tuae sublimitati commendet; ad omnem vitae functionem dexter et habilis, siue domi res sit gerenda, siue tempus strennuum militem postulet. Ad haec, germanus est vxori Henrici Glareani, quem virum eruditione varia clarum et de studiis optime merentem nouit opinor tua celsitudo; vt officio quod in hunc iuuenem collocaris, duos iam olim tibi deuinctissimos redditurus sis multo deuinctiores,

31. pietatis *J*: religionis *K*. 32. nihilque . . . religioni *J*: ac prius habent solum vertere quam institutum *K*.

5. munere] Perhaps the 200 crowns mentioned in Ep. 2027. 18–19.

16. aduersus Turcam] This was written before the news of the siege of Vienna had come in: see Ep. 2230. 23n.

22. Qui has perfert] Egli, son of Hemman Offenburger, Glareanus' father-in-law (cf. l. 39n). With his wife's father, the burgomaster Meltinger, he had escaped from Basle on the night of 8 Feb. See Ep. 2112. 57n.

23. Duci] Antony the Good (4 June 1489—14 June 1544), brother of the Cardinal. He had succeeded his father, René, as Duke of Lorraine on 10 Dec. 1508.

39. vxori] Anna Offenburgerin see Ep. 1316. 39n.

Erasmum et Glareanum. Nec dubito quin et apud te et apud fratrem Christianae pietatis amantissimum Principem plurimum ponderis sit habiturus iuuenis animus; qui quum possit apud suos non solum commode sed etiam honorifice viuere, mauult carere patriae commodis quam ea profiteri quae sibi persuasit a synceritate Christianae religionis abhorrere: praesertim quum haec rerum prooemia cordatis viris exitum cruentum portendere videantur. Deus omnia vertat in tranquillitatem: qui tuam celsitudinem diu seruet incolumem.

2218$_{2219}$ To Boniface Amerbach.

Basle MS. AN. III. 15. 11. ⟨Freiburg.⟩
Q. 28. ⟨c. 25 September 1529.⟩

[The six letters, Epp. 2218–21, 2223–4, are autograph and in close sequence; three being the letters actually received by Boniface, three his own rough-drafts which he preserved. Ep. 2220 evidently answers Ep. 2219; Boniface's messenger having made the journey of 39 miles within the day (cf. Epp. 2201. 53, 2209. 34), so that it was possible for Erasmus to write his reply the same night. The year-date is confirmed by the mention of the Conference at Marburg and of the publication of Budaeus' *Commentarii*.]

Si recte vales cum tuis, est quod plurimum gaudeo. Nos, gratia superis, vtcunque valemus. Si quis obtinget per quem scribas Alciato, queso vt eidem committas has litteras ad Petrum Castellanum, qui agit apud Biturigas. Cura vt quam optime valeas cum tibi charissimis. Non est quod haec res te sollicitum habeat. Non est magni momenti.

Clariss. D. D. Bonifacio Amerbachio. Basileae.

^{2218}2219$_{2220}$ From Boniface Amerbach.

Basle MSS. C. VI^a. 54. 22 (β) and 73. 371 (α). Basle.
27 September 1529.

[Two autograph rough-drafts exist, both well and clearly written. One (α) ends at *excusa est Argentorati* (l. 13), and is perhaps the earlier; for the second (β) came so near to being dispatched that it was folded, addressed on the verso, and sealed. The text of β is given here with a few readings of α incorporated.]

+

S. Accepi litteras tuas, Erasme clariss., adiunctis aliis, quas vt ad Petrum Castellanum mittam rogas: quasi vero tu me rogare debeas, cum pro tuo iure nihil non imperare et debeas et possis. Faciam hoc libenter, vtque primo quoque nuncio Biturigium perferantur curabo, si modo eas denuo censueris mittendas. Nam ob pestem illic rerum potitam Alciatum fugisse compertum habeo. Castellanum mansisse vix mihi fit verisimile; quottumquemque enim ex Gallis inuenias qui se tam presenti periculo committere sustineat. Tu ergo quid cum litteris fieri velis, significare denuo non grauaberis.

2218. 3. litteras] Ep. 2213.
2219. 6. pestem] See Epp. 2209. 69, 2225. 4. There is no mention of it in Ep. 2210.

Censura tua de hereticis, nescio vnde ex tuis lucubrationibus decerpta, Latine et Germanice ductu Nouiomagi excusa est Argentorati. Quid hac beneuolentia erga te sua bonus ille vir proficiat, non video: vereor vt a simultate non multum absit. Nam quod eo animo fecerit vt noue secte te introducere velit, non credo. Nihil tam prudenter vel circumspecte, addo et tam vere, scribi potest quin, si non suo loco dicatur, calumniam authori struat ac inuidiam concitet apud vulgus; quod, si vnquam, nunc temporis studia in contraria, vt ille inquit, scinditur. Varie hinc inde suspitiones subolent. Hic te huic sectae etiam nomen dedisse incusat, ille negat sed solum . . . Exemplar non mitto, quod intra breue temporis spacium bibliopola ad vnum omnia quotquōt habebat apud nos vendiderit.

De rebus nostris, nescio quid Enyo parturiat; adflictis, nisi fallar, additura adflictionem. Olim nihil Euangelium cum bellis commune habebat. Nunc nemo vindictae est magis appetens, nec in bella suscipienda propensior, quam hi qui prae spiritu crepant, ac inter Euangelicos, immo inter ἐνθεαστικούς, volunt haberi antesignani. Verum haec Christo commendamus. Ego eo rectius valeo quod te recte valere intelligo; vtque ita quamdiutissime valere possis, etiam atque etiam a Christo Seruatore precabor. Bene vale, Erasme optime.

Cursim Basileae 27. Septembr. Anno M D XXIX.

Agnoscis manum vere et ex animo tui.

Oecolampadium et Zuinglium Markburgum profectos non

26. appetentem *MS.*

---

11. Censura tua] An excerpt from the *Apol. ad monachos Hispanos* (Ep. 1967), LB. ix. 1057A–E, in which Erasmus discusses the punishment of heretics; printed as *Erasmi . . . Annotationes in leges pontificias et Caesareas de haereticis*, Strasburg, Chr. Egenolph, ⟨Sept.⟩ 1529. Of the 16 octavo leaves, only 1½ are occupied by the excerpt from Erasmus; the remainder are filled with letters of Geldenhauer. A German translation appeared at Augsburg in December.

The publication stirred Erasmus to a vigorous reply, *Epistola contra quosdam qui se falso iactant Euangelicos*, Freiburg, Jo. Faber Emmeus, *s.a.*; addressed to Geldenhauer as 'Vulturius Neocomus' and dated 4 Nov. 1529, Freiburg (Ep. 2238). In it he mentions various publications of this date purporting to be by him, and states that these *Annotationes* had appeared at the autumn fair (LB. x. 1575C).

See BEr[2], *Admonitio* &c., pp. 31–51, where Geldenhauer's purpose is discussed at length; also pp. 83–4, describing a longer extract from the same *Apologia* (LB. ix. 1054D–57E), which appeared in German, *Ein Antwort . . . D. Erasmi . . . die Ersuchung vñ Verfolgung der Ketzer betreffend*, s.l., 1529, and which is perhaps the 'Epistola Erasmi' sent by Geldenhauer to the Diet of Spires earlier in the year (LB. x. 1575AB).

12. Nouiomagi] Geldenhauer of Nymegen; see Ep. 487.

15–16. Nam . . . credo] This sentence is hastily written in between the year-date and the signature: with nothing to show where it was meant to be inserted.

19. ille] Verg. *Aen.* 2. 39.

Varie] This passage, which breaks off incomplete at *solum* (l. 21), is added in the margin.

35. Markburgum] Marburg in Hesse; where on 30 Sept. the Landgrave Philip (Ep. 2141. 14n) convened a conference of Lutherans and Zwinglians in a vain endeavour to unite them. On 16 Oct. the latter returned to Basle: see Ep. 2224. 13n, and LE[2]. 1549.

ignoras; opinor vt Lutherum conficiant. Adornamus hic τὰ ἐπινίκια.

Domino Erasmo Roterodamo, summo theologo ac bonarum litterarum parenti, domino et patrono incomparabili. Friburgi.

[2219] 2220 [2221] To Boniface Amerbach.

Basle MS. AN. III. 15. 7. Freiburg.
Q. 55. 27 September 1529.

S. Accepi litteras ex Biturigia 9. Cal. Sept. scriptas, in quibus erant omnia leta de Alciato. Si cessit, nuper cesserit oportet. Doleo fortunam hominis virtutibus parum respondere. Ista Enyo num patietur me de te ponere sollicitudinem? De litteris ad Castellanum ne sis anxius; minimi momenti, et misi alterum exemplar Francfordiam. Confido tuam prudentiam prospecturam ne quid res tuae detrimenti capiant. Nos gratia superis, sat recte valemus hactenus. Adrepsit in Germaniam pestis Britannica, quo malo non aliud formidabilius. Domini sumus, ille de nobis quae volet faciat.

Bene vale, Bonifaci amicorum syncerissime, cum tibi charis omnibus.

Friburgi 5 Cal. Octob. 1529.

Erasmus Rot. tuus.

Eximio doctori ll. Bonifacio Amurbachio. Basilee.

[2220] 2221 [2223] From Boniface Amerbach.

Basle MS. C. VI[a]. 73. 168. Basle.
30 September ⟨1529.⟩

Evangelia tuis litteris debentur, Erasme clarissime, omnia leta de Alciato annunciantibus. Dignus certe est qui tum ob eruditionem tum ob rarum ingenii candorem prosperiore fortuna vtatur. Bellum inter Heluetios compositum est, id quod quorundam absentiae acceptum refero; pacem enim non desperant. De perpetua concordia nihil dubitarem, si modo nobis per Euangelii scilicet praecones liceret esse concordes.

Commentariorum Budaei in linguam Grecam nuper Parisiis editorum vnum tantum exemplar habet Watenschne, a quo ita asseruatur vt egre eius inspiciendi potestatem fecerit. Temporis angustiis tum exclusus nihil inuenire potui nominatim ad te

2220. 5. Castellano *MS.*

2220. 1. litteras] Possibly Ep. 2210.
5–6. alterum exemplar] Cf. Epp. 1585. 1–2n, 2109. 2–3n.
8–9. pestis Britannica] See Ep. 2209. 108–164.
2221. 4. compositum est] By the First Peace of Kappel, 25 June (Ep. 2173. 30n); finally ratified at Baden, 22 Sept., Zwingli being absent. See Am. E. 45n.
8. Commentariorum] Paris, J. Badius, Sept. 1529. See Epp. 1794. 4n, 2052. 5–8; and, for Erasmus' eagerness to see a copy, Ep. 2077. 57–62.
9. Watenschne] See Ep. 1508. 12n.

pertinens. Verum quid tu de malo Britannico? Di talem auertite pestem! Conueniebat, seruato domi malo, aurum mittere egentibus ac plus satis alioqui omni morborum genere oneratis.

Lutherus Nouum Testamentum in linguam Latinam transtulit, post Homerum de bello Troiano, vt dici solet, scribens. Hoc quia tua, vt scires, interesse putabam, quamprimum per hunc nuncium iamiam iter ingredientem vno et altero verbo significare volui. Litterarum ad me missarum nomine iubeo te bono ⟨esse⟩ animo: vt Dolam perferantur curabo. Christum precor vt studiis te et nobis quam diutissime seruet, optime atque omnium eruditissime Erasme. Magnae mihi sollicitudini est valetudo tua.

Basileae cursim. prid. Calend. Octobr.

2222. To John Vlatten.

LB. App. 350. Freiburg.
2 October 1529.

[As with some earlier letters to Vlatten (Epp. 1467, 1549), we have no other source than LB. The year-date is amply confirmed by the contents. The address shows that Vlatten was now at Spires.]

ERASMVS ROT. ORNATISSIMO D. VLATTENO, SCHOLARCHO AQVENSI, S. P. SPIRAM.

Ornatissime Vlattene, aestas hic satis adrisit; at vereor ne autumnus et hyems non perinde faueant huic corpusculo. Paro nidum in aedibus alienis, sed aere meo. Antonius Fuggerus priusquam Basileam relinquerem, per proprium nuntium obtulit pro viatico centum florenos, et quotannis tantundem, si voluissem me conferre Augustam: egi gratias et excusaui. Ille paulo post, acceptis litteris meis, misit poculum inauratum perquam elegans, pretio, ni fallor, quadraginta florenorum. A Vienna semper abhorruit animus, et video res Ferdinandi vehementer turbatas. Adornabat mihi munus regale, vt adseuerabant: hic tumultus excussit hoc consilium. Maria, Ferdinandi Regis soror, cui dicaui Viduam, idem habebat in animo, sed ea Turcarum metu cessit in Morauiam. In Brabantia quid agam non video. Ab arcibus abhorreo; et viderer mihi metuere, si me in arces coniicerem. Audio ne Coloniam quidem satis tranquillam esse, et illic theologos coepisse nuper in me grunnire; fiducia pacis inter monarchas sartae, sicut opinor. Qui rumor si verus est, vereor ne censeamus

2221. 15. Lutherus] B.-Biedermann points out (Am. E. 45n) that this is an error. Luther made no Latin translation of N.T., but was revising his German translation at this time.

16. post Homerum] i.e. after Erasmus' N.T. The saying was perhaps derived from Hor. *A.P.* 136–9.

19. Litterarum] Evidently Ep. 2213: which was to go to Dole on the way to Bourges.

22. Magnae] Boniface afterwards scratched through this sentence.

2222. 3. aedibus] See Ep. 2112. 15n.

Fuggerus] See Epp. 2145, 2159, 2192–3.

6. excusaui] See Ep. 2145.

7. poculum] See Ep. 2192. 58n.

8. Vienna] Cf. Ep. 2005 introd.

12. Viduam] See Ep. 2100.

12–13. in Morauiam] See Ep. 2211. 37–9.

16. pacis] See Ep. 2211. 3n.

hanc pacem nobis grauiorem quam fuerit bellum: quae monstra theologorum ac monachorum insilient in nostra capita! Quod offers aedes tuas, habeo gratiam. Odi carbones; et haud scio an expediat Cardinali Leodiensi esse tam vicinum. Punicum genus! Decretum est hic sedere hanc hyemem, cum hirundine deuolaturi quo me Deus vocarit. Doleo tibi fractum crus (id enim narrauit Dilfus), sed restitutum gaudeo.

Hunc Quirinum meum rursum mitto in Britanniam, vnde iam pridem nihil mittitur. Guilhelmo principi Iuliacensi dicaui nescio quid libellorum; adiuuabis illum tuo consilio, quo possit commode reddere. Ex eo poteris de rebus meis omnibus ad plenum cognoscere. Cum haec scriberem, epistola tua non veniebat ad manum. Vale. Friburgo 2. Octobris, Anno 1529.

^{2221}2223$_{2224}$ To Boniface Amerbach.

Basle MS. AN. III. 15. 8. Freiburg.
Q. 56. 4 October 1529.

S. P. Dii boni, quam habemus Euangelium, non modo salax et edax verum etiam pugnax ac lucrax! Non dubito quin arte Conradi sit factum ne Budei nouum opus ad nos veniret. Facile credo Budeum in me non stringere calamum, sed eruditionis causa cupiebam videre. Nunc opera Conradi expectandum erit Pascha. Budeus, vt vir magnificus, non dignatur attingere plebeios, sed quemadmodum in me subornauit versificatorculos, quorum vnus est Iacobus Tussanus, ita in Alciatum, cui et ipsi male vult,

2222. 25. Hunc *scripsi*, cf. *Epp*. 773. 1, 1955. 5, 2200. 22: Hinc *LB*.

2222. 20. Odi carbones] O. R. Redlich in *Zs. d. berg. Geschichtsvereins* xli, 1908, p. 160 explains this as a reference to the coal-mines of the Julich–Cleves district.

21. Leodiensi] It appears that, in spite of Ep. 2054, Erasmus was now again suspicious of Erard (cf. Ep. 1467. 18n); possibly as being a patron of Eustace of Sichem. See de Jongh pp. 169–70; cf. also Ep. 2353, and a letter written to Erasmus by Jo. Campensis at Erard's request, 9 March 1532 (Breslau MS. Rehd. 254. 44), to testify to the Cardinal's good feeling.

24. Dilfus] He had returned from his visit to Spain and was once more staying with Erasmus; cf. Ep. 2243. 40–41. Later he obligingly went to Besançon to fetch Erasmus his wine; see Epp. 2225. 2241–2.

25. Quirinum] Talesius; see Ep. 1966. Besides the book for Duke Wm. (ll. 26–7) he carried Epp. 2211–12, 2215, a letter to Riquinus perhaps contemporary with this (Ep. 2246. 1), and a letter of 8 Sept. which reached L. Ammonius through Schets and Edingus at Ghent about 18 Oct.: see Epp. 2214. 7n, 2258. 1–3, 2270. 19–22. Ep. 2227 shows that he was charged with the distribution, if not the actual conveyance, of the copies of Augustine (Ep. 2157) destined for friends and patrons in England.

By 24 Oct. he had reached London; and he brought back Epp. 2226–8, 2232–3, 2237. Leaving London after 21 Nov. he was at Tournay on 7 Dec. (Ep. 2239); and though on 10 Dec. Erasmus was hourly expecting him (Ep. 2241), he was still at Antwerp on 13 Dec. (Ep. 2243), and perhaps at Mechlin on 26 Dec. (Ep. 2244). By c. 13 Jan. 1530 he had recently returned to Freiburg (Ep. 2253. 37–8).

26. Guilhelmo] See Epp. 2189, 2190.

29. epistola] Not extant.

2223. 3. Conradi] Resch; see Ep. 330. 14n.

5. Pascha] 17 April 1530.

7. versificatorculos] See Ep. 2209. 100–102.

8. Tussanus] See Epp. 2077. 11n, 2119.

in Alciatum] Cf. Ep. 2209. 102–3.







BONIFACE AMERBACH'S ROUGH DRAFT. Ep. 2224: Basle MS.

subornat iureconsultos nescio quos. Fabulae partem cognosces ex epistola Viglii, summae spei iuuenis.

Si lues Britannica demigrauit in Germaniam, nihil eo malo formidabilius, nec celeris contagii. Apud Britannos ante annos ferme quadraginta exortum, nunquam desiit, licet subinde seuit acrius. Vix credas esse tantum hominum in Anglia quantum occidit, quum adhuc ignota esset vis morbi. Sudor est igneus, intra octo horas aut paulo plures tollit hominem aut vitae spem porrigit. Qui caloris impatientia admittunt auram, subito prefocantur; qui occlusis omnibus multo igni cubiculum incendunt, prefocantur. Si motis linteis contingat ventulus, actum est de illis, presertim si aperiant axillas, quas ipse morbus sic astringit vt, si velint, aperire non possint. Itaque lintea sudore putria sensim subducun⟨tur⟩, non mota lodice, ac paulatim inseruntur munda excluso vento. Hac moderatione factum est vt postea multo pauciores perirent. Quin repetit iterum atque iterum hominem nouo contagio. Aiunt denique repertum a medicis presens remedium: quod cuiusmodi sit, nondum scire potui. Puto apud Anglos vix trigesimum quenque ab eo malo preteritum. In familia Mori frequenti nullum reliquit intactum preter ipsum et vxorem; nullum tamen sustulit, quod sciam. Quot flagellis admonet nos Deus! nec tamen emendamur.

Si quando voles commutatione loci reficere animum ad dies decem aut quatuordecim, habebis apud nos cubiculum et lectum satis commodum, mihique futurus es hospes multo gratissimus. Apparaui mihi nidum meo sumptu sat commodum. Si modo nancisci liceat bonorum lignorum copiam, charitatem vtcunque contemno. Nec est quod de sumptu cogites. Ingens lucrum mihi fecisse videbor, si liceat tua doctissima consuetudine vti.

Saluta mihi Basilium et vxorem. Ipse vt quam optime valeas opto.

Datum Friburgi .4. Nonas Octobr. 1529.

Agnoscis tuum.

Ornatiss. viro D. Bonifacio Amerbachio. Basileae.

[2223]2224. From Boniface Amerbach.

Basle MS. C. VI^a. 73. 310. Basle.
18 October ⟨1529⟩.

Recte diuinasti, clariss. Erasme. Conradus Budaei in linguam Graecam Commentarium hic excudendum locauit, positis nescio quo pacto insidiis predam ab Ascensii prelo etiamnum madentem

2223. 22. subducũ/ *Erasmus, nec finiuit versu proximo.* 26. cuiusmod *MS.*

2223. 10. Viglii] See Ep. 2210. 15–20.

11. lues Britannica] See Epp. 2209. 108–164, 2249. 34–8. Boniface passed on this account to his friend, Jo. Montaigne, at Avignon: Basle MS. C. VI^a. 54. 39v°.

33. hospes] It was not till after Christmas that Boniface could accept this invitation: see Epp. 2231, 2235–6, 2248, 2279 introd., 2280.

35. charitatem] See Ep. 2192. 118n.

2224. 2. Commentarium] The edition now undertaken by Bebel and published in March 1530, is a close reprint of Badius'; which had appeared in Sept. 1529.

nactus; eodem, nisi fallor, ingenio ne Parisien⟨sis⟩ editionis exemplaria ad nos transuehantur cauens. Operis apud nos inchoati specimen ad te mitto; plura missurus propediem, si tibi gratum fore intellexero. Nam qua est eius redemptor Bebelius facilitate, me reliqua nullo negocio habiturum confido.

Hic viuimus, mi Erasme, sub praetextu Euangelii lucrum etiam cum alterius iactura captantes. Nihil non nunc Euangelii libertas vel permittit vel iubet. Nostros praeter omnium expectationem rediisse non ignoras, opinor; quid disputando promouerint incertum. Heri Zuinglius ad plebem de republica feliciter instituenda sermonem habuit, duo eius columina ponens prophetiam et gladium; tum eam felicem futuram praedicans, si primae prophetis (hoc enim verbo concionatores designabat) deferrentur, si hos auscultaret, proque horum nutu, quicquid vel imperassent vel prohibuissent, gladius, nempe magistratus, quem in secundis ponebat, cuncta exequeretur. Sunt qui dicerent eum monarchiam adornare prophetis nostris: quam ipse iamdudum Tiguri non solum affectauit sed et assecutus esset. Verum itane sit, nihil ad me.

De malo Britannico formidabilia adnuntias. Vtinam praesentissimum illud remedium quo de scribis, habere potuisses! quin qua es humanitate, communicasses non dubito. Nunc prophylacticis communibus contra pestem vtor. Domini voluntas fiat: illi stare et cadere cupio. Nisi falsus est rumor, mali aduentantis semina in vno et altero sensimus. Verum clementer admodum; nam eo modo quo tu scribis, aduersus omnem ventulorum iniuriam lodicibus communiti euaserunt.

Quod domum tuam mihi offers, si commutatione loci animum reficere cupiam, facis hoc, mi Erasme, pro tua singulari humanitate; ex qua velut ex perenni copiae cornu, nullum non beneficentie genus profluit. Vtinam is aliquando sim qui, vt ex pari tecum congredi non ausim, ita saltem grati animi et libenter paria, si possit, facturi documentum praestare queam! Petro Castellano Biturigas litteras tuas misi. Bene vale, incomparabile omnium studiorum decus, clientis tui memor.

Basileae. xv. Kl. Nouembr.

2225. To Louis Ber.

Berlin MS. Freiburg.
22 October 1529.

[An original letter, autograph throughout: in the Radowitz collection

6. specimen] For such use of proofs cf. Ep. 1804. 19–20.

7. Bebelius] See Ep. 1508. 12n.

11. Nostros] For this sentence Boniface wrote as an alternative in the margin 'Nostri praeter omnium expectationem nudius tertius redierunt; non tamen cum baculo et pera apostolica sed viginti, vt audio, equitibus comitati'.

12. rediisse] See Ep. 2219. 35n.

13. Heri] For this Boniface wrote first, 'altera postquam aduenissent die'. P. Ryff in his Chronicle (*Basler Chroniken*, 1872, i. 105) records that they returned on Sat. 16 Oct., and that Zwingli preached in the Minster on Sunday.

16. primae] *sc.* partes.

37. litteras] Ep. 2213.

which came into the Staatsbibliothek at Berlin in 1864. The year-date is fully confirmed by the contents.]

S. P. Opinor proximas litteras meas tibi redditas esse. Tua prudentia statuet quod maxime perspexerit fore in rem suam. De hospitio sic habet vt scripsi.

In Galliis odiosissime ludit pestis, sudor letalis turbat totam Brabantiam ac Flandriam vsque ad Argentoratum; vbi terret omnes, paucos tamen tollit e medio. Hic, quod in gloriam Christi surdaque Nemesi dictum sit, nihil huius auditur mali. Turcus tenet maximam Vngariae partem et parcit nemini. Videt quo tendat Caroli et Ferdinandi potentia: quam vtinam non timerent et Christiani principes! Nam met⟨u⟩ quod fit, diuturnum esse non potest. Ego nihil magis admiror quam tot plagis, tam horrendis calamitatibus n⟨e⟩minem fieri meliorem. Roma sceleratior est quam fuit. Ex canonicis profligatis quis diuortium fecit cum amica? quis repudiatis voluptatibus se contulit ad studia sacrarum litterarum? Sed desino plura, ne mihi pereat hoc operae, si Dilfus meus, qui pro sua humanitate hoc iter mea causa suscepit, isthac non eat.

Quidam Archiepiscopus Rosanus Pontificis nouum legatum agit apud Ferdinandum, diploma gratiarum ad me mitti iussit; nam scribunt illum esse nostri amantissimum. Bene vale in Domino, praeceptor ac patrone vnice.

Aggredi cepi libros De ratione concionandi, sed animus semel elapsus e vinculis, veluti Proteus quispiam in omnia se vertit, ne rursus capiatur. Expugnabo tamen. Non doleo Pontificis legatum esse in Gallia. Moderabitur Beddae intemperias. Per-

---

1. proximas] Not extant.

3. hospitio] It appears that Ber was preparing to move to Freiburg.

4. pestis] Cf. Ep. 2219. 6n.
sudor letalis] Cf. Ep. 2209. 108–64.

9. potentia] Cf. Ep. 2211. 40n.

12. meliorem] Cf. Ep. 2177. 67n.

13. profligatis] During the occupation of Rome by the Imperialists 1527–8. For the miserable condition of the city when Clement returned on 5 Oct. 1528 see Pastor x, chh. 1, 2.

16. Dilfus] In the absence of Quirinus (Ep. 2222. 25n) he had volunteered to go to Besançon to fetch wine for Erasmus; and evidently was proposing to take Thann on his way. He did not return till c. 10 Dec.; see Epp. 2241, 2.

18. Rosanus] Vinc. Pimpinella († 13 Oct. 1534), a scholar who had been lecturing at Rome on the Greek New Testament c. 1519. In July 1525 he was appointed Abp. of Rossano in Calabria, but is said by Gams to have resigned in 1527, apparently on becoming governor of parts of the Papal dominions. On 14 June 1529 he was accredited to Ferdinand as nuncio in Hungary; and remained there and in Germany till c. 29 Aug. 1532, when he returned to Italy. An oration delivered by him at the Diet of Augsburg on 20 June 1530 was printed at Augsburg, A. Vueyssenhorn, 15 July 1530.
See W. Friedensburg, *Nuntiaturberichte aus Deutschland*, I (1892), pp. xlviii–li, 609.

19. diploma] Perhaps renewing Ep. 1542: not extant.

22. libros] See Ep. 2083. 17n.

23. e vinculis] of Augustine (Ep. 2157); cf. Ep. 2077. 6–7.

24–5. legatum] Either Salviati (Ep. 2066. 79n); or, as his office expired c. 6 Aug., his successor, Cesare Trivulzio, bp. of Como 1527–† 1548, who was appointed legate on 28 Sept. and arrived in Paris c. 2 Nov. 1529. See *Actes de François I*, ix, pp. 125–6.

25. Beddae] Cf. Ep. 2213. 17.

spiciunt illi talibus sycophantiis res in deterius propelli. Rursum vale. Datum Friburgi 11. Cal. Nouemb. 1529.

Agnoscis tui mancipii manum et animum

Eximio theologo D. Lodouico Bero. Thannis.

2226$_{2263}$ FROM CUTHBERT TUNSTALL.

Leipzig MS. EE. 112.

London. 24 October 1529.

[An original letter in one hand throughout, seemingly autograph: commenting on Erasmus' migration from Basle, which must therefore be recent; written between the Froben publications of Augustine (Ep. 2157) and Chrysostom (Ep. 2359).]

S. P. Ex litteris tuis nihil laetum accepimus nisi quod tu saluus e Basilea migraris Friburgum. Multa quae tristiciam afferant, intelleximus, vt nunc turbulenta sunt tempora, cum nobilis illa Germania nouis sectis discissa communem hostem in finibus habeat, potentiorem multo quam vt vllus rex quantumuis potens submouere posset; qui Christianorum dissidiis in tantum creuit, vt verendum sit ne illius opum immensitas atque imperii magnitudo, Hungariae iamiam captiuitate aucta, de discordiis nostris supplicium, Deo ita permittente, sumptura sit.

Subuersam Basileam tam celebrem vrbem vehementer doleo. Nam quid aliud quam subuersam dicam? quae detestandis atque insanis illis quidem adherens haeresibus, ab orthodoxa desciuit fide. Quod scribis quorundam instigatione multos in te concitatos monachos, et Franciscanos presertim, si maledicta maledictis refelles, nunquam erit tibi discordiarum finis cum tot milibus concertanti, cum ignis igne non extinguatur sed accendatur magis. Contra eiusmodi molestiam tutissimum est quod Paulus suadet: 'Si esurierit inimicus tuus, ciba eum, si sitierit, potum da illi; ita carbones ignis congeres super caput eius'. Et quid tutius quam anchoram spei nostrae firmiter tenere atque orthodoxae adhaerere Ecclesiae? id quod te facturum scribis. Et si qua Ecclesiam offendunt de quibus es admonitus, ea potius est te repurgare quam aliorum notari censura, caetera vero omnia tua Ecclesiae iudicio permittere. Nam de te quoque, cum decesseris, suum Ecclesiae iudicium erit, sicut de omnibus hactenus extitit qui ante te fuerunt. At tunc apologia nulla parari poterit, si non ipse, adhuc superstes, de tuis operibus magis Ecclesiae iudicium quam tuum approbaueris; id quod tum eruditi tum sancti plerique patres factitare

2225. 30. Thannis] See Ep. 460. 12n.

2226. 4. hostem] The Turk; cf. Epp. 2211. 32–3, 2215. 14–16.

10. Subuersam Basileam] See Ep. 2101. 31n.

13. scribis] The letter is not extant; but obviously it was carried by Quirinus (Ep. 2222. 25n) and contained a passage similar to Ep. 2215. 38–41.

16. concertanti] Cf. Epp. 2120. 14–22, 2124. 7–11, 2272. 39–50.

17. Paulus] Rom. 12. 20.

solent. Annon Augustinus, iam senior, multa sub incudem reuocauit? multa etiam Hieronymus? Nam non idem vbique scripsisse eos liquet; longe aliud cum disputationis calore nonnunquam inflammati refellere aduersantes, aliud cum sedati Scripturae locum aliquem interpretari nitebantur. Horum si sequeris exemplum, et obtrectantibus os obstrues et nonnullis operibus tuis aeternitatem conciliabis: quae alioqui periclitari possent, quod sint in his nonnulla quae eruditos offendant. Habes meum de negocio quod tibi facessunt aduersarii, consilium.

Vertisti iam pridem fragmenta quaedam Origenis in Matheum, vbi nonnulla reperiuntur que, etiam si Origenis fuerint, eruditos tamen offendunt, quod aliam de dominico pane (si modo sic Eucharistiam vocat) sententiam exprimant quam vel prisci patres vel Ecclesia vnquam senserit; cui, etiam si germana sit Origenis et non ab aemulis addita, veteres omnes refragantur. Quare optassem magis delituisse non versam, quam abs te versam tibi probatam posse videri; presertim hac tempestate, quando tanta de Eucharistia inter nouas istas sectas sunt dissidia. Nam que illic scribuntur, magis ad benedictum panem, qui populo diebus dominicis a sacerdote post sacra solet porrigi, quam ad illam dominici corporis maiestatem pertinere videntur. Quocirca tibi suaderem vti, tuam de ea re sententiam cum Ecclesia consentire, scriptis tuis testatum potius relinqueres, quam vllam posteritati de tua opinione suspicionem ob illa iampridem versa preberes. Multa Origenica displicuerunt veteribus; e quorum numero, si hoc non fuisset, iam id ante aetatem nostram, puto, orthodoxorum vertisset aliquis.

De repurgandis Colloquiis iam ante admonui; quandoquidem sunt quae in eis multos non ineruditos offendunt, nempe de ieiuniis, de cerimoniis, de Ecclesiae decretis in Ἰχθυοφαγίᾳ, de peregrinationibus, de inuocatione diuorum in periculis, quae te subsannando vellicare criminantur. Facile quae eiusmodi sunt sic emendare posses vt omnem occasionem de tuis male audiendi tolleres.

Vertisti Chrysostomi quaedam in Acta Apostolorum. Vtinam totum absolueres opus! si modo suppetunt exemplaria; nam melius operam collocare non poteris. Quod autem Frobenianam officinam Chrysostomum nunc aggredi scribis absoluto Augustino, ante omnia prouidendum est vt ne Oecolampadianam editionem sequamini. Etenim preterquam quod Lutheranis notis in margine

38. Origenis] See Epp. 1835, 1844.
50. cum Ecclesia] For Erasmus' loyalty to the Church cf. Ep. 2123. 14n.
56. Colloquiis] Erasmus had been obliged to defend these to English patrons in 1526: see Epp. 1697, 1704, 2037, and cf. Ep. 1704. 40n. But Ep. 1697. 75 implies that Tunstall had not then expressed his disapproval. The *Ichthyophagia* appeared first in the Froben edition of Feb. 1526.
63. Chrysostomi] See Ep. 1801.
66. Chrysostomum] See Ep. 2359. Augustino] See Ep. 2157.
67. Oecolampadianam] Besides some translations of separate pieces, Oecolampadius had edited vols. 5 and 6 of Cratander's Latin Chrysostom, Basle, 1522 and 1525; see E. Stähelin's *Oekolampadbibliographie*, 1918, nos. 68 and 104, and *Die Väterübersetzungen Oekolampads*, 1916, pp. 13–35.

referta sunt omnia, veterem lectionem ipsam adiectis suis emblematis corruperunt. Et quicquid ab Oecolampadio versum, preterquam quod in totum suspectum est, male redditum deprehenderunt qui apud nos linguam Graecam probe callent: vsque adeo vt mirentur illum vertendi vsurpasse prouinciam tam eius linguae imperitum. Quare nihil editote quod ab illo sit versum, ne cetera minus vendibilia reddantur. Apud nos est in Academia ingens volumen Homeliarum eiusdem in primam ad Corinthios Epistolam, a Francisco Aretino versum.

Vale Londini vicesimo quarto octobris, 1529.

Tui amantissimus frater et amicus
Cuthbertus Londoniensis episcopus.

Eruditissimo viro D. Erasmo Roterodamo, sacrae theologiae pro⟨fes⟩sori. Friburgi.

2227. From John Longlond.

Breslau MS. Rehd. 254. 99. London.
EE². 76. 28 October ⟨1529⟩.

[An original letter, written and addressed by a secretary, signed by the Bishop. The year-date can be supplied from the arrival of Augustine in London. For volumes of the earlier edition, 1494–5, belonging to Longlond see Ep. 1535 introd.]

IOANNES LONGLONDVS, EPISCOPVS LINCOLNIENSIS, SVO D. ERASMO ROTERODAMO S. P.

Reddidit michi Quirinus tuus litteras, vt que venerant ab Erasmo, certe gratissimas. In quibus magnas michi gratias agis, quod ad te scripserim: quem oporteat multo plures et maiores agere tibi, quod tocies et tam benigne rescripseris. Neque solum scribis, sed et munera mittis, vt sentiam nichil abesse quod amicus vsquam expectat.

2226. 75. Academia] Evidently Cambridge; cf. l. 76n.

76. Homeliarum] In his Chrysostom vol. i, pp. 149–302, Erasmus printed the first 29 of these (cf. Ep. 2291. 12–13), as translated by Fr. Aretino; using a MS. lent by Fisher, very likely the volume mentioned here. In Ep. 2359 Erasmus says 20. The later Homilies, 30–44, were translated by S. Grynaeus (Ep. 1657).

77. Aretino] Franc. Griffolini of Arezzo, a pupil of Valla (Ep. 20. 102n) and Guarino. Many translations from Greek into Latin are ascribed to him:

1. 137 letters of Phalaris, dedicated to Malatesta Novellus, founder of the Library at Cesena; later enlarged with four more, and addressed to Alfonso I of Naples († 1458): first printed at Treviso, G. Lisa, 1471.

2. Letters of Diogenes the cynic; dedicated to Pius II (1458–64).

3. Chrysostom's Hom. on Jo. Evang. for Jo. Geoffroi, bp. of Arras (1453–62); later revised for dedication to Cosmo dei Medici in print, Rome, G. Lauer, 29 Oct. 1470. See also l. 76n.

4. Lucian's *De calumnia*, dedicated to Tiptoft, earl of Worcester, who was in Italy c. 1458–60: MSS. in the Laurentian at Florence and in St. John's Coll., Cambridge, no. 61.

He is also credited with completing L. Valla's translation of the Iliad, and translating the Odyssey.

See a life by G. Mancini, Florence, 1890, which I have not seen; Tiraboschi vi. 542–3; and Voigt. Mazzuchelli, having gathered much information about him, confounds him with Franc. Accolti of Arezzo, the lawyer.

2227. 1. Quirinus] See Ep. 2222. 25n.

Munus proxime missum duplici nomine summum, et quod Augustini, authoris consummatissimi, et quod Erasmi, recognitoris exactissimi. Que quidem opera non tam ardenter optabam vt a prelo dimissa venirent, quam nunc letor aduenisse. Dum Quirinus litteras tradens secum attulisse nunciabat, nescis quanto me gaudio perfudit: nec conquiescere poteram donec allata tandem introspicerem. Inter recensendum ex ordine volumina, nomine Iohannis Viuis ex insperato quoddam erepsit, quod velut ante visum et perlectum tanquam auctarium inexpectatum reliqui sibi. Tum reuersus ad thesaurum illum nouum et absconditum comperiebam abesse tomum quintum. Mirabar, nec poteram aliter arbitrari quam intercidisse Quirino. Rogitabam Aldrisium tuum an ipse forsan in hac re quicquam amplius didicisset ab eo. 'Qui fit' inquam, 'vt desyderemus hic quintum tomum?' Nichil ille poterat opinioni nostre mederi. Reuocatus itaque Quirinus aperit et certo pronunciat illud Viuis esse quod tam solicite querebamus, et quomodo sit enarratum indice, demonstrat. Satis ipse fecit opinionis ambiguitati, sed non expleuit animum meum; qui totus in id aspirabam, vt Erasmi lucidissima scholia cernerem, presertim in illud de Ciuitate Dei. Dabit adhuc Deus vt tantum illuc laborem impenderis.

Acuta quidem atque erudita que Viues edidit; sed nescio quid supra ceteros que forent Erasmi, spirant. Narrabat minister tuus illud Viuis ideo tuis associatum, vt, quod per se vix possit, cum tuis vna diuenderetur. Quotquot erudicioni student, vtriusque precium equissime ferunt; vt per quicquid illius est, opera tua careant, grauatim accipiunt. Videre videor vt eruditissimi quique tibi supplicant. Ego tuus, cui potestatem ingenue facis quidlibet audendi, quidlibet a te efflagitandi, oro et obtestor, immo plus omnibus te rogat Augustinus, vt, sicubi vacet, operi illi suo limam ipse tuam adhibeas, vt penicillo tuo formas explices, vt obscura tectaque scholiis illustres. Sed causabere corporis imbecillitatem que tantis operibus minus denuo sufficiat. Scimus et dolemus senectam ingrauescentem et morbum prementem. Si tamen fieri possit per valitudinem inoffensam, optamus a te quod aliunde, si tu recuses, haud speramus.

Gaudemus Senecam a te tam diligenter esse reuisum atque integerrime recognitum, et gratias habemus atque agimus laboribus immensis, quantas referre nullo modo possumus. Ingratus et infidus ille quisquis opus illud ante contaminauerit, sed non prorsus infelici successu fecit, cum tam perfectum et venustum accessisse videamus.

Vale et perge, Erasme dilectissime, reliquum etatis, vt coepisti, in illuminandis sacris litteris; nusquam immemor quod promittitur, 'Qui elucidant me, vitam eternam possidebunt'.

8. Augustini] See Ep. 2157.
14. quoddam] Vives' edition of the *De Ciuitate Dei*, 1522; see Ep. 1309 introd. The abridged volume of Dec. 1529 was not yet ready.
18. Aldrisium] See Ep. 1656.
31. diuenderetur] Cf. Epp. 1531. 36–45, 2040. 26–32.
34. potestatem] Cf. Ep. 2017. 17.
43. Senecam] See Ep. 2091.
46. ille] Nesen, who had so carelessly seen the first edition of Seneca (Ep. 325) through the press.
49. promittitur] Ecclus. 24. 31.

Munus quod assolet, dedi Quirino ad te; quod grata sume manu, et me tuum in rebus quas possum agnosce. Significauit michi Quirinus te recepisse quod circiter Natalem Brickmano ad te dedi, id quod admodum etiam mihi gratum est. Londini vigesimo octauo die octobris.

Tuus Iohannes, Lincolniensis episcopus.

Eruditissimo viro et amico meo quam charissimo, d. Erasmo Roterodamo, Friburgi.

[2211]2228. From Thomas More.

Leipzig MS. ⟨Chelsea.⟩
EE. 113. 28 October ⟨1529⟩.

[An original letter, autograph throughout. The year-date can be supplied from the evident allusion to More's appointment as Chancellor.]

S. P. Diu meditans et suspirans ocium, ecce deimprouiso negociis et plurimis et maximis iniectus sum. Ea cuiusmodi sint, e Quirino tuo intelliges. Sunt ex hiis qui mihi sunt amici, qui vehementer exultant ac mihi valde gratulantur. Tu qui res humanas soles prudenter et sollerter expendere, fortunae meae fortasse misereberis. Ego me rebus accommodo, et Principis optimi erga me tam immenso fauore gratiaque delector; sedulo curaturus vt eximiae illius de me conceptae spei, quum ingenio ceterisque dotibus longe sim impar, diligentia quo ad potero, fide certe ac voluntate omni ex parte respondeam.

Cetera omnia audies e Quirino, quem accurate omnibus de rebus edocui. Tibi vero, mi dulcissime Erasme, omnia feliciter succedere tanto plus opto quam ipsi mihi, quanto id rei Christiane multo magis interesse video. Vale, charissime Erasme, plusquam anime mee dimidium, ex rusculo nostro XXVIII Octobris.

Toto pectore plus quam tuus
Thomas Morus.

Viro optimo atque eruditissimo D. Erasmo Roterodamo. Friburgi.

2229. To John Erasmius Froben.

Epistolae Floridae p. 124. Freiburg.
K. p. 131: N. p. 1048: Lond. xxvi. 51: LB. 1079. 2 November 1529.

[The year-date is corroborated by the connexion with Epp. 2231, 2236; and is confirmed by the presence in Erasmus' household of Haio Cammyngha (l. 20), who in Jan. 1530 went off to Italy.]

ERAS. ROTER. IOAN. ERASMIO FROBENIO S.

Epistolivm ad te meum, quod hic per obliuionem, vt opinor, reliqueras, tibi remitto. Dixeras enim hoc inter tibi charissima

2227. 51. Munus] 15 angels: see Ep. 2072. 4-6.
53. Brickmano] See Ep. 258. 14n.
2228. 2. negociis] On 25 Oct. More had been appointed to succeed Wolsey as Chancellor.
3. Quirino] See Ep. 2222. 25n.
2229. 1. Epistolium] Not extant: perhaps of the same character as Epp. 405, 1034.

κειμήλια reponendum esse. Mitto et Colloquia funiculis ornata; quae si frequenter in manus sumpseris, fiet vt etiam absentes inter nos misceamus colloquium.

Priusquam relinquas Basileam, fac ad me perscribas quam tibi successerit equitatio, quamque felicibus auspiciis te tua patria reducem exceperit. Quod si te non poenitet migrationis, nos tui desiderium moderatius feremus. Sin et alacrius et maiore tuo bono viuis alibi quam apud nos vixisti, gratulabimur etiam tuae felicitati. Neque enim alia conditione te dimisimus quam vt alibi magis ex animi tui sententia fructuque vberiore vitam ageres. Id si contingit, plus capiam voluptatis ex tuis commodis quam ex absentia molestiae. Sin minus, non dimisimus te, nisi huc redi-turum, donec sese offerat commodior occasio. Proinde fac scribas et quamprimum et ex animo. Si non offertur alius certior, poteris per Bonifacium Amerbachium tuto quae voles significare. Scito nullas meas litteras ad te venturas inanes. Bene vale, suauissime Erasmi.

Saluta tuos omnes meis verbis. Salutat te Haio. Nam Can-nius, vti coniicio, scribet ipse. Datum apud Friburgum Brisgoum postrid. Calend. Nouemb. M.D.XXIX.

2230_{2309} TO JOHN HENCKEL.

Epistolae Floridae p. 125. Freiburg.
K. p. 132: N: Lond. xxvi. 52: LB. App. 351. 2 November 1529.

[The year-date is amply confirmed by the contents.]

ERASMVS ROT. IOANNI HENKELLO S.

SALTEM hoc nomine amo Bellerophontem nostrum, quod bona fide reddidit quae mandaueramus. Nunc scribit sibi nihil deesse praeter duodecim aureos, quibus emat equum et panopliam aduersus Turcos: nam his atrocia precatur.

Mi Henkelle, vix vllis verbis assequi valeam quantae mihi voluptati fuerit, quod incomparabilis illa heroina, multo pietate quam tot regum ac Caesarum stemmatis illustrior, Viduam nostram tanto amplexa est affectu; sed rursum pudet pigetque nec materiam nec tractationem vel animo meo vel illius meritis respondere. Quid est autem, vir optime, quod tu mihi tuo quo-

2229. 8. te *om. K.* 10. gratulamur *N.* 22. Anno *ante* M.D.XXIX *add. N.*

2229. 3. funiculis] Silk ties, which for such thick volumes as the Froben *Colloquia* of March or Sept. 1529 would be specially useful; cf. Ep. 2197. 30.

6. relinquas Basileam] For various projects of sending Erasmius to Lyons, Paris, Louvain see Epp. 2231, 2235-6. Finally Louvain was chosen; and he lived first with C. Harst and then with Goclenius. See Ep. 2352. 285-97, which gives a poor account of him.

7. equitatio] Cf. Ep. 2231. 38.

20. Haio] Cammyngha; see Ep. 2073.

20-21. Cannius] See Ep. 1832; and cf. Ep. 2236. 12-14.

2230. 1. Bellerophontem] Evidently Polyphemus is intended: see Epp. 2110, 2130. The parallel with Bellerophon consisted in his carrying letters: cf. *Adag.* 1582, 'Bellerophontes litteras'.

7. Viduam] See Ep. 2100.

que nomine gratias agis pro tantillo officiolo? quo nonnihil verebar ne tua offenderetur modestia. Quare mihi cumulatissimam ab vtroque relatam gratiam existimo, vel ipse potius me debere ambobus profiteor; tibi qui huc instigaris alioqui cessatorem, illi quae qualecunque munusculum tam candide sit interpretata. Itaque non est quod haec res te sollicitum habeat. Quod si per horum temporum tumultus licebit aliquod vicissim *μνημόσυνον* mittere, quod et ornet accipientem nec grauet dantem, quicquid erit, eodem accipiam candore quo vos meam opellam estis amplexi. Audis ambitionis vocem, non auariciae.

Sunt qui putent aprum illum *τρὶς ἄγριον* non fuisse prouocandum. Sed tamen posteaquam hoc factum est, ita volente Deo, sicut ego quidem interpretor, maiorem in modum gaudeo rerum exordia Ferdinandi auspiciis feliciter succedere; speroque futurum vt duorum fratrum iuncta potentia frangat, aut certe mitiget, illius violentiam. Vtinam breuior fuisset nobis rixa cum Gallis, atque hoc negocium maturius fuisset susceptum! Sed aliud meritis nostris debebatur, et fortassis hoc magis expediebat orbi Christiano. Mihi vero non paulo plus spei est in pietate Caesaris et Ferdinandi quam in opibus, copiis et armis.

Tibi cum podagra rem esse vehementer doleo. Sed quid est in rebus humanis ab omni parte beatum? Etiam atque etiam te rogo vt clarissimae patronae tuae me commendes diligenter. Bene vale.

Datum Friburgi Brisgoiae postridie Calend. Nouemb. M.D.XXIX.

2231_{2235} To Boniface Amerbach.

Basle MS. AN. III. 15. 9. Freiburg.
Q. 57. 4 November 1529.

[An original letter, autograph throughout. The year-date is confirmed by the mention of Bebel's edition of Budaeus' Commentaries.]

S. Vtinam non coniecerit nos in falsum gaudium Hieronymus Frobenius, qui nobis spem prebuit tui ad nos reditus! Est abunde spatium in his edibus.

Erasmium nostrum dimisimus; id adeo me inuito factum non est, vt iam pridem hoc procurauerimus, licet inscio puero: verum audi fucum. Semper suasi vt proficisceretur Louanium, neque

2230. 14. huc *K*: hic *J*. 35. Brisgoiae *add. N*. Anno *ante* M.D.XXIX *add. N*.

2230. 14. instigaris] Cf. Ep. 2100. 25–8.
17. *μνημόσυνον*] It appears that the Queen could not afford to do this. She expressed her appreciation later by writing a letter of thanks with her own hand. See Epp. 2309. 11n, 2345.
21. aprum] the Turk.
23. exordia] The siege of Vienna, which had begun on 20 Sept. 1529, was raised on 15–16 Oct.; cf. LE². 1555.
27. negocium] The Peace of Cambray; see Ep. 2211. 3n, and cf. Epp. 2215. 16–20, 2222. 16–17.
32. beatum] Cf. Hor. *C.* 2. 16. 27–8.
2231. 2. reditus] After Boniface's visit in August (Ep. 2202 introd.), Erasmus was now hoping for him again (cf. ll. 54, 68 and Ep. 2223. 33n).
4. Erasmium] See Ep. 2229.

prorsus abduceretur a litteris donec plane pubuisset; quanquam iam nunc pubuit. Locus est elegans, Academia frequens, multae lectiones publicae, et quidem gratis. Adest illic Carolus Harstus, domi alens aliquot honestos adolescentes; habet vxorem aptissimam his curis quibus interdum opus habent pueri. Ipse conuictus nobilium, atque adeo principum, puerorum nonnihil contulissent ad componendos Erasmii mores; tum omnes professores in ere meo sunt, nihil non facturi mea. His rationibus arbitrabar posse fieri vt liberali consuetudine hilarique bonorum conuictu elueret odium tediumque studiorum, quod ex illis tot carnificibus a teneris imbibit. Qua de re coram audies prodigiosa quedam. Verum hoc consilium nunquam illis placuit; quod mihi tamen non debet admodum esse molestum, quum vsque adeo non sit nouum, vt quoties de institutione pueri ageretur, cuiusuis consilium sequerentur potius quam meum. Decreuerant illum mittere Lugdunum, vt in taberna Melchioris periret frigore, sordidoque et longo seruitio fieret vt nunquam erigeret animos.

His rebus ita pendentibus, venit huc Hieronymus abducturus Erasmium. Seductum rogaui quid esset decretum. Ait totum mutatum consilium; decretum vt iret Lutetiam, nec adhuc a studiis in totum abduceretur. Admiscuit autem quedam, quibus indicabat forte Erasmium adhuc Basileae hybernaturum. Id tametsi dissuadebam multis argumentis, tamen aliis intentus non satis animaduerti fucum. Eum nocturna patefecit cogitatio. Audio Oecolampadium habere commercium cum ea familia. Occasionem dedit Chrysostomus. Ei communicarunt consultationem de puero. Is consilium dedit vt maneret Basileae sub disciplina Cyrenei. Cum oderint litteras, tam spargunt fumos professionum, partim quaestus gratia, partim vt aetatem simplicem in haeresi sua confirment; et me suspectum habent, quod soleam amicos ab huiusmodi addictionibus auertere saedulo.

Mane iam conduxerant equum Erasmio. Exposui Hieronymo quid suspicarer; et inter multa hoc adieci, mihi videri hoc consilium esse pessimum, sed tamen habere me rationem qua id ferrem moderatius. Roganti quam tandem, 'Vt exuam', inquam, 'affectum quem habebam in Ioannem Frobenium, cui hactenus ne mors quidem viri quicquam detraxit'. Non dubito quin isthic adsit Georgius, qui mouet hanc machinam. Metuunt ne puer euadat parum haereticus; quumque simplici natus ingenio et ad omnem nutum cuiuslibet plus satis obsequens, tot annis a tot carnificibus excruciatus sit, vsque ad integrae mentis iacturam,

13. componendo *MS.* 42. habebam *scripsi*: hactenus *MS.*

---

9. Harstus] See Ep. 1215; and, for his marriage and settlement at Louvain, Epp. 1768, 1778, 1788, 2352. 270–75.

17. carnificibus] Evidently Herwagen (l. 64n); cf. Ep. 2236. 3.

22. Melchioris] See Ep. 2083. 1n.

32. Chrysostomus] Cf. Ep. 2226. 67n.

34. Cyrenei] Clearly a nickname for S. Grynaeus, taken from another Simon (Matt. 27. 32, Mk. 15. 21). Grynaeus was now professor of Greek at Basle: see Ep. 1657.

38. equum] Cf. Ep. 2229. 7.

44. Georgius] See Ep. 2173. 39n.

nunc rursus hoc agunt, vt seuicia quod superest mentis obtundant, ac perpetuo puerum faciant. Ni fallor, peregit annum 16., et Hieronymus subinde asseuerat illum nondum egressum annum 14. Iam non nouum est, si cuculi ouum alieno nido suppositum exclusit nobis pullum qui τοὺς γνησίους deuoret. Nec mirum est si pro nihilo ducit filium, qui patrem semper habuerit pro ludibrio.

Sed de his latius coram, si venies: quod vt quamprimum tuoque commodo facias opto. Interim hoc opelle mihi prestes rogo, vt dissimulanter olfacias quid agant de Erasmio, et quid moliatur Georgius; opinor et Carinum adesse. Postremo fabulare cum puero, et expiscare ecquid sibi gratuletur de relicto Friburgo, quoque sit in nos animo. Nec enim videtur habere tantum ingenii vt agnoscat discrimen inter bene meritum et male meritum. Etsi haberet decem patres, non tractarent illum amantius quam a nobis tractatus est. Nihil illo Hieronymo fucatius; qui cum prius patrem impie contempserit, coniuratus cum tali vxore, nunc eam coniecit in tale matrimonium. Superest perdendus Erasmius. Quis deus liberabit orbem ab isto sceleratissimo Euangelio, quod nihil nobis gignit preter mera portenta?

Haec liberius in sinum tuum, qui nosti quae dicenda, quae tacenda. Si differs aduentum tuum, et habebis certum hominem per quem scribas, significa nonnihil de mysteriis. Bene vale.

Friburgi. prid. Non. Nouemb. 1529. Non relegi.

Erasmi tui manum agnoscis.

Nescio quis castiget Budaica. Quedam deprehendi errata, ni fallor:

Co. 1, versu 12, κατήγορος scribendum arbitror;
Col. 13, versu ab imo 6, βουλῇ puto scribendum;
Col. 18, vers. 16, ἐκεῖνος male habet;
Col. 19, vers. ab imo xi, pro εἴκους οἴκους scribendum.
Si videtur, mone Bebellium.

Eximio legum doctori Bonifacio Amerbachio. Basileae.

2232_{2266} FROM GERARD PHRYSIUS.

Leipzig MS. ⟨Westminster.⟩
EE. 114. 4 November 1529.

[An original letter, autograph throughout: with a few autograph lines (15–18) added by the writer's master at the foot of the first page. It was no doubt carried back by Quirinus; see Ep. 2222. 25n.

Gerard, the Frisian pupil of Listrius (Ep. 495), is found again in English service in 1533 (EE. 187). He can scarcely therefore be identified with the young Gerard of Ep. 2311, who had been in the service of Albertus Pius of

53. pro ludibrio] Cf. ll. 62–3.
57. Carinum] See Ep. 2111. 28n.
63. vxore] Gertrude Lachner; see Ep. 419. 18n.
64. matrimonium] with Herwagen; see Ep. 2033. 58n. For his violent character cf. Ep. 2236. 26–7.
72. Budaica] Cf. Ep. 2224. 2n.
errata] The first three of these are only corrections of accent, and in the British Museum copy the first and fourth have been corrected in ms., perhaps by a contemporary hand: they are not included in the short list of errata on f°. ε4 v°.
74. Co. 1] Bebel's edition, unlike Badius', has two columns to the page, with lines numbered.

Carpi (Ep. 1634) and had betaken himself thence to Tournay; nor with the 'apprime doctus theologus adolescens Gerardus zum Camph Frysius Embdanus' who was with Pellican at Zurich in 1544 (CPR. 167).]

IESVS MARIA.

D. ERASMO ROTERDAMO GERARDVS PHRYSIVS MINOR S.

Habes, suauissime preceptor, apud Anglos Zoilos et Mecenates tuos; illi suo gladio se conficiunt, hi, quod a diuina illa mente proficiscitur bonum, vt pluribus sit commune, nunquam non adnituntur. Herus meus Vicecomes Rotsfordie, dominus in summis rebus longe consultissimus, per amorem quo ad humanitatem tuam afficitur, maxime orat vt qua soles dexteritate atque solercia, aperias collatis circumstanciis Psalmum illum 'Dominus regit me et nihil mihi deerit'. Mi Erasme, oro vt obtineat. Nam preterquam quod de pluribus bene mereberis, video quanto arctiorem hominem tibi reddes, et quantum τῶν ἄλλων Regie maiestatis βουληφόρων numerum pariter conciliabis. Scripsisset ad facilitatem tuam ipse, sed per publica negotia, quibus varie distringebatur, non licuit. Bene vale, et si quid hic curatum velis, nobis manda.

Ex aula Anglie pridie nonas nouembres anno 1529.

I pray yow gyff credyt to thys, and pardon me thow I wryt nat at thys tyme to yow my selff.

Yowr own asseurydly
T. Rocheford.

Anglicis verbis subscripsit ipse nomen Tomas Bulleyn, vicecomes Rotsfordie, vir a secretis D. Regis, egregie eruditus, presertim in literis diuinis. Iterum vale. Parce discipulo Listrii.

D. Erasmo Roterdamo, apud Germanos.

[2212]2233. From Margaret Roper.

Breslau MS. Rehd. 254. 129. ⟨Chelsea.⟩
LB. App. 352. 4 November ⟨1529⟩.

[An original letter, autograph throughout.]

MARGARETA ROPERA ERVDITISS. THEOLOGO D. ERASMO RO. S. P. D.

Qvam illud boni plerunque accidere soleat gratissimum quo subito quis atque insperato fruatur, id ego nuper, vir omnium eruditissime, verissimum experta sum; quum litteras tuas non minus eligantes quam amantes, certosque studiosi animi tui erga patrem omnemque eius familiam testes, Quirinus tuus mihi traderet. Quae quanto magis venerunt insperatae, tanto merito maiorem menti meae voluptatem intulere. Neque enim aut sperare aut expectare poteram vt tam multis necessariis studiis assidue occupatissimus, morbis tum acribus misere perpetuo agitatus seniique

2232. 4. Rotsfordie] See Ep. 2266.
7. Psalmum] 23 (Vulg. 22). Erasmus quickly complied with this request: see Ep. 2266.
14. aula Anglie] Henry had moved in from Greenwich, in order to attend the opening of Parliament on 3 Nov., and was now residing at Wolsey's mansion, York Place in Westminster (Brewer iv. 6043, 6214, and p. 2708).

2233. 5. Quirinus] See Ep. 2222. 25n.

molestia confectus, mihi vnquam scripturus esses: in qua nunquam futurum est mereri vt eo honore dignareris, ad quem litterarum tuarum benefitio euecta sum. Quas quoties alicui ostentauero, non mediocrem inde famae meae laudem accessuram intelligo; que nulla alia magis via illustrari potuit quam per litteras tuas. Quid enim cum illo honore comparandum quo digna habita sum, qua totius orbis decus suis litteris dignatus sit? Quare vt mihi rem longe supra meritum meum benignitas tua contulerit, ita me sane pro tam eximio munere dignis agendis gratiis nimis imparem iure confiteor.

Quod pictoris tibi aduentus tantae voluptati fuit, illo nomine quod vtriusque mei parentis nostrumque omnium effigiem depictam detulerit, ingentibus cum gratiis libenter agnoscimus; nihil ardentius expetentes quam vt praeceptorem nostrum, cuius eruditis laboribus quicquid bonarum litterarum imbiberimus acceptum habemus, fidelemque patris veteremque amicum, coram aliquando colloqui ac contemplari nobis liceat. Vale.

Salutat te ex animo D. mater, item totus tuus maritus meus, ac frater. Ambae sorores meae plurimam tibi salutem mittunt.

iiii die Nouembris

Clarissimo simul ac doctissimo theologo, D. Erasmo Ro.
Friburgi.

[2189]2234. From Duke William of Cleves.

Breslau MS. Rehd. 254. 81. Büderich.
LB. App. 353. 10 November 1529.

[An original letter by a secretary; the young Duke attaching only a scrawl for his name (l. 23).]

GVLIELMVS IVNIOR, DVX IVLIACENSIS, CLIVENSIS ET MONTENSIS, COMES ETC., ERAS. ROTERODAMO, THEOLOGO.

S. D. Dici non queat, erud⟨i⟩tiss. Erasme, quam nos delectarit recens illa foetura tua nobis dicata; non ob id solum, quod immortalem nobis apud posteros gloriam relinquet, verum etiam quod ad remp⟨ublicam⟩ iuuandam haec res vel imprimis pertinere videtur; cui nos, etiamsi impares, destinati sumus olim administrandae. Quis enim non glorietur ab illo celebrari eiusque amicitia frui, e cuius scriptis non nos modo sed orbis totus vtilitatem reportet? Dionysius dicebat eruditos se conciliare, vt admirationi per illos mundo fieret; nos annitemur vt eruditi, quorum consuetudine libenter vtimur, nos Spartae nobis destinatae idoneum reddant administratorem. Atque huc etiam pertinere putemus a veteribus traditum, philosophis ipsis aut administrandam remp⟨ublicam⟩, aut eos qui administrant, philosophis vti debere a consiliis.

2233. 23. praeceptorem] Cf. Ep. 2211. 28n.

2234. 8. Dionysius] the younger, tyrant of Syracuse: see Plutarch, *Regum Apophth.* 176C, and LB. iv. 236F–237A. This reference I owe to Mr. E. Lobel.

10. Spartae] Cf. *Adag.* 1401.

Mitto tibi poculum cum inscriptione Ἀγαθοῦ δαίμονος· quod μνημόσυνον solum et pignus esse volui tantisper auspicatae feliciter amicitiae, dum liberaliori detur gratia labores tuos compensare. Caetera, si qua sunt, ex Heresbachio nostro cognosces. Bene valeto, vir nobis charissime, et vigiliis tuis rem literariam publicaque commoda, macte virtute, promouere pergito.

Ex arce nostra Buderich IIII Id. Nouemb. anno XXIX

Nostrapte manu,
Wilhm.

Eruditissimo nobisque charissimo Erasmo Roterodamo, theologo.

^{2231}2235$_{2236}$ From Boniface Amerbach.

Basle MS. C. VI^a^. 73. 309 v°. ⟨Basle.⟩
⟨November 1529.⟩

[An autograph rough-draft. On f. 311 v° are four other autograph drafts of the letter, the longest of which, however, only goes as far as l. 9.]

In negocio quo de mihi scripseras, dissimulanter olfaciendo, Erasme clariss., gaudeo non parum Frobenios institutum mutasse. Nam pridie quam tuas accepissem, de puero Parisios mittendo mecum collocuti sunt, quid sentirem, nisi fallar, audituri. Ego vt tum eos ad te consulendum, qui paterna in hunc esses adfectione, cohortatus sum, ita nunc demum monenti mihi paruisse, tuoque consilio auscultaturos, ex Episcopio intellexi; literis a te commendatitiis acceptis, intra octo dies Louanium profecturum sese addens. Idne ita sit, euentus docebit; spectatorem interea agam, teque de omnibus certiorem reddam. Cum puerum forte fortuna obuium habuissem in ponte, interroganti quid viueret et quaenam causa sui a Friburgo discessus, respondit quod libenter isthic mansisset, nisi tu vt alio collocaretur, Hieronymo et ceteris suis consuluisses. Et sane quantum colligere licuit, omnino animi in te bene adfecti significationem prae se ferebat.

Quicquid acciderit, proximis litteris audies. Ceterum quominus nunc ego ad te venerim, inprimis trichae illae domesticae a quibus mirum in modum nouus paterfamilias exerceor; dein publicum profitendi munus in causa est. Ad Natalitias ferias venturus sum, nisi tu aliter iusseris. Nam nihil domi vel foris tam arduum tamque difficile est, quod non relinquendum ducam, quoties tu,

2234. 15. poculum] 'ingens picturatum, in fastigio operculi habens effigiem Fortunae. Donum Ducis Iuliacensis': of silver. On 3 March it had not yet arrived; see Ep. 2277. 5–6. It is in the inventory of 1534, and was left by Erasmus' last will to Goclenius: see Major pp. 42, 49.

18. Heresbachio] See Ep. 1316. No letter from him to Erasmus at this time survives.

21. Buderich] A small town 6 ms. SE of Xanten.

2235. 4. collocuti sunt] In another draft Boniface wrote 'Hieronymus colloquebatur'.

7. Episcopio] See Ep. 1714.

7–8. commendatitiis] Cf. Epp. 2231. 13–14, 2236. 19–20.

8. Louanium] He carried a MS. of Chrysostom to Goclenius with a letter (Epp. 2236. 19n, 2258. 6n, 2352. 319–29); and no doubt also Erasmus' letter of 11 Nov. to L. Ammonius (Ep. 2258. 4n).

18. paterfamilias] See Ep. 2051. 21n.

19. venturus sum] Cf. Ep. 2223. 33n.

praesidium et dulce decus meum, mea opella vti volueris; quae, tametsi perexigua, est nullibi tamen tibi non parata. Bene vale, clariss. Erasme.

[2235]2236. To Boniface Amerbach.

Basle MS. AN. III. 15. 10. Freiburg.
Q. 58. 18 November 1529.

[An original letter, autograph throughout.]

S. Non obstabam quo minus iret Lutetiam, licet maluissem puerum ire Louanium; tantum haerere Basileae, et augere scholam Euangelicam, et in Heruagii carnificinam retrahi nolebam. Quod abductus est, id meo consilio fuisse procuratum, verissimum est. Sed miror vnde id resciuerit puer; nam ipse iusseram esse clam. Iudicio dimisi, affectu receperam. Amabam illum amore patris, sperabam nostro conuictu futurum vt amaret studia; puer id valde cupiebat, nec tamen eram admissurus, nisi me flexisset misericordia. Viuebat apud Priorem solus discipulus, vapulabat affatim; erat minister mensae, nam habebat conuictores sex, famulum nullum. Iste seruus erat culinae et totius domus hydrophorus. Nec dimissurus eram illum, si Nicolaus tractasset illum ex animi mei sententia. Nicolaus est prefracti ingenii et, ni illius sensiculis obsecundarem, intolerabilis.

Illud demiror, quod puer ex quo discessit, nec scripsit, vt receperat, nec in alienis litteris, imo ne verbis quidem, me saluere iussit. Si pudor est aut negligentia puerilis, condonandum est; sin ingratitudo, vereor ne et affectum meum et officium parum bene collocarim, ac propemodum me poenitet quod Goclenium tam accurata commendatione onerarim.

Non est quur huc vllo tuo incommodo venias. Tantum volebam tua consuetudine frui, si id tibi bonum atque commodum fuisset. Vbi veneris, habemus paratum cubiculum et stabulum sat commodum, sed absque pabulo.

Perge κατάσκοπον agere, quanquam arbitror illos iam esse profectos. Animi gratia lubet scire num ante profectionem vapulauerit ab Heruagio; qui demirabor si potuit abstinere manus.

Gallia est afflicta, Italia funditus perdita, Hungariam obtinet Turca; et vereor ne hec tempestas peruadat totum orbem, idque breui. Curis domesticis angi te doleo, quibus et ipse non raro discrucior. Sed ad omnia durandus est animus. Bene vale, mortalium charissime.

Friburgi. Octaua Martini. 1529.

Agnoscis tuum.

Clariss. ll. professori D. Bonifacio Amerbachio. Basileae.

2236. 7. speraban *MS*. 14. obscūdarem *MS*.

2236. 9. Priorem] Perhaps Andr. Rösslin, prior of the Dominicans at Freiburg; who lectured on Divinity in the University.

12. Nicolaus] Cannius; cf. Ep. 2229. 20–21.

19. Goclenium] The letter was no doubt of about the date of the letter to L. Ammonius, 11 Nov.: see Ep. 2258.4.

2237. FROM ZACHARIAS DEIOTARUS.

Leipzig MS. London.
EE. 115. 21 November 1529.

[An original letter, autograph throughout: carried by Quirinus (Ep. 2222. 25n), whom Deiotarus welcomes as usual. Cf. Ep. 1990.]

S. P. Tam gratus mihi fuit Quirini tui aduentus quam tibi erit eius reditus, qui ad te charus et grauis aere redibit. Est homo tam candidi pectoris et suauis vt optarem mihi perpetuo talem hospitem, tantum abest vt fuerit mihi vel grauis vel molestus. Nec est cur sis anxius pro meis sumptibus; fortunae meae non sunt, laus Deo, adeo tenues vt Quirinum ipsum domi meae fuisse sentiam. Id quod ipsi feci aut facio, nihil est; si tamen aliquid est, lucrum aestimo, non damnum aut sumptus. Quid autem tibi non debeo praeceptori et domino meo, cuius sum et fui beneficiarius, cuius sum seruus et mancipium? Quaeso igitur non scribas amplius ad me, 'Si dignaris Quirinum hospitio', 'Non sinas te grauari sumptu', et eius generis similia; sed iube, manda, impera et quiduis impone, vereque tibi, opto, persuadeas omnia mea tui esse iuris. Id quod ita ex animo dico, vt cupiam tibi perpetuo esse vanus et mendax si aliud vnquam in vita senseris. Vale, domine et praeceptor obseruandissime, cui me totum debeo.

Londini XXI Nouembris Anno 1529.

Quirinus et ego tibi emimus vlnam et quartam partem vlnae optimi purpurei panni duobus angelatis et 5 grossis et duobus denariis; item pelles albas 5 vno angelato et 13 grossis, et vnum pileum 12 grossis. Quae apud nos gerantur, ab ipso Quirino intelliges; audies fortunae ludum, cuius saeuitiam et iniquitatem ex multis coniecturis praesagio et prospicio. Deus omnia bene vortat. Iterum vale.

Tuae dignitatis seruus
Zacharias Deiotarus.

Domino et praeceptori meo Erasmo Roterodamo obseruandiss. Friburgi.

2238. TO GERARD GELDENHAUER.

Nouicampani Oratio, 1561, f°. F7. Freiburg.
LB. x. 1573. 3 December 1529.

[Erasmus' *Epistola contra quosdam qui se falso iactant Euangelicos*, Freiburg, Jo. Faber Emmeus, *s. a.* (Ep. 2219. 11n), provoked Bucer (Ep. 1901) to a vehement reply, *Epistola apologetica ad syncerioris Christianismi sectatores per Frisiam Orientalem et alias inferioris Germaniae regiones*, Strasburg, P. Schaefer and Jo. Aponianus, xxii Cal. Maii, 1530: for the progress of which see Bl. E. 158–9, 162; Herminjard 289; Zw. E². 1018–19. J. W. Baum, *Capito und Butzer*, 1860, pp. 594–5, seems to have seen a Strasburg reprint of Erasmus' *Epistola*, which was attached to Bucer's *Epist. apologetica* and had the following brief letter printed on the verso of the title-page: clearly the annotated reprint, 'cum scholiis', *s. l. et n.*, ⟨c. 22 March 1530⟩, to which Epp. 2289, 2293, 2321 refer. We have not found this letter earlier than in a reprint of Erasmus' *Epistola* attached to Albert Nouicampanus' *De corruptissimis seculi huius moribus .. Oratio*, Cologne, M. Cholinus, 1561. The letter was not included in the Basle *Opera*, 1540, vol. ix, perhaps because it was unknown; but it was found by the Leiden editors.
The year-date needs no confirmation.]

---

22. fortunae ludum] The fall of Wolsey: see Epp. 2240. 4–12, 2253. 26–7.

ERASMVS ROTERODAMVS GERARDO NOVIOMAGO S.

Doleo literas tuas nobis sero redditas: iam enim excuditur Epistola qua inuidiam per illos libellos mihi conflatam depello, quanquam abstinens tuo nomine, quod immutaui. Miror per quos hic ludus ludatur. Bene vale.

Friburgi tertio die Decembris: Anno 1529.

2239. From Peter Barbirius.

Leipzig MS.
EE. 116.

Tournay.
7 December 1529.

[An original letter, by a secretary; signed by Barbirius, who also adds the words *qui ... expressione* (ll. 7–9) in the margin.]

S. P. Pater in Christo multum venerande, si Barbirii fortuna talis esset qualis est animus, vel qualis aliquando spes fuit, facile inter nos non conueniret solum, sed etiam votis adderem tuis. Nunc tanta est orphanorum meorum nepotum familia, vt vix adsint esui atri panis necessaria. Fateor tamen debere me illam pensionem dimidiati anni ad vndecim libras grossorum vel circiter ascendentem, meque illi cum primum potero soliturum qui presentes literas cum manus tue subnotatione nominisque eius expressione, siue in vita tua siue post exitum, rettulerit. De reliquo vero illo, quod Syluagius patronus aliquando meus iusserat numerari, sicut nunquam accepi, sic nec vnquam debere me fatebor. Sic tamen et veneror et amo Erasmum vt, si Deus suppleuerit id quod nunc mihi deest, siue Nicolao Cannio siue alteri quem per scedulam vel testamentum nominaueris, aliquid ex liberalitate donaturum, illudque aliquid forte maius quam tu pro tua aequitate et virtute a me velles exigere. Quod si spei votisque respondisset fortuna, quae ad tempus supramodum visa est arridere, nihil horum in me desiderasse potuisses; sed et nunc, si, quae non ex spe solum sed et de iure debentur, numerarent minus fidi debitores, nihil in me fidei vel promissorum desideraret Erasmus. Sed de his satis.

Scripseram praestantiae tuae iussu Pannormitani, desiderari te in nostra Curia. Nescio si literae redditae fuerint. Vide tu, si non refugit animus huc redire, idque quod decreueris scribito. Nam mira videntur quae Pannormitanus gerit animo. Non me

---

2238. 2. libellos] See Ep. 2219. 11n.

3. nomine] Gerardus Nouiomagus appears in Erasmus' *Epistola* as 'Vulturius Neocomus'.

2239. 6. vndecim libras] The half-yearly value of the Courtray pension (see Ep. 436. 5n) was 65 florins: but the calculation in Ep. 1245. 21–2 does not agree with the figure given here.

7. soliturum] *sc.* soluturum.

8. literas] Presumably for the transfer of his Courtray pension to some junior; as he had tried earlier to get it transferred to Livinus Algoet (Ep. 1091). See Epp. 1458. 15–41, 1470. 29–32, 1716. 9–17.

10. Syluagius] The Chancellor through whom the Courtray prebend had been given: see Epp. 410, 436.

13. Cannio] See Ep. 1832.

15. donaturum] Barbirius relapses to the construction of the former sentence, *Fateor ... me ... soliturum*.

22. Pannormitani] Jo. Carondelet: see Ep. 803. 12n. The letter, which is not extant, was perhaps the outcome of Erasmus' request in Ep. 2055. 12–16.

tamen, sed tibiipsi consiliarium te adhibe. Ceterum ne tibiipsi non sim quod bonus fidelisque minister patrono suo esse debet, per professionem tuam veritatis sinceritatisque Euangelicae te hortor rogoque vt, quum cuiuscunque posthac instinctu impulsuque impressioni calcographis auctoris siue antiqui siue recentis opus aliquod dederis excudendum, non solum diligenter videas sed etiam cum sacrorum doctorum traditioneque Ecclesiae conferas.

Haec dixerim quod libellos Fausti episcopi de libero arbitrio, adiecta epistola ad Ferricum Carondeletum, archidiaconum Bisontinum, abhinc biennium emittendos curaueris; putans eum non esse qui temporibus priscis hereseos de libero arbitrio suspectus fuerit. Quem tamen, si Opusculum Maxentii serui Dei connominati, quo respondet epistolae Ormisdae pontificis Ro⟨mani⟩ ad Possessorem episcopum contra Scitarum monachos, legisses; et rationibus quas ille bonus pater adducit, et locorum quos ex Augustino ⟨citat⟩ contra Faustum, ex praefationis et capitum primi, septimi, decimiseptimi primi libri collatione, facile perpendisses hunc ipsum Faustum, qui non nunc solum sed qui tum de eiusmodi heresi suspectus erat, esse, quique libros ipsos de libero arbitrio abs te calcographis datos emiserit. Quum tamen ad opus ipsius Maxentii perueneris, attendas ad has capitum notulas quas hic ponimus; nam in ipso opere interdum a calcographis est erratum. Opus autem ipsum Maxentii inuenies cum operibus B. Fulgentii apud Coloniam Agrippinam anno quingentesimo visesimosexto supra millesimum excusis.

Retulit hic nobis bonus tuus Quirinus vertendis te operibus Crisostomi et Theophilacti nunc laborare. Quod omnes maximopere desiderant; nam propter Oecolampadii peripsemata, ne dicam Psecgmata, ab horum tantorum auctorum lectura abstinent: quos vbi repurgaueris, auidissime deuoraturos se pollicentur.

Libebat plura scribere, sed improbus auriga Quirinum ipsum alioquin sua sponte ad te festinantem auferre hinc nobis gestit. Bene vale. Tornaci septimo Idus decemb. anno 1529.

E. P. T. venerande humilis minister, P. Barbirius.

Eruditissimo optimoque viro D. Erasmo Roterodamo, summo oratori ac theologo, patrono suo multum ⟨vener⟩ando.

35. emittendum *MS*. 41. Augustino *scripsi*: Fausto *MS*. 57. nobis *bis in MS*.

33. Fausti] See Ep. 2002.

37. Opusculum] *Resp. pro monachis Scytharum*; which examines (§ 18) passages from Faustus' *De libero arbitrio*, pref. and I. 1, 7, 17, with 'reprobations' from Augustine.

Maxentii] leader of the 'Scythian' monks of the Dobrudja, in a controversy about free will, c. 517.

38. Ormisdae] Pope 514–523.

41. ex praefationis] This construction, perhaps a Graecism, is found in the penultimate sentence of Maxentius' *Responsio*.

50. excusis] by H. Alopecius, 7 July 1526: a reprint of an earlier edition, Hagenau, T. Anshelm, 1520, Fulgentius edited by Pirckheimer and Maxentius by Cochlaeus.

51. Quirinus] See Ep. 2222. 25n.

52. Crisostomi] See Ep. 2359; and, for Oecolampadius' work on Chrysostom, l. 54n and Ep. 2226. 67n.

Theophilacti] Erasmus published no translations from him; but Oecolampadius produced his *Enarrationes* on the Gospels, lat., Basle, Cratander, March 1524: reprinted in 1525, 1527–8.

53. peripsemata] 'offscourings'; see Ep. 2291. 35n.

54. Psecgmata] 'shavings, chips'. See Epp. 181 45n, 2052. 3, 2062. 25.

2240. From Claudius Cantiuncula.

Leipzig MS. ⟨Vic ?⟩
EE. 117. 7 December ⟨1529⟩.

[An original letter, autograph throughout. The year-date can be assigned from the fall of Wolsey. Cantiuncula was perhaps writing from his headquarters at Vic, near Nancy; whence many of his letters at this time are dated. See CE.]

S. Non tam mihi a morbo metuo, domine, quam a nostratium moribus; ii enim, si vel exacto semestri resciuerint me, vbi non periculum sed etiam periculi fama extitisset, versatum esse, ac in Principis aulam rediisse, piacularis me flagitii postulabunt. De Card⟨inali⟩ Ebor⟨acensi⟩ idem rumor apud nos percrebuit, ingenti etiam ac publico gaudio vel eorum qui nunquam viderint hominem aut de illo prius audiuerint; vt non dubitem, si orbis Christiani calculis ostracismus decernendus esset, illum Card⟨inalem⟩ omnia ab omnibus tetra puncta communi explosione laturum. Male tenuit Ausonii premonitionem, Fortunam reuerenter habe etc.: reliqua tenes. Sed illud, Est Deus iudex iustus, fortis et patiens etc.

De Tridentino nihildum audiui. De Caesaris ad Bononienses aduentu non satis recta sunt quae feruntur omnia, praesertim de b⟨eatissimorum⟩ p⟨edum⟩ osculo; neque is articulus hic ab illis creditur quos vero simile est priores rescire potuisse. Quanquam vehementer id magis quam morbum metuo, ne et in ea et in aliis maioris momenti rebus ceremoniatissimi (vt ita loqui sinas) illi sacrificuli Hispanienses natiua Principis bonitate abutantur. Fuere ciuitates Imperii, quae suum euangelium tuentur, hisce diebus vna in Eslingen; quid egerint nondum scitur, sed aliquid monstri alere dicuntur, praesertim ob earum legatos dies aliquot in diuersorio manus iniectionem morbo passos.

Cuperem, domine, vt, si prebeatur occ⟨asio/, literas dares ad Abbatem Murbachense⟨m/ admonitorias affinis mei Henrici g⟨ratia/, quem ille a literis et Glareano ab⟨duxit/. Domino

---

1. a morbo] No doubt the 'lues Britannica', which was now widespread: see Ep. 2209. 108n.

4. Principis] John of Lorraine (Ep. 2217), to whom Cantiuncula was chancellor.

5. Eboracensi] Cf. Epp. 2228. 2n, 2237. 22–3, 2241, 2243, 2253, 2256.

10. Ausonii] *Epigr.* 8. 7.

11. Est Deus] Ps. 7. 12.

13. Tridentino] About this time he had retired from Ferdinand's court. See Ep. 2295. 10–11.

ad Bononienses] Charles arrived there on 5 Nov. 1529: the Pope a fortnight before.

15. osculo] Cf. ME. 643, to Camerarius, 14 Nov.: 'Nonnulli hic ferunt Caesarem iam de more Pontificis pedes adorasse'. See also Epp. 2256. 18, 2261. 16.

21. Eslingen] near Stuttgart; see Ep. 1693. 38n. I cannot find mention of any meeting there at this time. At the end of Nov. the Protestant princes and cities met at Schmalkalden near Eisenach. See J. Sleidan, *De statu religionis ... Commentarii*, 1555, bk. vii.

23. morbo] On account of the 'English sweat'; cf. ll. 1n, 17.

25. Murbachensem] George († c. 1540) of Masmünster, sw of Thann: abbot of Lure, beyond the Vosges westward 1511. At the petition of the monks of Murbach in 1512, Leo x

Hildessensi salutem tuo nomine et ⟨cum/ honoris prefatione diligenter, vt pe⟨tis, dixi/. Hunc scio, et saepe ex eo intellexi, pl⟨urimum/ fauere tibi. Vale, mi domine.

P⟨ridie/ Concep. Mariae.

Perpetuo tibi addic⟨tus/ Claudius Canti⟨uncula/.

Domino Erasmo Roterodamo, d⟨om⟩ino et praecep/tori s⟩uo multis nominibus obseruando. Friburgi.

2241. To Francis Bonvalot.

Epistolae Floridae p. 92. Freiburg.
K. p. 102: N. p. 1023: Lond. xxvi. 23: LB. 1080. 10 December 1529.

[The year-date is amply confirmed by the contents. For Bonvalot see Ep. 1534. 29n.]

ERASMVS ROTERODAMVS FRANCISCO, THESAVRARIO BESONTINO, S.

Alterum e famulis emandaram in Angliam; quem hoc impensius expecto, quod vehementer cupiam scire num verus sit rumor hic iam non nouus, magnum illum Angliae Cardinalem coniectum esse in carcerem, atque etiam de capite periclitari. O rerum humanarum Euripum!

Famulus abfuit iam menses tres, et expectatur in horas singulas. Ergo quum vnus mihi tantum adesset, Dilfus pro sua singulari humanitate ambiit hanc prouinciam, imo propemodum extorsit: neque semel me poenituit delegationis coelo tam incommodo, idque perpetuo. Verum ille reuersus omnem metum vertit in gaudium, re tam feliciter gesta. Etenim quum pararem illum consolari, ille respondit alacriter, se sibi gratulari quod Besontionem adierit, quum ob multa, tum ob hoc praecipue, quod talium virorum notitiam atque amicitiam esset nactus. Munus vestrum non alia cura peruexit quam si vasa fuissent gemmis differta; nec multo plus impendit quam auriga ille furcifer accepit pro vectura, qui vestram corruperat benignitatem. Semper amaui iuuenis indolem, sed hoc officio vestraque commendatione factus est mihi longe charior. Superest vt toties a vobis prouocatus cogitem de ratione qua possim hominis ingrati notam effugere. Brunus salutarat me carmine; ei respondi carmine trochaico, sed dissimulans esse carmen. Dissimulabis et tu, vt animi gratia tentemus an ipse non monitus sentiat esse carmen.

Hispaniensium epistolarum exempla receperam, excepta vna

---

set him over that abbey also, 7 Jan. 1513. In 1525 he gathered a force and drove the revolted Peasants out of Gebwiler. A coadjutor for Murbach was appointed in 1536. See GC. xv. 170, 535, 556.

2240. 25. Henrici] I can find no trace of him in CE.

27. Hildessensi] Balth. Mercklin; see Ep. 1382. 25n.

2241. 1. Alterum] Quirinus; see Ep. 2222. 25n.

3. rumor] Cf. Ep. 2240. 4–12.

6. menses tres] Not yet ten weeks; see Ep. 2222. 25n.

7. Dilfus] See Epp. 2222. 24n, 2225. 16.

21. Brunus] Possibly a misprint for *Gruerius*; cf. Ep. 106. 1n, and see Ep. 1534.

24. exempla] Evidently duplicates of a packet of letters from Spanish friends: no doubt A. Valdes and others in the Emperor's train. Cf. l. 27.

epistola Mercurini nunc Card., quae tamen mihi fuit gratissima; erat enim amantissime scripta, et miror vbi illa haeserit. Breui scripsi in Italiam; nunc non est magnopere quod scribam. Et si quid esset, hac crebro commeant qui perferant. Pergratum tamen est quod offers tuum officium. Caesar in Italia triumphat, Ferdinandus luget. Vix haec ausus sum scribere, languidus a febri ephemera. Alias lacessam te voluminibus, si sensero non esse ingratum. Bene vale.

Datum Friburgi Brisgoiae 4. Id. Decembr. 1529.

2242. To Francis Bonvalot (?).

Epistolae Floridae p. 92. Freiburg.
10 December 1529.

[This letter follows Ep. 2241 in J, and resembles it so closely that it is perhaps to be regarded as a letter sent in duplicate.

An alternative is to suppose that this is wrongly addressed. If the two rough-drafts were written on the same sheet of paper, with only one heading, that might have been added to the second letter by the editors of J. Similarly in LB three consecutive letters have been addressed to Eschenfelder (Epp. 879–81), because the last two lack headings: as is shown on the plate at p. 418 in vol. iii; the underline of which is incorrect, having Epp. 880,1 instead of Epp. 879,80.

If this letter is not in duplicate, the person addressed was perhaps Leonard of Gruyères (Ep. 1534), to whom Erasmus was often indebted for gifts of wine (cf. Ep. 2139); in Ep. 2348. 11 Gruyères and Bonvalot are mentioned together as likely to help him in procuring it. But if there is anything in the conjecture for Ep. 2241. 21n, some other Besançon friend must be suggested, for this cannot be the trochaic reply which Erasmus mentions.

The editors of K solved the difficulty by leaving the letter out.]

ERASMVS ROTERODAMVS FRANCISCO, THESAVRARIO BESONTINO, S.

Dilfvs noster summa fide studioque vestram benignitatem ad nos pertulit. Non semel poenitebat consilii, quod illum a me dimisissem coelo tam incommodo. Sed melius opinione cessit. Nam et ipse sibi gratulatur quod talium virorum amicitiam nactus, et vasa ad me perlata sunt non minore seruata cura quam si plena gemmis fuissent; et ipse iuuenis, quanquam semper egregie charus, mihi redditus est hoc officio vestraque commendatione multo charior. Pudet me toties gratias agere. Referre malim, si detur opportunitas. Dominus te seruet incolumem, vir ornatissime.

Friburgi Brisgoiae 4. Id. Decembr. Anno M.D.XXIX.

2241. 33. Datum *J*: Apud *N*. Friburgum *N*.

2241. 25. Mercurini] Gattinara; see Ep. 1150. He had been created cardinal on 13 Aug. 1529. His letter is not extant.

27. scripsi in Italiam] None of them are extant. In answer to the letters mentioned in l. 24.

30. Ferdinandus] For the spread of the Turkish conquests see LE[2]. 1562. On retiring from the siege of Vienna (see Ep. 2230. 23n) Sulaiman left Zapolya as regent of Budapest.

2243. From Erasmus Schets.

Basle MS. Scheti Epistolae 20.

Antwerp.
13 December 1529.

[An original letter, autograph throughout: answering a letter carried by Quirinus, who left Freiburg c. 2 Oct. See Ep. 2222.]

+

S. P. Ex mense Iulio respondi tuis epistolis vsque tunc acceptis, congratulans tibi et tuum ex Basilea exitum et Friburgi aduentum. Iam restat tue epistole quam feruit Quirinus tuus respondere, qui remigratus ex Angliam ad te iam parat iter. Ille relaturus est tibi que gessit in Angliam, et quas receperit tuarum pensionum pecunias. Vt audio, male habet ibidem Eboracen⟨sis⟩; nam qui iampridem summe residerat, versa rota iam pendet ab ymo.

Accepi a Quirino, vt videbis ex ratione receptionis Anglicarum pecuniarum, septingentos et nonaginta vnum florenos cum duobus stuferis nostratibus. His additis, septingenti et triginta tres floreni cum stuferis tribus, quos ex tempore iussu tuo penes me seruaui, conficitur mille quingentorum viginti quatuor florenorum cum quinque stuferis monete nostratis summa; quam Quirino tuo, vt iubes fieri, numerans tradidi: qui iuxta viam quam illi indicasti, cum ea dispositurus est.

A domino de Hont nil potui hoc anno recipere. Dixit enim quod amplius non teneretur quid soluere. Quirinus adiuit eum Curtraci. Hic quid rationis denegandi habeat, enarrabit tibi.

Que de inquisitione pensionis per Ytalos ad manus Petri Aegidii nomine Cantuarien⟨sis⟩ ante annum solute et tam decurtate memoras, vidi. Sed nil potui vsquam deprehendere. Ytali dicebant nil preter quod expresserat eorum cyngrapha debuisse: an vltra receperint vix deprehendi posset, nisi ab ipso Cantuarien⟨si⟩ inquiratur, quod per me temptandum non conuenuit.

Satis irritat me quod ex Lusitania nil receperis nec doni nec gratiae. Amicus meus Ioannes Brandonus, cuius fides mihi olim illic floruit, ante biennium obiit. Si hunc non direpsisset mors, scio quod ab illic quid liberalius accepisses.

Vix crederes quam me torquerit de tuo huc ad nos reditu tam frigida spes, etiamsi tot rationibus quas notificasti, sciam te vbi es viuere quietiorem. Nec sunt tamen me iudice non verende rerum Germanicarum exoriendarum turbines non modice, dum sic passim sibi inuicem conglomerant tot diuersarum partium et secte et faxiones, quas vix absque vi et clade video componendas vel abolendas. Faxit Deus vt omnia bene vortant!

35. cladę *MS.*

1. respondi] It is not extant.
epistolis] Ep. 2159 is one.
3. Quirinus] See Ep. 2222. 25n.
6–7. Eboracensis] Cf. Ep. 2240. 4–12.
15. vt iubes] in the letter brought by Quirinus.
17. de Hont] In 1528 too there had been delays: see Epp. 1999, 2015.
20. pensionis] See Epp. 1965, 1993, 1999, 2014.
26. doni] In acknowledgement of the volume of Chrysostom dedicated to John III: see Ep. 1800.
27. Brandonus] Portuguese agent at Antwerp before Rod. Fernandus (Ep. 1681. 51n.)
31. frigida spes] As expressed in Epp. 2159, 2193.

Interim scias, precor, hic esse tuum Erasmum, qui tantus quantus est, tuus est; et vtere liberius semper hac mea tali quali facultate, qui nil habeo quo plus delicier quam obsequio tui, et vbi quid iusseris, inseruiendo tibi. Saluta, precor, si adhuc apud te est, Franciscum Dilfum.

Vale ex Anuerpia xiii[a]. Decembris. 1529.

Totus tuus Erasmus Schetus.

+ Doctissimo summoque viro Erasmo Rotteradamo, amico persincerissimo. Friburgi.

2244. From Hadrian Vanderkammen.

Leipzig MS. Mechlin.
EE. 118. 26 December 1529.

[An original letter, autograph throughout. Of the writer nothing seems to be known. A John Van der Kammen (Cammius) was pensionary of Mechlin in 1561, and was imprisoned at Brussels 1567–70: see EE.]

HADRIANVS VANDERKAMMEN D. ERASMO. S. P. D.

Qvod ad te confidentius scribo quam deceat eum qui nec facie aut nomine tibi sit notus, maxime Erasme, tuus candor, quo omnes humanisime amplecteris, in causa fuit. Preterea nonnihil addidit animi tuus familiaris, quod is, sentiens me plurimum dolere quod tui noticia carerem, neque mihi ob id sperandum fore vt meis nugis interpellatus vna vel altera linia me dignareris, certo certius persuasit te literas meas leta fronte suscepturum. Quare non potui michi inperare quin hasce ei ad te ferendas literas darem: que (et si nihil aliud adferant quam plurimos hic esse tui nominis et scriptorum amantissimos, atque Mechlinie quendam esse Hadrianum, qui iandudum conceptum ad te scribendi desiderium parere ceperit) non ambigo quin ex aliqua saltem parte tibi placebunt, neque nostras ineptias spernes; quippe quibus negotiorum ciuilium tumultus forensiumque litium strepitus, in quibus iam dudum Xisiphi saxum voluimus, non sinunt cultioribus literis operam dare.

Bene valeat T. D., doctissime Erasme; certo hoc sciat, si sit hic quidquam quo ei possimus obsequi, nos omnem (quod ayunt) moturos lapidem vt hoc fiat. Si per negotia quibus detineris, inpediris nobis rescribere, saltem id speramus, si per otium liceret, id faceres quam lubentissime. Iterum vale.

Ex Mechlinia postridie natalis Domini anno XXIX.

Maximo omnis eruditionis viro D. Erasmo Roterodamo theologo, D. meo colendiss. Friburgi.

2244. 2. sit *EE*: si *MS*.

2243. 41. Dilfum] Cf. Ep. 2222. 24n.

2244. 4. familiaris] Perhaps Quirinus Talesius, who was now returning to Erasmus: see Ep. 2222. 25n.

2245. From Francis Titelmans.

Epistola apologetica, 1530, f°. A². Louvain.
December 1529.

[The following extracts are taken from Titelmans' *Epistola apologetica pro opere Collationum . . . ad Desyderium Erasmum Roterodamum, sacrae theologiae professorem,* Antwerp, W. Vorstermann, Jan. 1530: see Ep. 1823 introd. In it Titelmans replies to Erasmus' two letters to Botzheim (Epp. 2205, 2206), the latter of which had just been expanded into the *Opus recens* (l. 1n).]

D. ERASMO ROTERODAMO SACERDOTI AC THEOLOGO FRATER FRANCISCVS TITELMANNVS HASSELLENSIS S. D. P.

Accepimvs, Erasme, frater charissime, diebus istis Opus tuum recens Antuerpiae excusum, quo nostris Collationibus respondes in Epistolam ad Romanos pro veteris interpretationis ecclesiasticae defensione superiori aestate aeditis. Legi librum et diligenter contuli quae a nobis pro illius authoritate fuerant adducta, cum iis quae iam in hoc recenti opere pro veterum tuarum reprehensionum vel immutationum defensione conaris adducere. . . .

⟨f°. E⟩ Porro Matthiam, quem nunc quasi e tuis aemulis vnum cupis apud tui nominis studiosos traducere, forsitan non tam habes inimicum quam falso existimas, homo impense credulus, in iis potissimum quae tui nominis contingunt gloriam. Quod enim ais illum strennue linguam suam vibrare in Erasmum, ego certe totum sesquiannum sub illius disciplina agens, nunquam potui deprehendere. Et cum per id temporis Guardiani officio praesidens, frequenter admodum exhortationis verba proponeret fratribus, non memini ego totum illum sesquiannum quicquam ex eius ore me audisse, ne minimum quidem verbulum, quod aduersum te dirigeretur. Neque in concionibus apud populum tui vnquam ab eo audiui fieri mentionem. Idem quoque ipse plures librorum in rebus theologicis per te aeditorum, ornatu decenti, bono loco et honorificis titulis bene honestatos, in bibliotheca Fratrum publica sollicite reponi curauit: Hieronymi videlicet omnes tomos ex tua recognitione, Noui Testamenti aeditionem vna cum Annotationibus et Paraphrasi. Non probant haec tam inimico illum animo in te esse quam tu videris falso existimare.

Scio illum quidem nonnunquam in congregationibus Fratrum ex ministerio officii illos commonefacere solere ne nouis istis modernorum neniis potius quam studiis sese dedant, neque in eis tempus preciosissimum terant, neque curiosa sectentur: quod faciunt hac tempestate plurimi, quorum strennuos imitatores sese exhibent quidam etiam ex iis quos praestabat grauioribus incumbere studiis. Et quia solemne receptumque est hac nostra tempestate homines istiusmodi studiis nauantes operam Erasmicos appellari (quod te videantur habere suorum studiorum vel ducem vel Mecenatem vel instauratorem), ita fieri potest vt in hos nonnunquam auditus loqui, existimetur in Erasmum linguam vibrasse. Aduersum hos enim audiui ego illum de sui gregis cura sollicitum,

---

1. opus] Erasmus' *Ad Collationes cuiusdam Opus recens,* Antwerp, P. Syluius, 7–15 Oct. 1529.
8. Matthiam] See Ep. 2205. 236–9.

tanquam qui sit rationem pro illorum animabus redditurus, nonnunquam apud Fratres sermonem facere: videlicet vt ab horum exemplo animos deterreret simplicium, ne forte eorum fuco oblectati in errorem incauti inducantur. . . .

⟨f°. E[5]⟩ Atqui agnoscit Antuerpia, quae illum, vt tu ais, dedit, longe alias esse praeclaras huius viri dotes, quibus vitam non corporis sed spiritus debere esse agnoscunt ciuitatis illius incolae non pauci: praesertim vero zelum veritatis egregium, cuius beneficio Antuerpia non ex minima parte sese agnoscit a paestiferi dogmatis veneno in electis praeseruatam: id quod tuipse non ignoras, qui praesens tum temporis Antuerpiae agebas, cum aduersus perfugam ac profugum illum et damnatum haereticorum ducem, Iacobum Praepositum, assidue declamaret. . . .

⟨f°. E[6]⟩ Haec tibi, Erasme frater, perlecto opusculo responsionis tuae significare curaui. . . . Et si ad libros istos de Apocalypsis authoritate (quos tibi simul cum hac epistola transmittimus) respondere visum fuerit, hoc te vnum oro, vt quantum potes in veritate agas quae velis agere, sine fictionibus et artificiis eiusmodi quae in priori tua responsione deprehensa, oportuno tempore (si magnus Dominus voluerit) spero per nos apertius manifestanda. In Deo bene vale, sacerdos honorabilis; et nos corde bono dilige, quoniam nos quoque syncera te affectione diligimus.

Louanii. Anno M.CCCCC.XXIX. Mense Decembri.

2246. From Simon Riquinus.

Leipzig MS. ⟨Cologne.⟩
EE. 119. 1 January 1530.

[An original letter, autograph throughout. The year-date is confirmed by the mention of Quirinus' journey and of Riquinus' book. From the reference to the absence of the Provost, it seems likely that the letter was written from Cologne.

Simon Rychwyn of Trèves matriculated at Cologne in Nov. 1519, and was B.A. 1520, M.A. 1522. His father wished him to enter the court of the Archbishop (Ep. 1946. 5n); but his own inclinations were towards learning. For some time he was tutor to two young nobles; then for nearly three years he was head of the town-school at Diest; and later, recommended by Erasmus, he betook himself to Louvain. See Ep. 2298.

Thenceforward he devoted himself to medicine (cf. l. 40n and Ep. 2274. 18–20), and he was now court-physician to the Counts of Juliers and Cleves. Later he held a similar position at Trèves: where he still was in 1547–8 (Nic. Mameranus, *Catal. familiae aulae Caesareae*, 1550, p. 64).

Of his correspondence with Erasmus the first trace is in Dec. 1528 (Ep. 2077. 43); but Erasmus' recommendation of him to the authorities at Louvain probably goes further back. In Ep. 2274. 18–19 he is described as 'iuuenis'. Of confidence between them there is an indication in the report that Erasmus had sent a book to him to have it secretly printed at Cologne—a report which Erasmus carefully contradicts in a letter to 'Eleutherius', 6 March 153$^{0}_{1}$

48. Antuerpiae] Perhaps c. 21–25 Oct. 1521 (see Ep. 1242 introd.); at which time Probst had returned from Wittenberg and was being attacked by the Inquisition. Titelmans was then in the Antwerp house.

50. Praepositum] See Ep. 980. 54n.

52. Apocalypsis] See Ep. 1823 introd. It was afterwards printed, Antwerp, M. Hillen, 1530, with a dedication to Erasmus, which will be found at the end of 1530.

(Lond. xxxi. 48; LB. x. 1587F). In the summer of 1531 Erasmus sends congratulations to him through a friend at Cologne (Lond. xxvi. 44; LB. 1212).
There is a sketch of him in *Triersche Chronik*, NF. xvii, 1921, pp. 82–9; see also EE.]

S. D. Literae tuae a Quirino redditae partim gaudium, partim moerorem mihi attulerunt. Miraris, scio, quid ita: desine. Non potui non festum, vt aiunt, agere diem, quod eruditissimus et idem excellentissimus tu ad infimae notae hominem me scribere sis dignatus. At hoc vehementer afflixit, quod in suspicionem nescio quam apud te venerim, cum innocentiam meam vbique inuiolatam hactenus fuerim tutatus.

Ianus Cornarius, homo quidem eruditus, caeterum plane ἄθεος (edidit enim orationem doctam sane, at impiissimam, quam inscripsit 'De crucifixo baccalaureo'), solus apud Basileam de me sinisterius pronunciare potuit, cum nullum sciam fuisse illic quem ego vnquam de facie cognorim. Egi aliquot annis Louanii tanquam in conspicuo amphitheatro, vbi ille, hospes egens, a me in domum est susceptus. Ibi iam tum subortam commemini rixam inter illum et vxorem meam, quae statim conspecto homine conterrita est, ceu hinnulus viso elephanto. Porro exortum est vxoris, tametsi moderatissimae, iurgium in Cornarium, quod ille de Deo nihil reuerentius loqueretur, et quandam pro se expositam pecuniam maligne restituere vellet. Hinc extitit fortasse animus in me meosque concitatior, quanquam vultum in me seruarit eundem semper. Ego, si praeuidissem in homine eum gentilismum et animum plane barbarum, nunquam vel videre cupiissem tam deforme et execrabile monstrum. Quid opus est verbis? Nullius rei turpiter gestae mihi sum conscius; nisi quis forte insciciae me velit accusare—eam libenter agnoscam.

Erat animus multa de hac re ad te; sed mutaui sententiam. Si enim per haec paucula suspicionem non possum diluere, si praeterea doctorum et bonorum, quales sunt Goclenius, Rescius, Campensis, Comes Nuenarius, Heresbachius, de me iudicia libera non admittes, frustra conari multis videbor. Sed valeant ista. Semel constitutum in te animum ad extremum vsque spiritum retinebo.

Munus, quod mittit Princeps, non precio debet aestimari sed animi promptitudine, quem ille generosus retinet in te amantissimum; perget posthac cumulatius sese explicare. Quirinum, si voles, beabimus aliquo honesto sacerdocio; tantum mihi id conficiendum committe. Princeps per suum familiarem est scripturus,

1. Literae] See Ep. 2222. 25n.
8. Cornarius] See Ep. 2204.
10. De crucifixo] O. Clemen records that he has been unable to discover this fugitive publication: see *N. Arch. f. sächs. Gesch.* xxxiii (1912), p. 42.
16. elephanto] Clemen notes (ibid.) that Cornarius was 'eine Kolossalfigur'.
21–2. gentilismum] *sc.* gentilitatem; which Jerome uses for 'paganismus'.
28. Goclenius] See Ep. 1209.
Rescius] See Ep. 546.
29. Campensis] See Ep. 1257. 16n.
Nuenarius] See Ep. 442.
Heresbachius] See Ep. 1316.
33. Munus] See Ep. 2234. 15n.
Princeps] The young Duke: see Ep. 2189.
37. Princeps] The reigning Duke, John III: see Ep. 829. 12n.
familiarem] No doubt Vlatten: see Epp. 2298. 8–13, 2335 and EE. 183.

addito eleganti munusculo. Profuissent non parum, ni fallor, commendationes tuae apud Brabantos, si ego me accommodare voluissem. Mitto Iudicium nostrum de sudoribus nouis, in aula turbulentissima scriptum; quare fac sine rigido examine legas.

Vale feliciter, sed hoc vnum oro per deos, vt de Riquino tuo aliud nihil suspiceris quam esse illum vita, moribus inculpatum et Erasmi, si quem alium, studiosissimum. Vtinam ille per occasionem non dedignetur vicissim animum suum scripto testari! Praepositus hinc iam abest; alioqui auide expectarat Quirinum. Iterum vale, decus orbis.

Ipsis calendis Ianuarii, ex tempore, anno MDXXX.

Simon Riquinus, tibi addictissimus.

Celebratissimo D. Erasmo Roterodamo, theologo. Friburgi.

2247. From John Hasenberg.

Leipzig MS. — Leipzig.
EE. 120. — 6 January 1530.

[An original letter, autograph throughout; with the right margin injured at the foot, and the address-sheet missing. The ms. year-date may be accepted; for, since the *Opus Epistolarum* (H) is out, only 1530 and 1531 are possible before Wimpina's death, and it seems that after coming to Augsburg for the Diet, he did not return to Frankfort (see l. 7).

Joannes Jacobi Hoselburgianus (Horák) matriculated at Leipzig in 1518, and was B.A. 1521, M.A. 1523. He became a favourite with Duke George, who in 1525 imposed him on a reluctant Faculty as Dean; and in 1533 he was Vice-chancellor. He joined Cochlaeus in active polemics against Luther: first an *Epistola Martino Ludero et suae parum legitimae vxori Catharinae a Bhor, Christiano prorsus animo scripta, in hoc vt . . . resipiscant*, 10 Aug. 1528, printed by V. Schumann at Leipzig in two issues, Latin and German (LE². 1367). To the counterblast, *New Zeittung von Leyptzig*, s. l. et a., dated 17–20 Aug. 1528, he replied with *Ad Luderanorum famosum libellum recens Wittenbergae editum Responsio*, 30 Sept. ⟨1528⟩, s. l. et a. Later he continued the attack with a letter, 14 April 1529, included in Cochlaeus' *Septiceps Lutherus* (Ep. 2120. 19n); and a lampoon, *Ludus ludentem Luderum ludens*, Leipzig, 1530, addressed to Cochlaeus, 1 May 1530.

In 1534 he was preparing to return to Bohemia. On 8 June 1535 he dedicated to Cochlaeus from Leitmeritz the *Opuscula* of a Bohemian friend, canon of Prague, Simon Fagellus Villaticus, Leipzig, M. Blum, 1535–6; and was perhaps by then Dean, a position which he certainly held in March 1537 (NE. 172). By April 1539 he had become tutor to Ferdinand's children, and so remained till his death: which occurred between 12 Oct. 1550, when it was proposed to restore the abpric. of Prague and appoint him to it (ZKG. 1900, xxi. 549) and 26 April 1551 (Denis, p. 468).

See numerous letters in NE; Denis pp. 447, 453; and other sources mentioned in EE.]

Salvtem optimam maximam cum bene merendi studio coniunctam. Facit hoc, Erasme, doctissimorum eloquentissime, tum tua toto Christianorum orbe tot modis depraedicata virtus et ad

---

2246. 40. Iudicium] *de . . . sudatoria febri, quem vulgo sudorem Britannicum vocant*, Cologne, Jo. Soter, Oct. 1529: two letters between Herm. of Neuenahr and Riquinus, the former dated 7 Sept. ⟨1529⟩ from Cologne, the latter 10 Sept. from Benrath, 8 ms. s. of Düsseldorf.

46. Praepositus] Herm. of Neuenahr (l. 29), who was provost of Cologne.

expectarat Quirinum] in order to write by him as he returned. See Ep. 2222. 25n.

stuporem vsque declarata erudicio, tum clarissimi doctoris Coclaei (qui mihi summus amicus in Emseri, olim Mecoenatis mei, locum obtigit) mandatum, adeoque eruditissimi viri doctoris Conradi Vympinae donarium, vt ego tuae humaniss. dignacioni non de facie modo sed etiam de nomine forte ignotus scribam. Ecquem, obsecro te, mi Erasme, ad scribendum non exstimularent ac protruderent tam fortes arietes multiplice cornu petentes? Maxime vero humaniss. tuae Musae atque heroicae Platonicaeque (absit scripto palpacio) virtutes, nimirum quae vel ipsos caudices insensiles in sui amorem non ita grauate suscitare possent; tantum abest vt me, hominem quidem Bohemum, non aliqua ex parte mouerent, qui Erasmici nominis tam sit amans, obseruans atque studiosus quam qui omnium maxime. Itaque quantum possum, Erasme honoratiss., tuam humanitatem appello oroque vt me (cum alioqui raros Bohemos noscas), qui tuae benignitatis est candor, agnoscas, si forte vnquam quoquo studio, opera, fide, communibusque amicis vel hic vel in Bohemis nostris tuae humanitati gratum facere possem; siquidem ita sum in tuam benignitatem animo comparatus, vt vel mortuus lubentiss. tibi placere studerem.

Caeterum quod ad doctiss. viri Vympinae xenium attinet, ita habet res. Pauculos ante dies ex Francfordiana Odera mihi demandauit, quo tibi magnorum suorum librorum exemplar vnum vel per peritiss. medicum Aurbachium vel certe per Hieronymum Valtherum loco donarii transmitterem. Quare ego apud Valtherum rem ità curaui ~~vt~~, cum modo nullo pacto possit commodum transmitti liber, tantum ad nundinas Francfordianas in Moenum ad futurum proxime emporium demittatur. Demittetur

---

5. Emseri] See Ep. 1928. 6–8.

7. Vympinae] Conrad Coci de Wimpina (c. 1460—17 May 1531), born at Buchen (hence 'a Fagis') in the Odenwald, of a family which came from Wimpfen on the Neckar, matriculated at Leipzig in 1479, and was B.A. 1481, M.A. 1485. He continued there studying theology, and was rector 1494, D.D. 1502. In Jan. 1506 he was chosen to be the first organizer and administrator of the new university of Frankfort on the Oder founded by the young Joachim of Brandenburg: and there his life was spent till 1530, when he came to the Diet of Augsburg.

His writings are numerous, on theology and philosophy; and he was fond of controversy, on the orthodox side (cf. l. 26n). At Augsburg he joined with others in publishing 17 Articles against Luther. A *Farrago* of his miscellaneous works, Cologne, Jo. Soter, March 1531, was edited for him by a friend.

See ADB. xliii. 330–5; and a life, with a full bibliography, by J. Negwer, 1909.

donarium] Cf. l. 28.

18. raros Bohemos] Other friends were Jo. Slechta (Ep. 950), now dead, and Sig. Gelenius (Ep. 1702. 8n).

26. librorum] *Sectarum, errorum, hallutinationum, et schismatum . . . concisioris Anacephalaeoseos librorum partes tres*, Frankfort a/O, *s.n.*, 1528, fol. He had hoped earlier to have it printed at Basle: Negwer p. 158.

27. Aurbachium] Stromer; see Ep. 578.

28. Valtherum] Jerome Walther, agent at Leipzig for the Welsers, who was very obliging to his friends—Pirckheimer, Peutinger, Cochlaeus, Hasenberg—in receiving and forwarding for them. Since 1514 he had been a member of the Town-Council. Cochlaeus dedicated to him a German translation of *Funff Vorredde* of Fisher against Oecolampadius, 1528. He was still living in Oct. 1537: NE. 213, 215. See Peut. E. 237, 279; and EE.

itaque ad societatem Velserianam per Hieronymum Valtherum, amatorem tuae humanitatis maximum. Iccirco opus illud e Francfordia a societate Velserorum per tempus repetes. Vid⟨e/bis, Erasme optime maxime, opus magnum, praeclarum, doctrinae et piae et magnae, atque aduersus haereticos for⟨ti/ argumentorum Scripturarumque acie instructum, maxime vero aduersus Luderi nugacissimas naenias bene munitum : quem hominem ego, Erasme mi, vix decem hellebori Anticyris sanum esse crediderim. Proinde, vir in Germanis omnibus consummatissime, tuam benignitatem per sacras Musas oro, vt hoc opus in optimam partem velis accipere, atque adeo iudicium tuum prorsus Apollineum de libro (nam hoc doctor Conradus Vympina vnice expe⟨tit)/ adscribere.

Iam eram finiturus epistolam, nisi ho⟨c/ vnum obiter incidisset, quod in Epistolarum Opere, epistola ad Coclaeum vltima, tua amantiss. humanitas mei mentionem parum splendidam faceret. Fateor ego m⟨e/ magna vehemencia in famosum libellum Euangelicorum nostrorum praeter modestiam genuinam pro nomine tutando scripsisse, ita vt parum forte abfuer⟨im/ a procacia. Verum quantus quantus sum, Erasme animo meo dilectiss. atque amantiss., totum me tuae humani⟨ss./ benignitati cum Hieronymo Valthero, Mecoenate meo et fidei catholicae hic maximo propugnatore, commend⟨o/ vt qui omnium maxime optimeque. Valeat tua clariss. humanitas in perpetuum iubar et decus Ecclesiae et omnium Christianorum.

Lypsiae in Magorum feriis .1530.

M. Ioannes Hasenber⟨g/ Montanus, canonicus Pra⟨gensis/ et collega Lypsensis in Principis Collegio ad . . .

2248_{2256} FROM BONIFACE AMERBACH.

Basle MSS. C. VI[a]. 54. 40 (β) and 73. 173 (α). Basle.
9 January 1530.

[There are two autograph rough-drafts, both hastily written, and to a considerable extent identical. The difference of date given in ll. 2–3 for Boniface's intended start for Freiburg shows that β is the later. It is not likely that he would have sent off two letters so closely similar without mentioning that the second was a duplicate. It may therefore be taken that β represents the letter actually sent; accordingly it serves as the foundation of this text. Some of the variants of α are worth recording.

The year-date is confirmed by the contents.]

CAVE vanum me putaueris, clariss. Erasme, quod sub ferias natalitias non[1] venerim. In causa fuerunt negocia que postridie Kl. Ianuar. mihi iter ingressuro cum rusticis lignatoribus praeter spem inciderunt. Alioqui nulla coeli intemperies itinerisue incom-

2248. 2. fuerunt . . . 4. inciderunt β: est pituita que postridie Stephani iter ingressurum ita corripuit vt, velim nolim, domi maneam oportet α.

2247. 32. Velserianam] See Ep. 2153 introd.
46. epistola] See Ep. 2143. 8–13.
48. famosum libellum] The *New Zeittung*: see introd.

2248. 3. iter ingressuro] To pay his promised visit to Freiburg: see Ep. 2223. 33n.

moditas me domi retinuisset, quin salutatum te patronum meum incomparabilem venissem. Verum quicquid hoc morae vel eo leuius fero quod a Francisco nostro Dilpho te admodum firma esse valetudine intelligo; quam tibi longeuam, immo perpetuam, etiam atque etiam cupio.

De rebus nostratibus quid scribendum sit, propemodum ignoro. Si Euangelii fructus sunt post εἰκονομαχίαν in sacraria quoque cladem edere, bona ecclesiarum sub hastam coniecta licitatoribus minimo addicere, item mulctis, iisque non vulgaribus, ad audiendas conciones cogere, cum id genus similibus, sumus plane quod audire cupimus, nempe Εὐαγγελικώτατοι. Parum abfuit quin et ad mensam Oecolampadii cogeremur. Ea hospitalitate est bonus hic vir vt inuitos etiam ad hoc adactos satagat. In Pontifice hoc olim tyrannidem, nunc ipsi rerum potiti Euangelicum interpretantur. Subinde, mi Erasme, repeto quod tam amanter, immo paterne sepius monuisti, nihil tibi boni praesagire animum.

Quod ad me attinet, Gymnasii praefectis iam inde a principio quibus conditionibus retineri possem, de scripto praeiui. Ad omnia tum annuerunt, spem fore adicientes vt plura petens exaudirer. Nunc re ipsa comperio quod alibi Ouidius scribit,

Pollicitis diues quilibet esse potest.

Nam non solum promissa non praestantur, sed etiam immunitates a multis retro seculis professoribus indulte tolluntur. Verum de his coram. Bene vale, clariss. Eras., patrone incomparab.

Basileae. 5 Eid. Ianuar. Anno 30.

2249. To Baptista Egnatius.

Epistolae Floridae p. 128. ⟨Freiburg.⟩
K. p. 135: N. p. 1051: Lond. xxvi. 58: ⟨c. January⟩ 1530.
LB. 1149.

[The numerous topics common to this letter and Ep. 2209—Utenhove's letter about Egnatius, the French versificators' attack on Erasmus because

7. a Francisco nostro Dilpho β: ab omnibus quotquot ad nos veniunt α. 8. perpetuo αβ: *correxi*. 11. Si Euangelii . . . 18. interpretantur β: Video, vt verbo dicam, οὐδὲν ὑγιές, nec publice nec priuatim. Ea est omnium innouatio vt Aphricae etiam superiores simus. Parum abest quin regnum illud Euangelii nomine sese tegens in tyrannidem degeneret et desinat. Ita Oecolampadius, quod in se est, omnes in suam opinionem adactos satagit. His diebus auctio publica instituta fuit, et hasta proposita rerum ecclesiasticarum lanearum et olosericarum. Videbis in breui omnes nos pro humilitate Christiana olosericis indutos; nam minimo licitantibus addicuntur α. 13. audiendus β: *correxi*. 21. Gymnasii praefectis β: Magistratui α.

7. Dilpho] For his presence at Freiburg and his approaching journey to Spain see Epp. 2251–5.

11. εἰκονομαχίαν] See Ep. 2101. 31n.

12. bona ecclesiarum] These were sold in Dec. 1529: see Am. E.

16. cogeremur] This had been ordained on 1 April 1529: see Am. E. 47, and cf. Epp. 2179. 1n, 2267. 27–35, 2281. 7–9.

20. sepius] Cf. Epp. 1293. 2, 2179. 1.

22. praeiui] He had done this already in Nov.: see Am. E. 49. His conditions are perhaps those detailed in Am. E. 47.

24. Ouidius] *A. A.* 1. 444.

26. immunitates] 'von wachen, hütten, reissen vnd anderm, minen vorfarn vnd mir bisshar vergünt': Am. E. 47.

29. 5] This figure is uncertain. B.-Biedermann is perhaps right (Am. E. 55) in omitting it, as a meaningless flourish.

of the *Ciceronianus*, the English sweat, the Phrygians—suggest a date in Sept. 1529; and there is also a verbal resemblance to Ep. 2211.

On the other hand there are coincidences with Epp. 2250, 2256, which make it possible to preserve the year-date given in the *Epistolae Floridae* (J). The later date also accords better with Herwagen's visit to Italy (l. 40n): as a man of business he would be more likely to spend two months over it than six.]

ERAS. ROT. BAPTISTAE EGNATIO S.

Ex Vtenhouii clarissimi iuuenis litteris cognoui te summa cum dignitate profiteri Venetiae bonas litteras. Quas vbique feliciter efflorescere gaudeo; sed vereor ne quorundam opera fiat vt non leuioribus dissidiis vitientur studia quam vitiata est pietas: adeo frendent in me quod Ciceronianus meus taxat ineptos Ciceronis simios, et ad veram illius imitationem hortetur. Galli quidam maledicis versiculis nomen meum proscindunt, quod in eadem charta nominarim Budaeum et Badium; nec aliter indignantur quam si illi minxerim in faciem, quum Budaicae gloriae semper et candidissime et constantissime fauerim, non alio nomine quam studiorum, quae vir ille tum prouehit feliciter, tum ornat magnifice. Nam quod ad me pertinet, nihil illi debeo praeter charitatem mutuam. Quot locis illius amantissime facio mentionem in omnibus meis lucubrationibus! Atque in ipso Ciceroniano paucis quidem verbis, sed quantum illi laudis tribuo!

Basilea cessi et Friburgum demigraui; verebar enim ne posteaquam spoliassent templa, venirent ad aedes nostras, et vbi satis saeuissent in diuorum statuas, insilirent in viua capita.

Metuo ne Caesaris aduentus cruentos motus excitet in Germania. Ciuitates aliquot sese parant ad extrema. Scio magnam esse Caesaris potentiam. Sed populus vbique maxima ex parte sectis nouis addictus est, rustici pene omnes, nondum pristinae cladis obliti; et semel dato signo fortasse concurrent qui nunc quiescunt. Vindictam molimur omnes, vitae mutationem nemo vel somniat. Puto rem melius successuram si Pontifex in Christi praesidiis spem suam reponeret potius quam in turba Cardinalium, in principum armis, et improbitate monachorum, quorum mores huic malo dedere seminarium. Hi nunc τυραννεύουσιν in Brabantia, et subinde sacrificant holocautoma. Quo Turca sit euasurus, hic multi solliciti sunt. Neque enim dubium est quin metuat duorum fratrum indies crescentem potentiam.

Nusquam pax, nullum iter tutum est, rerum caritate, penuria,

4. studia *add. K.* 12. illi *om. N.* 16. Basilea . . . 18. capita *om. K.*

1. litteris] See Ep. 2209. 1n.
5. Ciceronianus] See Ep. 1948.
6. Galli] Cf. Ep. 2209. 100–105.
7. versiculis] See Epp. 2027. 26n, 2209. 101n.
8. Budaeum] See Ep. 2021 introd.: LB. i. 1011DE.
13. Quot locis] e.g. in the *Apol. in Dial. Latomi*, 1519 (LB. ix. 85F–86A), and the *Fam. Colloq. Formulae*, March 1522 (LB. i. 641C).
14. in ipso Ciceroniano] For Erasmus' pains to amend his blunder see the collation in Ep. 2021 introd.
16. Basilea cessi] See p. 137.
19. Caesaris aduentus] Cf. Ep. 2250. 27–32.
28. in Brabantia] Cf. Epp. 2256. 6–7, 31–2; 2263. 105, 2268. 4–6.
30–31. duorum fratrum] Charles and Ferdinand.
31. crescentem potentiam] Cf. Ep. 2211. 40.
32. caritate] Cf. Ep. 2192. 118n.

fame, pestilentia laboratur vbique, sectis dissecta sunt omnia. Ad tantam malorum lernam accessit laetalis sudor, multos intra horas octo tollens e medio, et crebro quos reliquit breui interuallo repetens, nec id semel, sed bis, ter, quater, donec in hydropem aut epidemiam aut aliud morbi genus versus, tandem extinguat miseris excarnificatum modis. Nec toties πληγέντες Φρύγες γινόμεθα ἀμείνονες.

Qui has, vt spero, reddet, Ioannes est Heruagius, qui duxit vxorem a Ioanne Frobenio relictam, et in restituendi bonos autores prouinciam illi successit, vir bonae fidei nec indoctus: cui si qua in re citra tuum incommodum commodare poteris, non dubito quin pro tua solita humanitate sis hoc officii studiis libenter praestaturus. Vale. M.D.XXX.

2250. To John Maldonatus.

Epistolae Floridae p. 122. | Freiburg.
K. p. 129: N. p. 1047: Lond. xxvi. 47: LB. 1153. | 13 January ⟨1530⟩.

[The series of letters, Epp. 2250–2, 2253–5, form two consecutive groups in J. Two of them have the year-date 1530, three have 1531. Epp. 2250 and 2253 are alike in mentioning Erasmus' move to Freiburg, clearly as recent. The last five must be contemporary, for they all name Dilft as the bearer; and one of them, Ep. 2253, must be of 1530, because it mentions Chrysostom (Ep. 2359) as about to appear in the autumn. The whole series must therefore be placed in 1530.

For Dilft's route to Spain see Ep. 2255. 1–3. He was the bearer also of Ep. 2256: see its l. 14.]

ERASMVS ROTER. MALDONATO S.

Accepi litteras tuas, Maldonate charissime, binas quidem illas, sed eodem argumento, nisi quod exemplo posteriori coronidem adieceras. Ad quas vt breuissime respondeam: Ad prolixam illam epistolam, qua mihi velut ex amicorum delegatione monachorum tragoediae vnam atque alteram scenam pertexueras, iam pridem prolixiore respondi. Eam simulatque sensi ad te perlatam non esse, misi rursus exemplar; nec grauarer tertio mittere, nisi migratio (nam Basileam reliqui, magno rei familiaris dispendio sed, gratia superis, citra valetudinis iacturam) supellectilem omnem meam sic perturbasset vt non pauca perierint. Iamque res eo refrixit vt non sit operaeprecium studiose perquirere. Quid acciderit illis demiror. Illud certissimum est, me bis misisse;

2250. 5. scenam *add. N.*

2249. 34. laetalis sudor] Cf. Ep. 2209. 108–164.

38. Φρύγες] Cf. Ep. 2209. 188n.

40. Heruagius] See Epp. 2033. 58n, 2231. 62–4, 2236. 3, 27. Erasmus learnt of his return to Basle between 23 March (Ep. 2288. 1–2) and 31 March: see Ep. 2302, from which it appears that one purpose of his journey was to collect MSS.

2250. 1. binas] Cf. Ep. 2109. 2–3n.

2. coronidem] Cf. Epp. 2098 and 2173; which has an autograph postscript added to a secretary's letter.

4. epistolam] Ep. 1742.

5. tragoediae] See Ep. 1791 introd.

6. prolixiore] Ep. 1805.

6–7. perlatam non esse] See Ep. 1908. 56.

7. misi] In fulfilment of the promise made in Ep. 1971. 6–7.

8. migratio] Cf. Epp. 2143. 5, 2253. 2.

quiduis tamen suspicer potius quam Valdesii hoc incuria factum esse, quum nihil sit illo iuuene candidius aut amicius. Nec dubito quin histriones isti pergant reliquas fabulae scenas absoluere. Sed adeo sum satur istorum tumultuum fatalium, vt nec illa libeat cognoscere quae ad me pertinent. Faciat de me Dominus quod ipsi visum fuerit, modo nos rectum, vt aiunt, clauum teneamus.

Quod mihi de multis praeclaris gestis ac dotibus gratularis, vtinam id tam meo merito faceres, mi Maldonate, quam id facis et amanter et diserte! Hi fatales orbis tumultus, hae prodigiosae calamitates, quarum nullus est modus neque finis, sed semper vltimam excipit alia grauior, tum inaudita mortalium prauitas, facit vt omnium studiorum me propemodum pigeat, non modo artis istius gladiatoriae. Mihi iam rudem dedi, vobis iuuenibus lampadem tradens. Nobis hic multae res parum laeta minitantur. Sub aduentum Caesaris muniunt se nouis addicti sectis tanto studio, vt si nihil aliud quam τὸ ἀσφαλὲς spectem, dubitaturus sim vtra in parte malim esse. Precor vt Dominus omnia vertat in prosperum exitum: qui nisi huic interueniat fabulae, videtur cruentam habitura catastrophen. Bene vale, nosque quod facis ama. Datum Friburgi Brisgoiae. Idib. Ianuar. anno M.D.XXX[I].

2251. To ⟨John⟩ Valdes.

Epistolae Floridae p. 123.
K. p. 130: N. p. 1047: Lond. xxvi. 48: LB. 1090.

Freiburg.
13 January 1530.

[In this and Ep. 2252 there is nothing in the headings to distinguish the two brothers. But the brother whom Erasmus hoped to see in Germany in the spring (l. 4) must be Alfonso, who was now travelling with the Emperor. So that this letter clearly is addressed to John.]

ERASMVS ROTEROD. VALDESIO S.

Nihil non debeo fratri tuo, Valdesi charissime, qui in me amando, tuendo, demerendo nullum seruat modum. Is quoniam abest, aequum est vt isthic mihi in germani vicem succedas: quem hic, vti spero, vere proximo videbimus. Facile condono quod non respondes meis litteris, modo amore mutuo respondeas; quod te facere non dubito, nisi me fallunt omnia. Non onerabo te pluribus; caetera cognosces ex Francisco Dilfo, qui semel adamatam Hispaniam non potest relinquere. Bene vale.

Datum apud Friburgum Brisgoiae Idibus Ianuar. M.D.XXX.

2251. 9. Anno *post* Ianuar. *add. K*: *om. N*².

2250. 13. Valdesii] Clearly Alfonso: see Epp. 1807, 2252.

2251. 3. abest] from Spain. 5. litteris] Ep. 1961.

2252. To ⟨Alfonso⟩ Valdes.

Epistolae Floridae p. 123. Freiburg.
K. p. 130: N. p. 1047: Lond. xxvi. 49: LB. 1089. 13 January 1530.

ERASMVS ROTEROD. VALDESIO S.

An proximas literas meas, vir amicissime, receperis, nondum certe licuit cognoscere; nam audio complurium querimonias de epistolis interceptis aut parum bona fide redditis. Scripseram autem satis prolixe. Miseram et R. D. episcopo Burgensi litterarum fasciculum, quum legatum ageret in Anglia; rogans vt eas in Hispaniam perferendas curaret, isque hoc sibi curae futurum respondit.

Nunc non est quod pluribus tecum agam, quum γραμματοφόρον sim nactus Franciscum Dilfum, vnde possis omnia quae hic geruntur melius quam ex meipso cognoscere. Est enim facundus, exploratae fidei, mihi cum primis amicus ac familiaris, nec ignotus tibi. Nunquam enim desinit nobis tuam erga se comitatem humanitatemque praedicare. Ex eo sum expiscatus omnia quae ad valetudinem, fortunas, ingenium ac mores tuos germanorumque tuorum pertinebant. Ille mihi sic depinxit singula, vt mihi non minus noti sitis quam si annuam vobiscum egissem consuetudinem. Quid multis? Effecit vt ex charissimis mihi sitis chariores, hoc quoque nomine, quod quicquid officiorum in illum contulistis, existimem ad me pertinere. Itaque tametsi non omnino feliciter successit adita primum Hispania, tamen mihi satis prospere cessit. Δευτέρων, aiunt, ἀμεινόνων, si non mentitur prouerbium. Haud mediocris felicitatis pars commodis meis accesserit, quandoquidem isthic Dilfum habiturus sum cui tuto possim quiduis committere, imo qui sponte sua sit diligenter curaturus, si quid meis commodis aut existimationi videbitur conducere. Ex hoc igitur vt emunxi quicquid de rebus Hispaniensibus scire volebam, ita tuum erit vicissim ex illo exculpere, si quid de rebus harum regionum audire cupies. Bene vale.

Id. Ian. an. M. D. XXX. Friburgi Brisgoiae.

2253. To John Vergara.

Epistolae Floridae p. 126. ⟨Freiburg.⟩
K. p. 133: N. p. 1050: Lond. xxvi. 55: LB. 1151. ⟨c. 13 January 1530.⟩

ERAS. ROT. IOANNI VERGARAE THEOLOGO S.

Decreveram isthuc mittere quatuor summas operum Augustini; sed demigratio perturbauit omnes res meas, nec quis-

2252. 14. mihi *post* Ille *om. K.* 28. *J Lond.*: M.D.XXXI N^3.
2253. TIT. THEOLOGO *om. N.*

2252. 1. proximas literas] For recent correspondence between them see p. 241; and cf. Ep. 2241. 24n.
4. Burgensi] See Ep. 2163. 5n.
4–5. fasciculum] Perhaps including Epp. 1967–72.
13. germanorum] This passage is discussed by Caballero, p. 70, with details of the Valdes family.
19. successit] *sc.* Dilfo: in 1528–9.
20. Δευτέρων] See *Adag.* 238.
2253. 1. summas] Sets, of ten volumes.
1–2. Augustini] See Ep. 2157.
2. demigratio] Cf. Epp. 2143. 5n, 2250. 8–10.

quam se obtulit qui perferendi negocium suscipere vellet. Arbitror autem isthic iam dudum prostare volumina; et ineptum esset si isthic emi iuberem aere meo quod talibus amicis donetur. Non ignorabam quantum deberem humanissimi Praesulis humanitati vel pietati verius erga me. Munus tamen veluti pignus ac signaculum illius in me animi fuit longe gratissimum. Eam pecuniam bona fide partitus sum cum his qui conferendo scribendoque iuuerant, vt mihi ducatum vnum non fecerim reliquum; imo de meo nonnihil adiecerim, vt Archiepiscopi benignitati iam non Erasmus modo sed complures etiam habeant gratiam. Quod si perinde nostram industriam sensero illius iudicio probari, plane triumpho.

Est nunc in manibus Chrysostomus, simili maiestate proditurus autumno proximo. Accedent non pauca partim a me, partim ab aliis versa. Quanquam in his sunt quaedam *νόθα*, meo quidem iudicio, veluti Commentarius in Epistolam ad Hebraeos, in Epistolam ad Corinthios posteriorem, in Acta Apostolorum: vt exemplum contaminandi sacros autores a Graecis ad nos dimanasse videatur.

Card. Eboracensis sic offendit animum regium vt, spoliatus bonis et omni dignitate, teneatur, non in carcere, sed in quodam ipsius praedio, adhibitis triginta duntaxat seu famulis seu custodibus. Proferuntur in illum querelae innumerae, vt vix existiment effugere posse capitis supplicium. Hic est fortunae ludus, ex ludimagistro subuectus est ad regnum. Nam plane regnabat verius quam ipse Rex, metuebatur ab omnibus, amabatur a paucis, ne dicam a nemine. Paucis ante diebus quam caperetur, curauerat Ricardum Pacaeum coniiciendum in carcerem; ac minitabatur etiam meo Archiepiscopo Cantuariensi. Ante ruinam exaltantur spiritus, ait Solomon. Archiepiscopus Cantuariensis vocatus, imo reuocatus, est ad Cancellarii munus, quo non aliud in Anglia maius; sed is excusauit aetatem iam imparem tanto negocio. Itaque prouincia delegata est Thomae Moro, magno omnium applausu, nec minore bonorum omnium laeticia subuectus quam deiectus Card. Haec retulit famulus meus nuper ex Anglia reuersus.

De nostro priuato deque publico Germaniae statu, quoniam longa est historia, melius est te ex Francisci Dilfi relatione cogno-

6. humanissimi *J*: ornatissimi *K*. 32. Salomon *N*.

6. Praesulis] Fonseca.
7. Munus] See Ep. 2208. 37n.
9–10. qui . . . iuuerant] See Ep. 2126. 229n.
15. Chrysostomus] See Ep. 2359.
17. quaedam *νόθα*] See Epp. 2261. 51–2, 2359.
22. Eboracensis] See Ep. 2237. 22–3.
30. Pacaeum] His confinement was no doubt due to his illness (cf. Brewer iv. 4927); in spite of the rumour mentioned in Ep. 2033. 60–66. For his recovery see Ep. 2287.
30–31. minitabatur] The reference is perhaps not to anything recent, but to Wolsey's earlier threats of *praemunire*: see A. F. Pollard, *Wolsey*, 1929, pp. 172, 177.
32. Solomon] Prov. 16. 18.
Archiepiscopus] See A. F. Pollard, *Wolsey*, 1929, pp. 254–5; and cf. Epp. 2295, 2332.
33. reuocatus] Cf. Ep. 414. 1n.
35. Moro] Cf. Ep. 2228.
37. famulus] Quirinus Talesius; see Ep. 2222. 25n.

scere; nihil enim illum fugit rerum mearum. Vixit apud me menses aliquot, atque vtinam licuisset illo diutius frui! Sed rapitur miro desiderio adamatae Hispaniae, quum alioqui sit apud suos honesto loco et opulenta familia natus. Sed habet Vlysseum quiddam, et horret matrimonii capistrum, amore libertatis. Multis experimentis compertum habeo iuuenem esse magno praeditum ingenio, dextrum in gerendis negociis, nec infacundum nec imprudentem, fide vero certissima animoque in amicum amicissimo. Nolim te, mi Vergara, grauare mea commendatione; si tamen absque tuo incommodo poteris illius consulere commodis, et tuis in me officiis magnum nomen adieceris, et, nisi me fallunt omnia, recte collocaris officium tuum. Hic partim meam quoque rem ago, videlicet vt isthic habeam alterum Erasmum, qui mea non minus diligenter curet quam ego ipse. Facile illi dabitur aliquis locus in aula Augustae: nam hoc ambit. Pingit eleganter et scribit argute, quoties intendit animum; vt ipse non possim argutius. Si quidam tam fauissent illius negocio quam ego volebam, non reliquisset Hispaniam.

Nae ego sum homo insigniter impudens, qui quum tibi debeam omnia, nec vllam gratiae partem reponam, tamen perinde quasi bene meritus postulo tuum officium. Nisi mihi contigisset talis grammatophorus, variis de rebus ad te scripsissem: nunc Dilfus meus complurium epistolarum instar esse poterit. Is nunquam desiit narrare quantum tibi, quantum tuis fratribus debeat. Patronum tuum ita mihi totum depinxit, vt magis illum quam antea tum suspiciam tum amem.

Hic constans rumor fuit Archiepiscopum Toletanum in fata concessisse. Id quum mihi magno cum animi dolore nunciatum esset atque etiam persuasum, nec adhuc Augustinus esset absolutus, vt liceret hoc laboris alteri cuiuis dicare; tamen fixum animo manebat, hoc officii illius dare memoriae quod viuo destinaram. Sed ex Valdesii mei litteris accepi nuncium qui moerorem omnem abstersit. In auctis Epistolarum mearum voluminibus reperies aliquoties nomen tuum et fratrum tuorum, atque etiam Archiepiscopi: quod illum boni consulturum spero, nam de vestris animis nihil addubito.

2254. To Francis Vergara.

Epistolae Floridae p. 128.
K. p. 134: N. p. 1051: Lond. xxvi. 56: LB. 1154.

Freiburg.
13 January ⟨1530⟩.

ERAS. ROT. FRANCISCO VERGARAE S.

Qvod Dilfum meum qui has tibi reddet, tam comiter amplexus es, et hospitem et ignotum, agnoui, mi Francisce, et exosculatus

2253. 47. negociis *add. K.*

2253. 44. Vlysseum] Cf. Ep. 1972. 1.
55. Augustae] See Ep. 2208. 14n.
Pingit] This seems to be used for fine or neat handwriting.
64. fratribus] Francis, and Bern. Tovar, for whom see Ep. 1814. 57n.
67. Toletanum] Cf. Ep. 2208. 11–13.
72. litteris] See Ep. 2241. 24n.
73. Epistolarum] H: see Ep. 2203.
75. Archiepiscopi] Fonseca.

sum ingenii tui candorem, mihi quidem antea non ignotum; sed perquam iucundum fuit illius memoriam hac occasione renouari. Erat iste animus optimus felicissimo domicilio dignus; sed ita sunt res humanae, nihil est diu laetum aut ex omni parte beatum. Accipimus autem eos viros qui praecipuis animi dotibus excelluerunt, fere fuisse valetudinarios. Sed post nubila succedet serenitas; et si non succedat, magna mali pars abest, si adsit fortis et aequus animus. Spero tamen futurum vt breui laetior ad nos de te nuncius redeat.

Noua lues, iam olim vni Britanniae peculiaris, subito se sparsit per vniuersas nationes; atque initio, quoniam malum erat subitum et horrendum, videlicet intra horas XXIIII, saepe pauciores, exanimans quem inuaserat, animos omnium terrore perculit, adeo vt multis metus et imaginatio morbum conciliarit. Corripuit plurimos, pauciores tamen extinxit quam solet iam nimium orbi nota epidemia; mox nulli fere periere, nisi per imperitiam medicorum aut neglectam aegroti curam. Haec pestis si vestram Hispaniam non attigit, est quod illi vehementer gratuler. Dominus te nobis restituat incolumem, Vergara charissime.

Datum apud Friburgum Brisgoiae. Idibus Ianuar. M.D. XXX[I].

2255. To John and Bernard Boerio.

Epistolae Floridae p. 128. Freiburg.
K. p. 135: N. p. 1051: Lond. xxvi. 57: LB. 1155. 13 January ⟨1530⟩.

[Finding that Dilft was intending to travel to Spain by sea from Genoa, Erasmus took the opportunity to write to his former pupils. Bernard replied on 15 March 1530, but the letter is not extant.

To the brief mention of the family in Ep. 267 introd. may be added that the father was a friend of Phil. Albericus of Mantua; see the latter's preface to an edition of Bapt. Fiaera's *Coena*, Paris, Badius, 13 Aug. 1508 (Fox E. 27).

In the British Museum is a MS. (Add. 19553), perhaps written by P. Meghen, containing Latin translations of Isocrates *ad Nicoclem* and Lucian, *Non facile credendum esse calumniae*; 'studiorum meorum primitiae' dedicated by John the son, 'pene puer atque in bonis litteris tyrunculus', to Prince Henry, ⟨evidently c. 1506⟩ when the boys were about to start with Erasmus for Italy.]

ERAS. ROT. IOANNI ET BERNARDO BOERIIS S.

Qvvm hic Franciscus Dilfus, iuuenis pluribus ornatus dotibus, honestissimo apud suos loco mihique multis nominibus charissimus, decreuisset isthinc in Hispaniam soluere, non putaui committendum vt tam bonam occasionem paterer mihi frustra obiectam. Huic in mandatis dedi vt vos conueniret, meisque verbis salutem diceret; et si qua cupiditas vos tenet cognoscendi quid agat Erasmus, ex hoc licebit omnia discere, qui multo tempore mecum domesticam habuit consuetudinem.

Inter amicitiam quae mihi cum patre felicis memoriae vestro intercessit, nonnulla incidit nubecula: nostra, vt scitis, nunquam

2254. 15. quem *J*: quam *N*. 22. Ianuariis *K*.

2254. 6. beatum] Cf. Hor. *C*. 2. 16. 28.
8. valetudinarios] For F. Vergara's ill-health cf. Ep. 2125. 23-5.
12. lues] See Ep. 2209. 108n.

fuit interrupta. Proinde spes est nondum prorsus excidisse vobis Erasmum; olim fortem virum, quum cum scarabaeo decertaret, nunc in senecta factum gladiatorem, vt cui assidue cum tot monstris sit depugnandum. Mihi magnopere iucundum erit, si cognouero vos incolumes, et in olim feliciter coeptis studiis gnauiter desudare. Bene valete.

Datum apud Friburgum Brisgoiae Idibus Ianuar. M.D.XXX[I].

[2248]2256[2267] To Boniface Amerbach.

Basle MS. AN. III. 15. 13. Freiburg.
Q. II. 16 January ⟨1530⟩.

[An original letter, autograph throughout. The year-date is clearly indicated by the contents.]

S. p. Vereor, mi Bonifaci, ne ista quae narras, quamlibet τραγικά, nihil aliud ⟨sint⟩ quam preludia τραγικωτέρων. Et vndique sese ostendunt eiusmodi tumultuum minae, vt nesciam quid tibi consulere debeam. Pontifex quid non persuasurus est Caesari post beatissimorum pedum oscula? Nec difficile est diuinare quos spiritus cum suis habeat ille Sanctissimus. Apud Brabantos plane regnant πτωχοτύραννοι, clam fremente populo. In Anglia res sunt turbatissimae, non solum ob Card. deiectum, verum etiam ob dissidium Regis et Reginae. Card. Campegius reliquit Angliam, nullo alio responso aedito quam 'Res magna est, amplius deliberandum censeo'; quum in hoc esset accitus vt negocium expediret. Atqui ne diceretur nihil egisse, satis magnam auri vim extulerat Caletium; sed intercepta est praeda, non dubito quin conniuente Rege. Sed hanc Iliadem ex Dilfo cognosces.

Comes Palatinus, suppetias ferente Lantgrauio Hessiae, velitatur aduersus Card. Mogontinensem. Quin et Turcam hic metuimus iritatum. Interim Cesar indulget osculis et pompis Italicis, non sine maximis impendiis. Rubra crux rursus erecta est apud Brabantos aduersus Turcam. Monachi pingunt Turcicae crudelitatis exempla, ac vociferantur strenue; sed nemo dat obolum. Nos hic in oppidulo nec tuto, et vndique cincto hostibus, quos non paucos habet etiam intus, velut inter sacrum et saxum sedemus, omnia Deo committentes. Tu tuum ipsius animum in

2255. 17. Anno *post* Ianuar. *add. N.* 2256. 2. sint *addidi.* 3. tumultū *MS.*

2255. 12. scarabaeo] Comparison with Erasmus' next letter to Bernard, 11 April 1531, shows that the boys' tutor, Clyfton (Ep. 194. 30n), is intended.

2256. 1. narras] In Ep. 2248.

5. oscula] Cf. Ep. 2240. 15n.

6–7. Apud Brabantos] Cf. Ep. 2249. 28–9.

8. In Anglia] As in Ep. 2253, Erasmus is no doubt giving news brought by Quirinus.

8. Card.] Wolsey: see Ep. 2240. 5n.

9. Campegius] See Ep. 2215. 52n. He crossed the Channel on 26 Oct. (Brewer iv. 6050).

13. intercepta est] Cf. Ep. 119. 7n.

14. Dilfo] See Ep. 2250 introd.

16. Comes Palatinus] See Ep. 1356. 53n.

Lantgrauio See Ep. 2141. 14n.

19. Rubra crux] Cf. Ep. 2285. 78–80.

23. inter] See *Adag.* 15.

primis consules an expediat vel nunc solum vertere. Opinor non male cessurum quod soceri consilio susceperis. Multi demirabantur in tali rerum statu ⟨te⟩ istic residere; ego certe mirabar salariolum et istorum pollicita tantum apud te valuisse. Harum edium domina nupsit marito, qui nec emptorem vult nec conductorem. Dicitur huc breui commigraturus. Mihi demigrandum erit. Brabanticae tragoediae catastrophen audire malo quam spectare. Interdum cogito Patauium; sed negant in Italiam vllum iter esse tutum, ob rusticos insidiantes militibus a Venetis dimissis.

Vellem te cogitare de negocio Regis Angliae, non quod illi me velim admiscere quod Card. Campegius non est ausus. Probabile est ingentem cedem orituram in Anglia, nisi extiterit certus haeres. Contra durum est Reginam, quae illi tot annos conuixit, toties abortiit, tandem filiam elegantissimam dedit, repudiari; et tamen ex hac negant esse spem prolis, medicorum vt opinor iudicio.

Quod duxit a fratre relictam, non repugnat iuri diuino, et intercessit Pontificis diploma. At Rex apud populum testatus est se numquam habuisse rem cum illa animo maritali. Illud verum est: adhuc sub tutoribus agens, vehementer reluctatus est ne duceret hanc vxorem. Sed quum a tutoribus varius iniiceretur metus, etiam ne regno excuteretur, et excussus, vt ibi mos est, occideretur, duxit, sed vt satis indicaret se non ex animo ducere. Quod si abstinuisset ab illa, et amoto metu declarasset animum suum mature, tale quiddam esset quale fecit Lodouicus 12, rex Galliarum. Quidam consulunt vt filia nubat alicui magnati, ex eo coniugio natus succedat in regnum. Sed preterquam quod incertum est an ea res exclusura sit seditionem, obstat illud quoque, quod Rex apud populum professus est se numquam cum ea congressum animo coniugis: quae vox illam facit notham. Tantum superest an res, etiam si fuit verum coniugium, sit dispensabilis ob publicam tranquillitatem. Si paras migrationem, quo maturius id feceris, hoc meo iudicio feceris tutius. Bene vale, amice incomparabilis. Friburgi. 17. Cal. Febr.

Vxori et fratri s. p.

Erasmus Rot. tuus.

Mitto libellum de remediis sudatoriae pestis. Apud Brabantos

27. te *addidi*. 40. hanc *MS*. 59. Freb. *MS*. 62. Brabanto *MS*.

28–9. Harum edium] See Ep. 2112. 15n.

29. domina] Ursula Adlerin, of Augsburg, widow of Jac. Villinger (Ep. 1149).

marito] Jo. Loeble, Ferdinand's treasurer; with whom Erasmus had later to negotiate. See EE. 153 of 6 June 1531.

31. Brabanticae tragoediae] Cf. ll. 6–7.

32. Patauium] Cf. Ep. 2209. 30–31.

39. filiam] See Ep. 389. 59n.

43. diploma] dated 26 Dec. 1503.

45. reluctatus est] See Fox's deposition, made in April 1527 (cf. Fox E. 89), of Henry's action on 27 June 1505: Brewer iv. 5791 and Bergenroth i. 435.

50. Lodouicus 12] whom in 1498 Alexander VI dispensed from his marriage to Jeanne of France; in order that he might marry Anne of Brittany in 1499.

62. libellum] Perhaps *Sudoris Anglici exitialis pestiferique morbi ratio, praeseruatio et cura*, by two physicians of Metz, Jo. Nidepontanus

subinde incendunt aliquot, quo simul et haereses purgent et aërem; nam eo suffitu putant repurgari coelum.

Eruditiss. ll. professori, D. Bonifacio Amerbachio.

Basilaeae.

2257. To Nicholas Episcopius.

I. Lipsi Epistolae, 1621, p. 105 (*a*). Freiburg.
17 January 1530.

[A letter printed, with seven others addressed to Episcopius, in *Iusti Lipsi Epistolarum . . decades xiix*, ed. J. I. Pontanus, Harderwyk, 1621. In an introductory note (p. 93) Pontanus states that the letters 'olim Basileae in nostras manus feliciter ⟨venerunt⟩'; but the originals seem now to have disappeared. I cannot confirm the year-date.]

NICOL. EPISCOPIO S. P.

Aeqvo animo feram te successisse in aedes meas, si in labores quoque successeris: vt Erasmus non migrasse sed in Episcopio repubuisse videatur. Hic iuuenis cupit tibi commendari. Dominum habet miserum, vtcumque magniloquum. Opto vt cum tibi charissimis quam optime valeas, amice chariss.

Friburgi xvi. Cal. Febr. M.D.[C]XXX.

Erasmum tuum agnoscis.

2258. From Levinus Ammonius.

Besançon MS. 599, p. 257. Bois-St.-Martin.
17 January 1530.

[From the same source as Ep. 1463: an autograph copy in Levinus' letter-book. The year-date is confirmed by the connexion with Epp. 2270, 2286.]

LEVINVS AM. D. ERASMO ROT. SALVTEM ET PACEM.

Binas abs te literas accepi, Erasme in Christo dilectissime, alteras quidem, scriptas natali Deiparae Virginis, circiter Euangelistae Lucae diem; cum quibus simul Epistolas Basilii recognitas ac plurimis in locis restitutas. Alteras vero, datas natali Martini, postridie nonas Ianuarii tandem recepi. Et quod maiorem in modum male me habet, nudas recepi; quod liber ille Chrysostomi

2257. 1. si in *scripsi*: seu *a*.

---

and Laur. Frisius, 'praecipiti calamo conscripta', Strasburg, Jo. Knoblouch jun., ⟨c. Oct.⟩ 1529; or Riquinus' *Iudicium* (Ep. 2246. 40n).

2256. 63. subinde incendunt] Cf. Ep. 2249. 28–9.

2257. 1. aedes meas] See Epp. 1316. 38n, 2202. 53–7.

2258. 1. Binas . . . literas] Neither is extant. The former, carried by Quirinus (cf. ll. 97–8), probably answered Ep. 2197.

2. natali . . . Virginis] 8 Sept.

3. Lucae diem] 18 Oct.

Basilii] See Ep. 2214. 7n.

4. Alteras] No doubt carried by Nic. Episcopius: see Ep. 2235. 8n.

natali Martini] 11 Nov.

6. Chrysostomi] It had been sent to Louvain in the hope that Goclenius would translate it himself or persuade Cranevelt or Levinus to do so; see Ep. 2352. 319–22. Failing of the first two, it was to go to Ghent for Levinus (Epp. 2270. 16–22, 2286. 2–6); and Erasmus asked that the translation should be done by May (l. 22). It was kept at Louvain (cf. Ep. 2291. 14–15), and after six months was returned, not translated because

Graecus in Epistolam ad Romanos, quem pariter mittere scripsisti, an obiter interceptus nescio, certe redditus non sit. Doleo, inquam, plusquam dici potest, ablatam mihi occasionem vel obsequendi tuae voluntati, quo nihil fecero lubentius; vel ingenue fatendi imparem me esse labori. Neutrum enim satis apte licet, hactenus non viso libro. Audomarus quidem noster, tui profecto vir amantissimus, solicitare non cessat Erasmum Schetum literis et conuitiis, vt liber bona fide reddatur; sed ad hunc vsque diem peractum est nihil. Habeo tamen interim tibi gratiam, quantam sane possum maximam, partim pro binis ad me literis, quibus in tota supellectile mea nihil charius amplector; partim pro Epistolarum libro recognito mihique misso; partim etiam pro Chrysostomi hoc libro, tametsi non est perlatus: id quod per te sane nequaquam stetit. Nondum quidem penitus abieci spem fore vt tandem reddatur; sed metuo vt post tempus adueniat. Vides enim ab hoc die ad Maium paulo plus superesse quam treis menses: ante quem tamen aut totum aut certe dimidium necesse est absoluam, si quidem voluntati tuae parere velim.

Ego vero, mi Erasme, dicam id quod res est: non ita versatus sum in vtraque lingua vt ad vertendum mihi satis instructa sit verborum supellex, praesertim tam breui tempore. Semel duntaxat ea mihi tentata est glacies, idque per ocium, et tam feliciter successit, vt ne mihi quidem satis ipse fecerim. Tamen datus est typographo sermunculus ille Chrysostomi De fato et prouidentia Dei, me vehementer reclamante. Non enim in hoc verteram vt aederetur, sed partim vt periculum mei facerem, partim vt patrono veluti per transennam demonstrarem non omnino mihi pertinax illud in Graecanicis literis studium periisse. Nam quo pacto fidere mihi possum, qui re vera nullo prorsus vnquam vsus sum praeceptore? Certe ante annos duodecim ne elementa quidem omnia Graecae linguae mihi cognita fuere, quum iam

---

of the difficulty of the script: consequently this work does not appear in Erasmus' Latin Chrysostom (Ep. 2359).

After a year he sent the MS. to G. Brixius, who completed the translation by Oct. 1532, and in March 1533 the Frobens printed the volume. See Brixius' preface to the reader, 13 Nov. 1532: which states also that his original was a copy made for Erasmus from a MS. found at Ladenburg, no doubt in Dalburg's library (Ep. 1774. 19n). It was in Erasmus' hands in 1526; see Epp. 1736. 22–4, 1795. 14–15. He also had another: see Ep. 2379.

Brixius' translation was printed again in the Chevallon Chrysostom of 1536, vol. iv.

12. Audomarus] Edingus; see Ep. 2060.

13. Schetum] See Ep. 2270. 16–22.

17–18. Epistolarum] Probably the *Opus Epistolarum* (H: see Ep. 2203), Basle, Froben, 1529, which is described in its title as 'diligenter recognitum'. A copy of H was sent to Pirckheimer just at the same date; see Ep. 2214. 1–2.

Or perhaps the MS. of Basil (ll. 3, 100) is intended.

30. typographo] M. Hillen: see Ep. 1463 introd. Two letters of Levinus, the earlier dated 12 Feb. 1528, show that the printing was done at the order of Massemius; Besançon MS. 599, pp. 166, 263.

sermunculus] Erasmus did not use Levinus' translation for his Latin Chrysostom; but reprinted Oecolampadius' in vol. v.

33. patrono] Franc. Massemius; see Ep. 2197. 121n.

totidem annos in hoc instituto vitae peregissem. Tantum abest vt vel libros habuerim vel eos legere, nedum intelligere, potuerim, vt maxime habuissem. Mirum quidem est, sed tamen Deo teste verum quod dico. Nullus mihi mortalium fuit adminiculo, praeterquam mutis, quod aiunt, magistris comparandis, e quibus totum quicquid illud est hausi. Nihilo tamen secius adeo me non poenitet insumpti laboris vt, si non ad vertendum, quod sane lubentius aliis concesserim, ad intelligendum saltem iudicandumque satis mihi praesidii comparatum esse confidam. Verum si quis propius introspiciat, facile diuinabit quam difficile mihi fuerit illud iter ingredi, cuius ne ipsum quidem ingressum nisi per tenebras non videbam.

Quod idcirco mihi dictum esse velim existimes, optime Erasme, non vt miraculum mei faciam—nihil enim quo id possim contigit—, sed vt meo pede, non tuo, vires metiare meas. Metuo, si conari velim, vt mihi veniat vsu quod illi in Euangelio turrim substruere volenti, non ante pensitatis opibus an posset consummare. Quin illud quoque, vt maxime possim, me reuocaret ab isthac adeunda prouincia, quod metuam futurum vt meo nomine publicetur. Ego vero nihil ita mihi fugiendum esse semel definiui atque in scenam prodire, mea ipsius audacia iudice mundo fabulam acturus; nempe quod nemo non videat quam multis hoc ipsum male verterit. Nominis immortalitatem nihil profecto moror, felix abunde futurus si vel vni Christo placere possim. Is si iudicabit olim me suo populo vsui esse posse, non egebit occasione qua me quantum libet latentem producat in lucem. Faciat quod is velit ad suam vnius gloriam. Interim non pessime latebo, inter amiculos familiariter et amice mussitans, atque epistoliis aut lacessens aut lacessitus respondens. Ego certe conscius meae paupertatis nec ingeram me vulgo, nec vllis machinabor technis vt a felicibus hisce latebris ad mundanae vitae tumultus depellar.

Nemo te, optime Erasme, nec verteret melius, si per istos mastigas, imo mastigias potius, liceret; nec felicius esset aedituros, qui iampridem omni inuidia superior euaseris. Ego vero nouus aut magis nullus homo sum, vix vltra limen domus nostrae cognitus; et profecto magnum hoc esse periculum videtur, iuxta Euclionis illius sententiam, ab asinis inter quos hactenus egi, nihil ipse melior, ad boues transcendere qui longo tempore iugum traxerunt. Neque tamen si per vllam occasionem publicae Christianae rei prodesse queam defuturus sum, modo ne mea temeritate meoque miser indicio quasi sorex periturus prodar.

---

38. totidem annos] He made his profession at Bois-St.-Martin on 18 Aug. 1506.

39. libros habuerim] Cf. Ep. 1463. 154–8.

42. mutis . . . magistris] *sc.* libris: cf. *Adag.* 118.

67. conscius] In the margin of his letter-book Levinus refers to a somewhat similar passage, in a letter of Erasmus to Sadoleto, 7 March 1531: J. p. 43. 5.

75. Euclionis] The poor man in Plautus, *Aul.* 235: see *Adag.* 630, where Erasmus interprets the phrase, 'ex humiliore conditione ad ditiorum partes transire', and suggests that Plautus was borrowing 'ex apologo quopiam . . . qui mihi in praesentia non succurrit'.

Denique, quod ais in epistola, fore fortassis vt alteram tute partem vertendi capessas, quem alioqui vel eruditissimum non deterreat? Quis enim hoc aeui tecum possit eloquentia et verborum copia comparari? Quid igitur? Tun' isthuc luculentissimum dicendi flumen aridissima infantia mea perturbari sustinebis? istamne suauissimam eloquentiam, quam et arte tenes et vsu longo confirmasti, mea balbutie conspurcari patieris? Me quidem autore nequaquam facies, optime Erasme. Nihil enim turpius quam huiusmodi commissura cohaereat. Itaque, mi Erasme, si quapiam alia in re possum tibi gratificari, aut scribendo quicquid voles Graece siue Latine, aut quidlibet aliud quod viriculas non excedat meas faciendo, nihil, mihi crede, nec lubentius fecero nec optatius. Proinde nihil est quod labores vt mihi gratificere, quemadmodum videris in epistola priore; quando quidem me tibi pluribus obstrictum fateor quam vt vnquam soluendo sim futurus.

Satis, imo fortasse nimium, respondisse videor duabus epistolis. Quirinus tuus, quem me conuenturum esse dicebas, is nullus venit. Neque fortasse necessarium vt mea causa delassetur. Nosti conditionem meam, nec ignoras quanto plerique supercilio bonas literas studiaque contemnant. Epistolas Basilii nondum scribere exorsus sum, quod paulo posteaquam literas illas ad te dederam, patrum autoritate ad actuosum vitae genus fuerim protractus. Aedituum enim me domus nostrae, siue sacrorum custodem, fecerunt; vbi semper quod agam satis superque est. Lubens tamen vel tua vel Christianae religionis causa nonnihil etiam somno suffurabor: quanquam ad lucernas lucubrare vix sustinet debilis acies oculorum. Quos et ipsos longe debiliores perpetuo pene studio feci; nec adest quippiam qui recreare possim. Pluribus tecum agere volebam, sed meus me pudor vetuit. Scio enim te alioquin occupatissimum esse. Itaque hic desino. Christus te seruet, Erasme dilectissime.

E Sylua nostra natali diui Antonii. 1530.

2259. From Boniface Amerbach.

Basle MS. C. VI^a. 73. 425. ⟨Basle.⟩
⟨? January 1530.⟩

[A very hasty rough-draft: scribbled on the same half-sheet with the beginnings of two others to different people. A precise date is not possible. But 'quae nuper proposueras' (l. 7) may quite well refer to Erasmus' request in Ep. 2256 for an opinion about the Divorce: an opinion which Boniface subsequently gave at length by letter (Ep. 2267).]

S. P. Rogat senex hic num quid ad te velim. Ego vero, cum nunc temporis nihil aliud occurrat, nihil scribendo hoc scribo, quod nunquam non tibi imprecor, ad hec tibi iam olim persuasissimum credo; nempe mea opera te vbique et semper pro animi sententia vti posse. Intra dies decem aut ⟨ad⟩ summum 14 istuc mihi in

2258. 97. Quirinus] See Ep. 2222. 25n.
100. Epistolas Basilii] Cf. l. 3.
101. literas] Ep. 2197; cf. l. 1n.

soceri negocio eundum erit, nisi quid aliud acciderit. Tum de his coram quae nuper proposueras. Sed et tuo consilio mihi opus erit in conditione quadam que mihi offertur.

Bene vale, clariss. Erasme.

2260. To Peter Gilles.

Xenophontis Hieron, 1530, p. 59 (*a*). Freiburg.
28 January 1530.

[A letter appended to Erasmus' translation of Xenophon's *Hieron*, Basle, Froben, 1530 (Ep. 2273), but never reprinted. It is a singular medley. Beginning with regrets for the death of Gilles' two wives and his friend Clava, it passes to a complaint over the unauthorized publication of a composition of Erasmus' early years, his Paraphrase on Valla's *Elegantiae*. Then comes a protest against the publication at Antwerp of Erasmus' first reply to Titelmans; introduced without any clue, no doubt because of its mention in Gilles' letter (not extant) here answered. This leads to a further expostulatory reply to Titelmans' *Collationes super Epistolam ad Romanos*, May 1529 (see Ep. 2206 introd.), which occupies more than half the letter. Finally Erasmus gives news of his own health at some length, and returns to the verses of condolence with which he had begun. The year-date needs no confirmation.]

DES. ERASMVS ROTERODAMVS PETRO AEGIDIO, SENATVS ANTVERPIANI AB ACTIS, S.

Sic visum est superis, Petre charissime, vt hoc officii tibi praestarem in luctu quod in laetiore argumento maluissem. Id si parum feliciter a me factum est, erit humanitatis tuae aequi boni consulere certe studium nostrum ac promptam animi voluntatem. Iam olim alienissimus sum a pangendis carminibus, itaque vereor ne carmina esse neges quae mitto. Alioqui perquam lubens satisfecissem vel tuo animo vel Corneliae quondam coniugis memoriae; cuius tanta fuit morum integritas vt vel priscis illis seculis quibus adhuc Astrea versabatur in terris, inter pietatis, fidei et castitatis exempla celebrari potuerit.

Quam illa tota pendebat a vultu tuo, vt ad omnes nutus obseruiebat! tristis aut hilaris, vtcunque te vidisset affectum. Si quid morbi incidisset, illa magis aegrotabat quam tu; commoritura si quid euenisset acerbius. Non illi choreae dulces, tametsi puellae; non conuiuia quibus non intererat maritus, non cursitationes per alienas domus, non spectacula, non vicinarum colloquia. In curanda familia, in educandis liberis omne studium, omne ocium et negocium, omne solatium collocarat; nec alio nomine me quoque charum habebat nisi quod animaduerteret nos

2260. 9. Ascrea *a*.

2259. 6. soceri] See Ep. 2179. 2n.

7. coram] The visit proposed in the autumn (Ep. 2223) and nearly accomplished at the New Year (Ep. 2248) was achieved in the spring: see Ep. 2280. 9.

8. conditione] Perhaps a new offer from Freiburg, made through Zasius: cf. Am. E. 54.

2260. 6. carmina] printed on f°. F³ of the *Hieron*; never reprinted by Erasmus.

7. Corneliae] † c. Aug. 1526; see Epp. 715. 56n, 1740.

17. liberis] Erasmus' epitaphs say that she had eight.

esse tam vnanimes. Tibi quidem publicis negociis fere semper occupato talis οἰκουρὸς erat necessaria; egebat liberorum aetas tali nutrice; et aequum erat vt ipsa diutius et dulcissimo coniuge et charissimis liberis frueretur. Sed nulla mors libentius distrahit quam quae sunt arctissime suauissimeque coniuncta. Ducta est altera curandis liberis tuis magis quam voluptati; et hanc celeriter abs te distraxit fatorum iniquitas. Ita factum est, mi Petre, vt quum longe adhuc absis a senectutis limine, tamen senilibus incommodis iam nunc sis exercitatus, bis viduus, bis ob coniugis obitum pullatus. Bene tamen habet quod nondum orbitatis dolorem expertus.

Non hic quidem parabo consolationem, qui norim animum tuum iam olim philosophiae praeceptis aduersus omnes humanae vitae casus abunde munitum. At mihi cor tremore palpitauit, quum ex literis tuis intelligerem te a sudore pestilenti iterum atque iterum repetitum; nec adhuc desino solicitus esse, reputans tibi magnam diei partem in curiae negociis versandum esse. Nam domi sedentibus minus est periculi, praesertim si quis foco luculento vtatur.

Nunciant et Antonium Clauam Gandaui vita defunctum esse, Deus bone, cuiusmodi virum! Quam nihil habebat senile senectus illius, comis, hilaris, benigna, festiua! Quam aequus iudex, quam amicus patronus, quam amans librorum! quos omnes habebat inauratos foris, intus aureis literis picturatos; thesauros esse dixisses, non libros. Sterilem habebat vxorem, eoque libros pro liberis adamabat. Quam candide fauebat literarum bonarum cultoribus! Iam natu grandis sic edidicerat Graecas literas, vt meipso melius teneret etiam illa minuta grammatices.

Verum haec vetus est et communis mortalium omnium querela. Nunc ea rerum humanarum facies est vt omnia videantur insignem aliquam ac fatalem calamitatem minari. Quot iam annis vidimus bella, famem et pestilentias? Scabiem gallicam, malum lepra formidabilius, vertimus in iocum. Accessit dogmatum irreconciliabile dissidium, imminet Turca ceruicibus nostris. Et quasi parum esset malorum, erupit ac repente per orbem diuagatus est sudor iste letalis. Tot malis admonet nos Deus vt toto corde ad ipsum conuertamur et ad arcam confugiamus. Verum idem nunc videmus accidere quod iuxta Domini testimonium accidit temporibus Noë. Edimus, bibimus, iungimus matrimonia, vendimus, emimus, extruimus domos, pompas agimus; perinde securi quasi tranquilla sint omnia nec quicquam immineat periculi: vt vehe-

25. altera] Maria Dionysia, a widow, who died at the birth of her first child, a daughter: see Erasmus' epitaph on her, on f^{o}. F^{3} v^{o} of *Hieron.*

27. senectutis] Gilles was now a little over 43.

34. sudore] See Ep. 2209. 108n.

37–8. foco luculento] Cf. Epp. 1248. 10n, 1422. 28–9.

39. Clauam] † 31 May 1529: see Epp. 175. 10n, 2197. 69–70. Erasmus' epitaph for him (f^{o}. F^{3} v^{o}) states that he had passed 70 when he died.

46. Graecas literas] See Epp. 530. 34, 617. 5, 841. 1, 1306. 68–9.

48. querela] of the death of friends.

51. Scabiem] See Epp. 1593. 85–101, 2285. 21–4.

53. Turca] See Ep. 2285.

menter metuam ne nos inopinata opprimat calamitas. Sed nihil metuendum his qui manent in Christo Iesu.

Prosiliit in lucem, primum vt audio Coloniae, mox Lutetiae, libellus cui titulum scilicet fecerunt 'Paraphrasis Erasmi in libros Elegantiarum Laurentii Vallae'. Demiror quid mentis aut frontis habeant homines istiusmodi, qui tantum iuris sibi sumunt in scripta aliena, idque viuo autore. Olim vix natum annos viginti literator quidam qui gregem recens collegerat, orauit me vt ostenderem quis autor potissimum conduceret pueris ad discendum Latine. Commendaui Laurentianum opus De Elegantiis. Respondit illum fusius scribere, eaque causa parum idoneum qui pueris praelegeretur; sibi vero non esse tantum ocii vt ex eo decerperet praecipua. Haec erat illius oratio; sed re vera non intellecturus erat Laurentium, etiamsi maxime fuisset legendi et relegendi ocium. Itaque precibus et blanditiis victa est mea facilitas. Cursim reuoluto Laurentio, enotaui quae tali literatori congruere videbantur; adeo nihil cogitans de edendo vt exemplar nec apud me seruauerim nec ab illo vnquam repetiuerim. Hoc nunc me et viuo nec monito typis euulgant, ac titulum suo arbitratu affingunt.

Is qui praefatur in libellum Cornelii Croci, putat hoc opus a me scriptum Lutetiae; quum illa notarim in Hollandia annis septem priusquam viderem Lutetiam. Nam quod Lutetiae scripseram, ingens erat volumen, nec id in hoc paratum vt exiret in manus hominum. Insinuarat se in disciplinam meam Anglus quidam; quem vbi comperissem, lapidem verius quam hominem, nec ingenio nec memoria valere, meque prorsus in cassum voces fundere, coepi illi crassius notare ac veluti pingere quae docet Laurentius. Hoc quum illi vehementer placeret ac mihi spem profectus nonnullam ostenderet, perfeci quod institueram. Vnicum exemplar mea manu scriptum illi tradidi, sed adiurato ne cuiquam communicaret.

---

64. Paraphrasis] See Epp. 17 introd., 23. 106n, 2354. The Cologne edition was printed by Gymnich in 1529; the first Paris edition, by R. Stephanus, is dated 21 Nov. 1529.

68. literator] This schoolmaster has not been identified.

67. viginti] In his preface to the Freiburg edition of March 1531 Erasmus says 'plus minus octodecim'. Neither figure, when combined with the seven years of l. 82, accords with the dates of his birth (1466) and his arrival in Paris (1495) as given in vol. i, app. 2, and Ep. 43 introd.

81. Is qui praefatur] Corn. Aurelius Lopsenus (Gerard), the friend of Erasmus' youth; see Ep. 17. He writes with good humour, defending his action in printing Erasmus' Paraphrase by Erasmus' own example with the poems of Wm. Herman (Ep. 49), and saying that in any case he is sure of Erasmus' forgiveness.

libellum] *Corn. Croci* ⟨Ep. 2354⟩ *Farrago sordidorum verborum, siue Augiae stabulum repurgatum.*

82. scriptum Lutetiae] This statement is not in Corn. Gerard's preface (l. 81n), but in a preface to Erasmus' Paraphrase by Alard of Amsterdam (Ep. 433) addressed to Crocus, 1 Feb. 1522 from Louvain. At that date he sent a ms. copy of the Paraphrase to Crocus for use in one or two schools in Holland, and described it as 'scripta quondam Lutetiae a D. Erasmo Rot., literarum Latinarum et omnis pietatis vindice'—a description which is faithfully reproduced on the Cologne title-page, 1529.

annis septem] See l. 67n.

84. ingens . . . volumen] See the preface to the Freiburg edition, 1531.

85. Anglus] Perhaps Robert Fisher; see Ep. 62.

Audio nec ab hoc seruatam fidem; certe ab aedendo temperatum est.

Ad alterum libellum redeo. Nonne vehementer atrox iniuria videatur, si quis quod alius in adolescentia vel in amici gratiam vel exercendi ingenii causa lusisset, eodem sano, viuo, inscio et, si sciat, inuito, typis euulgaret? Sed atrocius est quod addiderunt. Libellum redegerunt in ordinem literarum, et hac opera totam argumenti naturam fructumque corruperunt, eo quod vocum proprietas ex collatione mutua dilucescit: veluti quum indicatur quomodo discrepent vel significatione vel vsurpatione *quamuis, quanquam, etsi, tametsi, licet*; item *quisquis, quisque, quiuis, quilibet, quicunque*; item *dudum, iamdudum, olim, iam olim, nuper, quondam, pridem, iampridem, heri, cras, nudiustertius, perhendie, pridie, postridie*. Haec igitur inter se cognata, si per literarum ordinem separentur, nonne pars vtilitatis perit et argumenti ratio corrumpitur? Itaque non tantum in istis desidero fidem et humanitatem verum etiam iudicium et mentem sobriam. Si sibi temperare non poterant quin aederent, saltem admonuissent. Ego quatridui opera sic retexuissem hoc quicquid est opusculi, vt nec meo magno cum dedecore nec sine iuuentutis fructu legi posset.

Sed ingeniis istiusmodi quid inauspicatius? quae nec ipsa quicquam moliuntur in publicam studiorum vtilitatem, et aliena corrumpendo, laedunt eorum existimationem qui sua industria conantur prodesse. Ego quidem qui ad grauiores contumelias occallui, istuc facile deuoro; sed tamen talium hominum audacia magno digna est malo. Si sunt amici, quum rem inimicam faciant, iudicium in illis desiderare cogor. Si inimici, turpius laedunt sub amicitiae persona. Si nec amici sunt nec inimici, sed animi causa ludunt, ludant sane, sed citra cuiusquam iniuriam; oblectent sese sine dolore alterius. Idem olim accidit in Colloquiis.

Libellum meum isthic excusum nolim, non tantum ob id quod non minus sordide tractatum videam quam inemendate, verum etiam quod intelligam id quod subuerebar euenisse, *τὸν τέττιγά φασι πτεροῦ*. Quoniam existimabam hoc ab amicis isthic agentibus rectius posse dispici, rem ad illorum arbitrium detuleram, siue vulgandum siue premendum censerent; nam si fuisset mihi certum aedere, poteram hic et commodius et celerius et emendatius. Mihi nonnulla spes erat fore vt iuuenis Responsionis meae comitate submonitus, verteret scribendi genus, praesertim quum nomen quoque suppresserim. Nam ipse quidem omnibus natura faueo

126. *πτερὸς a.*

94. alterum libellum] The short book, made up in Holland and now just published; as contrasted with the larger work composed in Paris.

122. in Colloquiis] See Epp. 130. 92n, 909.

123. Libellum] The *Opus recens* (Ep. 2206 introd.) replying to Titelmans: for whom cf. Ep. 2261. 71n.

126. *πτεροῦ*] *sc. συνειληφας*. See *Adag.* 828, quoting Archilochus (143) *ap.* Luc. *Pseudol.* 1.: 'Dicitur in eos qui quempiam prouocant minime ex vsu suo. . . . Si cicadam natura garrulam ala prehendas, clarius obstrepet'.

126. isthic] at Antwerp.

130. iuuenis] Titelmans.

131–2. nomen . . . suppresserim] In the *Opus recens* Titelmans appears as 'gerontodidascalus'.

qui conantur industria sua qualicunque promouere rem literariam. Sed quando perspicere mihi videor malum immedicabile, certum est illum suo morbo relinquere. Comperio doleoque et istud hominum genus ad mundum degenerare. Apparet illos esse fèroculos spe victoriae. Atque vtinam quocunque modo sopiatur haec lues, modo victoria cedat Christo! Sed ex hisce rerum quae cernimus hactenus prooemiis, ingentem metum concipit animus meus, ne Christi negocium nihilo melius habeat, et quod ad hominum factiones attinet, plane sit quod dicitur *Καδμεία νίκη*. Verum haec fabula iam dudum exiit potestatem hominum; requirit *τὸν ἀπὸ μηχανῆς θεόν*. Superest vt quod sumus, libenter simus, in manu Domini.

Scio te, mi Petre, occupatiorem quam vt adeo *μακροὺς λήρους* vacet euoluere. Equidem vix hosti tantum optarim mali, nedum tibi. Sed vnum idque breue specimen exhibeo, vnde coniectes quam ille abutatur et chartis et ocio. Ad Romanos octauo vetus interpres *φρόνημα* verterat 'quid desideret spiritus'. Hoc a me non reprehenditur, sed indico vocem aptiorem, *sensum* siue *affectum* spiritus. Simile quiddam annotarat et Valla. Iacobus Faber mauult *prudentiam*, quae vox huic loco non congruit. Fabri tamen annotationem nec verbo taxat; tantum litigat nobiscum quod maluerimus *sensum* et *affectum* quam *desiderium*. Atque hic scilicet nactus campum expromendae facundiae suae, 'Sensus' inquit 'et affectus crassiora sunt vocabula quam quae spiritui attribuantur, qui corporalium perturbationum est expers. Carni ergo sensus et affectus conueniet, infimae nimirum et crassiori parti corporea et crassa vocabula'. Hactenus ille.

Vide quam friuolum nugamentum quanta cum autoritate docet! Audiuit fortassis a Stoicis rigidioribus damnari *πάθη*, quae nonnulli vertunt *affectus*, alii *perturbationes*. Atqui non ideo protinus affectus nihil aliud sonat quam animi perturbationes, si Latini, dum quomodocunque student explicare Stoicorum mentem, *πάθη* verterunt *affectus*, *motus*, *perturbationes*, *cupiditates* ac *morbos*. Deinde hoc Stoicorum *παράδοξον* non solum a Christianis verum etiam a caeteris philosophis, imo ab ipsis Stoicis recentioribus, iam olim explosum est. Nunc etiam haereticus sit habendus qui Stoicorum *ἀπάθειαν* velit tueri pertinaciter. Nam gaudium, dolor, spes, metus, amor, odium, ira, beneuolentia, misericordia citra controuersiam affectus sunt; et tamen haec passim in mysticis literis tribuuntur hominibus non iuxta carnem sed iuxta spiritum viuentibus, tribuuntur et Christo, denique tribuuntur Diuinae naturae. Nonne Dauid in spiritu dicit 'Perfecto odio oderam illos'? Quoties Paulus dolore angitur, gaudio exultat, metu discruciatur? Et Virgo

158. conueniant *Titelmannus*.

---

148. Ad Romanos] 8. 27.

148–9. vetus interpres] See Ep. 2172. 5n.

150. indico] *Annot.*: in the first edition, 1516, and all later.

151. Valla] *Adnotationes*, Paris, 1505 (see Ep. 182), f. 27 v°.: 'Graece est "Nouit qui sensus Spiritus", siue vt circumloquamur, "quid sentiat Spiritus"'.

Faber] *Comm. in Epist. Pauli*, Paris, H. Stephanus, 15 Dec. 1512, ff. 6, 87 v°.

156. inquit] Titelmans, *Collationes* f. 177.

174. Dauid] Ps. 138. 22.

parens an non habuit maternum affectum erga Filium, ac Filius vicissim erga matrem? In Euangelio an non legimus Dominum exultasse in spiritu, infremuisse, illachrymasse, iratum fuisse et miseratione commotum? Atque hos omnes animi motus complectitur *affectus* vocabulum: nisi hic forte species amplectitur, quarum genus reprobat, idque irata dialectica. Iam nonne et angelis tribuitur gaudium et charitas, qui tamen sunt incorporei? Nonne inter fructus spiritus Paulus commemorat gaudium, inter opera carnis multo alia recensens? Atqui apud hunc caro et spiritus irreconciliabili bello inter se conflictantur. Et tamen idem ad Galatas cap. v. carni et spiritui tribuit idem verbum *concupiscendi*, quod extra controuersiam ad affectum pertinet.

Non me clam est aliter fuisse affectus in Christo, aliter in nobis; sed tamen in Christo fuisse veros affectus hominum negare sit impium. Neque quisquam tam stupidus est vt suspicetur in Deo esse iram, furorem, odium, amorem, gaudium, dolorem, commiserationem, poenitudinem: quae voces tamen passim in sacris literis pie tribuuntur. An hic quoque clamabit, 'Furor et poenitentia crassiora vocabula sunt quam quae conueniant Diuinae naturae'? Verum vt in homine duplex est voluntas pia et impia, ita scire debebat esse duplices affectus, bonos et malos, spirituales et carnales. Sensum autem forsitan putat esse tantum corporis, quales sunt visus et auditus; aut carnalem appetentiam, vnde dicitur vulgate sed barbare sensualitas. Nec animaduertit *sensus* vocabulum in sacris voluminibus frequenter attribui Diuinae naturae, velut in hac ipsa Epistola cap. xi. 'Quis cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit?' Quod Hieronymus vertit apud Esaiam *spiritum*, interpres quem hic tuendum suscepit vertit *sensum*; non sine blasphemia, si iuuenis vera docet. Quisquis enim Diuinae naturae tribuit carnem aut quicquam carnale, nihilo minus blasphemus est quam si tribuat coepisse, mutari ac desinere.

Nec tamen hoc isti satis est. Addit mirificus doctor: 'Neque vero dignum satis esse videtur, vt spiritus desiderium pro nobis adiuuandis, cum illius Terentiani serui vafri et nequam carnali sensu conferamus. Sunt enim spiritualibus spiritualia conferenda, atque aptanda rebus nomina, carnalibus vero carnalia. Aliter enim de diuino Spiritu sancto, aliter de humano, vafro et petulanti, pia erga Deum nos loqui docet affectio'. Sic ille. Hoc sermone quid tandem sibi vult? Ne putemus eundem esse sensum Spiritui sancto qui fuit Syro Terentiano? Quanquam illic Syrus de Demeae senis sensu loquitur, non de suo. Ne saxis quidem opus est hac admonitione. Anne iisdem verbis vtamur de diuis ac Deo loquentes quam de quibuslibet hominibus? Si hoc nepharium est, impie loquuntur cum diuinis libris omnes orthodoxi, 'Christus sitit salutem hominum, et Diabolus sitit exitium

187. effectum a. 209. illud desyderium *Titelmannus*.

186. ad Galatas] 5. 17.
201. Epistola] Rom. 11. 34.
202. Hieronymus] *in Is.* 40. 13.
203. interpres] Cf. ll. 148–9.
208. Addit] *Collationes* f. 177.
210. Terentiani] *Ad.* 210.

animarum'. De Deo prorsus silendum erit: in quem nullae voces humanae proprie quadrant, sed, vt potest, de illo balbutit hominum imbecillitas. An quia vafer et petulans apud Terentium amat Bacchidem aut Thaidem, ideo impie dicitur 'Pater Deus amat Filium Deum'. Et quia impius Adrianus dilexit Antinoum, ideo impie dicitur, 'Sic Deus dilexit mundum'. Et quia Iudas proditor dixit, 'Aue, Rabbi', non caeteris discipulis licuit post iisdem verbis salutare magistrum?

An illud putat, quum Christiani tractant de puritate sermonis, non esse fas ex prophanis autoribus loquendi formas petere? Vnde igitur petiit Cyprianus, Hieronymus et Augustinus? Quid his dici potest delirantius? Quid autem sibi vult quod ait, 'conferamus'? An qui ex Terentio docet sensum non tantum vsurpari pro sensibus externis, verum etiam pro ingenio siue peculiari hominis affectu, confert sensum comicae personae cum sensu Dei? An non iisdem verbis vtimur de Deo et homicida phrenetico et lenone, quum tribuimus illi furorem, quum dicimus illum occidere et viuificare, quum in Scripturis iurat? Quid igitur officit huius aut illius vafricies ac petulantia quo minus vox aliqua pie dicatur de Deo ac diuis? Non saltem illud animaduertit, quod haec vox *sensus*, in quam tam multa petulanter et crasse dixit, toties vsurpata sit in bonam partem ab interprete pro quo profitetur se digladiari; atque adeo frequenter vsurpari pro mente ipsa et spiritu potius quam carne, veluti Lucae vigesimoquarto, 'Tunc aperuit illis sensum', Graece est *νοῦν*. Rom. xi, 'Quis cognouit sensum Domini?', Graece est *νοῦν*. Mox cap. xii, 'Renouamini in nouitate sensus vestri', pro *sensus* Paulus scripsit *νοός*. Rursum I. Corinth. I, 'in eodem sensu', Graece est *νοΐ*. ii. Corinth. xi, 'Ne corrumpantur sensus vestri', Paulus habet *νοήματα*, hoc est intelligentiae siue cogitationes. Philip. iiii, 'Pax Dei quae exuperat omnem sensum', habetur *νοῦν*. Item in Epistola Ioannis prima cap. v, 'Filius Dei venit, et dedit nobis sensum', *διάνοιαν*, id est mentem. Similiter vertit aliis locis compluribus tum in Vetere, tum in Nouo Testamento. Si *sensus* vocabulum est vafris et petulantibus relinquendum, iustiorem habebat causam in interpretem stomachandi, qui quum Canonica Scriptura habeat verbum spirituale, reddidit nobis sensum carnalem.

Denique si sensus carni conuenit, quur Paulus probri gratia Galatas appellat insensatos, Graece *ἀνοήτους*. Et si affectio carnem sonat, quur idem Romanos criminatur quod sint *ἄστοργοι*, hoc est sine affectione. Iam I. Corinth. xiiii, num quinque verba quae loqui mauult in sensu suo quam decem milia in spiritu, loquebatur in carne petulante? An non pudet tanto supercilio tam indoctas docere naenias?

Iam vide num sibi praesens fuerit qui haec scripsit. *Affectus*

245. Lucae] 24. 45.
246. Rom.] 11. 34.
247. Mox] Rom. 12. 2. But the Vulg. has *reformamini*, Erasmus *transformemini*.
249. i. Corinth.] 1. 10.
ii. Corinth.] 11. 3.
251. Philip.] 4. 7.
252–3. Ioannis prima] 5. 20.
260. Galatas] 3. 1.
261. ἄστοργοι] Rom. 1. 31.
262. i. Corinth.] 14. 19.

vocabulum reiicit, et ipse mox ita loquitur, 'pia erga Deum nos loqui docet affectio'. Atqui inter affectionem et affectum nihil interest, nisi quod prior vox placuit Ciceroni, altera Quintiliano. Aut si quid interest, crassior est vox affectio quam affectus. Nam affectio praeterquam quod temporarius animi motus videtur esse, magis ad corpus pertinet quam affectus. Siquidem et corporis cruciatus affectio dicitur, veluti sitis aut fames. Postremo si *affectus* vocabulum non quadrat in Spiritum sanctum, nec *desiderii* nomen quadrabit, quum desiderium crassior sit affectus quam charitas. Charitas enim fruitur eo quod habet; qui desiderat, cruciatur absentia rei desideratae. 'Sed spiritus' inquit 'dicitur improprie desiderare, quod in nobis gignat desiderium; quemadmodum dicitur interpellare pro nobis gemitibus inenarrabilibus.' Age, vt demus hic accipi *spiritus* vocabulum pro spiritu non hominis sed Dei, an non pari ratione tribuetur spiritui affectus aut sensus? Nonne aliter affectus est exultans in spiritu, aliter poenitens, aliter gratulans proximi bonis, aliter indolescens illius malis; et haec omnia gignit in nobis spiritus Dei. *Φρήν, φρονεῖν, φρόνημα* et *φροντὶς* cognata sunt vocabula; quorum primum aliquando vertunt *mentem*, aliquando *sensum*. I. Corinth. xiiii, 'Nolite pueri effici sensibus', *φρεσί*: vnde phrenesis et *ἀφραίνει*. Alterum aliquando *affectum esse*, interdum *sapere*, nonnunquam *curare*: nam *φροντὶς* cura est. Itidem et *φρόνημα* nunc *sensum* sonat, nunc *affectum*, nunc *curam*, et horum quiduis significat potius quam *desiderium*. Et tamen iste pronunciat sibi magis placere *desiderandi* verbum, non sine typho, quasi hoc statim rectius sit quod illi magis arriserit.

Tandem ita claudit annotationem: 'Tamen si vestra vobis magis placent, nolumus insectari'. Quid audio? Non vult insectari quod iam tot verbis docuit esse blasphemum? An non blasphemum est tribuere Deo voces carnis et hominum petulantium, et cum horum sensu conferre sensum aeterni numinis? Si verum est quod docuit, quomodo non insectatur quod videt esse impium? Sin sentit friuolum esse quod docuit, quur non potius adhibuit spongiam? aut cur tam indoctis naeniis occupauit paginam, et lectoris ocium perdidit? An tantum habet autoritatis, vt ob hoc ipsum aliquid sit pium impiumue, quod illius animo placuerit aut displicuerit.

Huius generis sunt pleraque illius, qui sibi videtur admirandus scriptor. Quis autem esset vel finis vel fructus, si tam loquaces nugas coner excutere? Et hic est qui conficit Goliath, qui priscorum autoritatem restituit, qui Ecclesiae dogmata vindicat. Quare fruatur ille suo calamo; per me posthac nec doctior fiet nec indoctior, nisi quod Christiana charitas optat illi mentem meliorem, et molestum est iuuenum studia rixis huiusmodi inquietari.

294. si vestra α: vestra si sic *Titelmannus*.

267. pia erga Deum] See l. 214.

277. inquit] Not a verbal quotation. It represents the sense of the passage of the *Collationes* f. 177, intermediate between the two already quoted.

279. dicitur] Rom. 8. 26.

286. i. Corinth.] 14. 20.

292. typho] For the word cf. Epp. 1889. 20n, 2263. 53.

294. claudit] *Collationes* f. 177.

Si de nostro statu cupis audire, nisi fallunt auguria quae videmus omnia, cruentam hic fabulam expectamus, nisi si quod numen humanis consiliis potentius subito componat epitasin. Senectutem non habeo quod magnopere incusem; operis literariis non ita multis iuuenibus cedit. Sed iam biennium alo *θρέμμα λάϊνον* in vesica, quod quotidianis incrementis grandescens perpetuam, sed adhuc tolerabilem, adfert molestiam. Verum vbi eo creuerit vt exituro lotio grauetur dare locum, quemadmodum certissima, ita crudelissima mors est. Atque vtinam vna mors esset! Milies moriendum, nisi sector liberet a cruciatu. Quale malum hoc est, vbi mortem accelerasse magnum est beneficium, et paralysi pestilentiaeque inuidetur! Proinde non iniuria prisci sapientes inter omnia quae cruciatum adferunt humanis corporibus, huic malo primam tribuere laudem. Suspicor hoc mihi natum ex vino pendulo, quod per famulorum incogitantiam, quales fere obtingunt studiosis, aliquoties biberam. Hoc bitumen additum crudae materiae fecit vt quae concrescere solent in renibus, in vesica coagularentur. In medicis nulla spes, nec animus est sectorem adhibere, nisi quum mors coeperit esse vita potior. Sed Domini sumus, mi Petre; totos nos illi permittamus necesse est. Nouit enim quid expediat nobis. Verum quid ago? Consolator esse debueram, et onero te querimoniis. Nunc lege Epitaphia, ac vale quam felicissime cum tibi charissimis.

Datum apud Friburgum Brisgoiae v. Calend. Feb. Anno Domini M.D.XXX.

2261. To Hermann Phrysius.

Epistolae Floridae p. 129. Freiburg.
31 January 1530.

[For the omission of this letter in all subsequent editions see Ep. 2073 introd.: Ep. 2262 was similarly omitted in K and N, but was retrieved by Lond. Further light is thrown on the matter by the following extract from an unprinted letter of Vigl. Zuichemus to Cammyngha, 28 July 1541, from Ingolstadt; preserved in the Brussels MS. II. 1040^{2}. 36, which Hoynck van Papendrecht prepared for printing but never published (see p. 57):—

'Quod te autem aegre habet, epistolas nonnullas quae tui commendationem continebant, in Erasmi Operibus ⟨recently published, in 1541⟩ esse omissas, id certe et ipse dolenter accepi. Et quanquam et alias nonnullas ⟨e. g. 2242⟩ ex Floridarum opere ⟨J⟩ eodem functas fato agnoui, ex illis tamen alia ratio apparet: quum te quoque ignorare non putem qua ex causa Senatus olim Basileensis Ioannem Heruagium, qui eas excuderat, exemplaribus omnibus quae apud eum restabant, mulctandum statuerit. Quanquam sunt etiam in ea epistola quae est apud Hompium, "ἀνεμώλια quaedam" ⟨l. 65⟩, vt ipse vocat, ob quae forte Erasmus eam recudi voluit, at in altera ad Hermannum ⟨? Heremam: 2262⟩ nulla causa eius abolendae apparet.

'Eadem vero mihi querimonia est de epitaphio in praeceptorem meum Iacobum Volcardum Bergensem ⟨Ep. 1900. 130n⟩, virum immortalitate dignissimum. Quo autem consilio quoue errore haec facta sint, diuinare nequeo; nec omittam cum ipso Frobenio ea de re expostulare, eoque etiam illum

314. Senectutem] For this assertion of health and strength cf. Epp. 2263. 115–19, 2275. 21–34.

316. iam biennium] Cf. Ep. 1989. 8n.
θρέμμα λάϊνον] For this long-enduring attack of the stone cf. Epp. 2263, 2271, 2277–8, 2290; but see Ep. 2275. 29–30.

325–6. vino pendulo] See Ep. 1759. 22n.

adigere vt, si quando rursus eadem Opera excudere instituerit, praetermissa reponat atque hanc iacturam quoquo pacto resarciat. Neque enim aliud, mi Hayo, huic malo impraesentiarum nobis remedium suppetere video. Nec est tamen cur hac tute de causa nimium te crucies, cum Erasmianae in te beneuolentiae luculentum monumentum perduret, et propria eius ad te epistola ⟨2073⟩ extet. Nec sane quisquam, qui illas epistolas omissas animaduertet, mutato hoc Erasmi affectui iudicioue asscribet, sed typographorum potius temeritati imputabit.'

For Haio Hermann Hompius of Friesland see Ep. 903. 12n. As Augustine is out and Chrysostom in the press, the interpretation of the year-date is clear. Like Ep. 2262 this letter was carried by Cammyngha, so that it no doubt shared the same delay in delivery.]

HAIONI HERMANNO PHRYSIO, LL. DOCTORI, SENATORI, ERASMVS ROTEROD. S.

PETIS prolixam epistolam, Haio charissime; sed hoc onere me liberauit Haio Caminga, cui non publica solum verum priuata mea vel negocia vel studia, atque adeo consilia cogitationesque meae omnes non minus notae sunt quam mihi ipsi. Tam viximus ἰσόψυχοι, nec satis possum dicere vtrum ille minus libenter discesserit an ego dimiserim. Certe multis iam annis cum nemine vixi libentius; ea est morum comitas, fides et integritas. Me sic obseruauit, coluit fouitque sua consuetudine, vt in hac valetudine, in his laboribus curisque et turbulentissimo rerum statu, mihi summo fuerit solatio. Verum quoniam intellexi hoc illius magnopere interesse, vt suos reuiseret (nosti illud, Oculus Domini), adeo non remoratus sum iuuenem vt contantem propemodum extruserim. Vtriusque desiderium mitigabit spes reditus. Ex hoc igitur expiscaberis quicquid vel de publicis vel de priuatis rebus auebis cognoscere; vtinam possit nunciare laetiora!

Caesar Bononiae in publico foro ter osculatus pedes beatissimi, ibidem, non Romae, coronam accepit imperialem; non dubito quin solitis ceremoniis, quae est optimi Principis religio. Cum Florentinis actum est magnis armorum minis, vt se subderent Pontifici, sed frustra; nam certum erat omnia extrema potius experiri quam illum Principem agnoscere. Caesari nihil non obtulerunt: in huius igitur fidem sese dediderunt conditionibus Caesari sat aequis. Cum Venetis pactae sunt induciae donec tempus dederit spatium reliqua componendi. Scribunt illum futurum in Oeniponte, vulgo Ispruck; illic agitabitur de rebus Turcicis. Inde conferet sese Augustam Vindelicorum, compositurus dissidia sectarum, citra sanguinem si fieri possit. At quaedam ciuitates quae se gesserunt enormius, videntur ad extrema parare sese. Nuper inter Tigurinos, Bernates et Argentinos ictum est foedus; quod Gerardus Nouiomagus carmine cohonestauit. Ferdinandus rex Viennam, vt ferunt, perdidit; magna pars Austriae vastata misere est. Budam tamen rece-

11–12. Oculus Domini] The reference perhaps is to Zech. 4. 10.

16. osculatus] Cf. Ep. 2240. 15n.

25. Oeniponte] For Charles' movements on his way to the Diet of Augsburg see Epp. 2294. 13n, 2308. 29n.

29. Nuper] On Jan. 5. Basle also was included.

30. Nouiomagus] The verses, 11 hexameters, are in his *Collectanea*, ed. J. Prinsen, 1901, p. 92.

31. Viennam] This rumour was false: see Ep. 2230. 23n.

pisse dicitur, quanquam ea res non multum habet momenti ad regnum recuperandum, quum e loco parum munito facile queat propelli. Episcoporum fere illic tota ditio est; horum aliquot ad Ferdinandum redierunt. Quid agant Romanenses diuinamus verius quam scimus. Nec tutum est omnia perscribere.

Studia nostra plane frigent; cui enim libeat nunc aliquid aedere tam ingrato seculo, et in tanta rabie calumniantium omnia? Emisimus Libellum de statim ac liberaliter instituendis pueris, quem opinor tibi iam esse lectum. Nunc nihil noui damus, praeter concionem in Psalmum xxii. Viduam Christianam aedidimus Basileae. Complures efflagitant Rationem concionandi; et eram aggressus, sed refrixit animus. Satis laboratum est ingratissimis hominibus. Fortassis absoluam paraphrasim in Apophthegmata Plutarchi; simul et emendaturus quae perperam sunt reddita, et explanaturus quae obscure, et argutiam dicti indicaturus, quam non omnes sentiunt, et vsum commonstraturus. Saltem hic non reperient haeresim. Nunc totus excuditur Chrysostomus, eadem maiestate qua prodiit Augustinus. In eo nonnihil his quae antea verteramus, adiecimus; sed quoniam deprehendimus esse νόθα, non absoluimus.

Budaeus emisit librum De phrasibus linguae Graecae, adprime doctum; diligentior tamen in congerendo quam acutior in digerendo, mea quidem sententia. Scribunt Badium excudere quasdam illius Epistolas; in quibus, si vera narrant, est vna in qua colligit e libris meis multa loca quae declarent me male affectum in Gallos: quum, ita me Deus amet, in nullam nationem fuerim animo propensiore. Vnus locus est in Colloquiis vbi nescio quis dicit, 'Galli amant quae paruo constant'. Alius alibi dicit, 'Quid? Gallus audet certare cum Aquila?' Tertius est quod in argumento Epistolae ad Galatas citem Hieronymum et Hilarium, qui tribuerint Gallis tarditatem ingenii. Argumentum sane magnificum, in quo nobis declaret quantum valeat eloquentia. Quanquam arbitror haec esse ἀνεμώλια, nisi prorsus me fallit Budaei ingenium.

---

36. redierunt] After adherence to Zapolya.

40. Libellum] See Ep. 2189.

42. Psalmum xxii] See Ep. 2266.
Viduam] See Ep. 2100.

43. Rationem concionandi] See Epp. 2065. 74n, 2083. 17, 2225. 22–4.

46. Apophthegmata] The book appeared in March 1531, with a dedication to the young Duke of Cleves (Ep. 2189) dated 26 Feb.

50. Chrysostomus] See Ep. 2359.
Augustinus] See Ep. 2157.

52. νόθα] Cf. Ep. 2253. 17.

53. Budaeus] See Epp. 1794. 4n, 2052. 5–6, 2077. 57.

56. Epistolas] published by Badius in Feb. 1531: BE³. See also Ep. 2291. 55–7.
si vera narrant] This report was false.

59. animo propensiore] Cf. Epp. 529. 36–8, 534. 27–31, 1342. 563–4.
Vnus locus] In one of the early conversations of Christian Northoff and Augustine Vincent (LB. i. 667A): 'Isti Gallici sunt apparatus, qui magnificentiam eam potissimum amant quae minimo constet'. Cf. also *Aestimandi formulae* (LB. i. 668F): 'Galli saepenumero liardo coenitant'.

60. Alius] In the Colloquy of Claudius with Balbus (LB. i. 635A): 'Quid accidit Gallis vt bellum suscipiant cum Aquila'.

61–2. in argumento] *init.*: LB. vi. 800. See Ep. 894 introd.

62. Hieronymum] *in Gal.* lib. 2, *praef.*
Hilarium] *ap.* Hier. *ibid.*

Rex instituit Collegium Trilingue Parisiis amplissimis stipendiis, praeside Budaeo. Ad hanc prouinciam olim vocabar, sed excusaui. Albertus tuus per suum Sepuluelam Hispanum quem domi alit, magno molimine parat Responsionem aduersus meam Apologiam; nihil tamen adhuc prodiit. Louanii exortus Titelmannus quidam vel κακelmannus potius, iuuenis confidens et effrenis cuiusdam petulantiae, qui nobis singulis mensibus parit mali corui malum ouum, applaudentibus gregibus Seraphicis. Ridetur a doctis, sed ipse nihilo secius sibi placet.

Reliqua cognosces ex Caminga nostro. Scripseram ante pauculos dies per Nicolaum Cannium. Et prosperam valetudinem et susceptae prouinciae successum tibi magnopere gratulor. Quaeso meis verbis salutes diligenter collegas tuos ornatissimos, Euerardum Nicolai et Martinum Hardenum.

Datum Friburgi prid. Calen. Febr. M.D.XXX.

2262. To Gerard of Herema.

Epistolae Floridae p. 133. Freiburg.
Lond. xxxi. 57: LB. App. 354. 31 January 1530.

[This letter was omitted, like Ep. 2261, from K and N, and for the same reason, that it shows friendly feeling for Cammyngha: see Ep. 2073 introd.

Gerard of Herema was a Frieslander, father-in-law to Hector Hoxvir. Theophilus ab Herema, papal chamberlain, to whom Vigl. Zuichemus wrote on 24 April 1558 (Gabbema 76) was perhaps a son.

Erasmus was no doubt writing under the idea that Cammyngha, who was to carry it, would go North to Friesland. But after reaching Louvain (Ep. 2352. 298–9) he turned back to Italy, and the letter did not in fact reach its destination till 1532: see EE. 169.]

ERAS. ROT. GERARDO AB HEREMA S.

Qvod te suspicio, virum et virtute praestantem et litterarum amantem, necessitatis est. Quisquis enim haec bona diligit, omnes diligat oportet in quibus ea cognouerit eminere. Quod te

2261. 68. olim] In Feb. 1517; see Ep. 522 introd.

69. Albertus] Pius; see Ep. 1634, and cf. Ep. 2311. 17n.

tuus] Cf. Ep. 2108. 13n.

Sepuluelam] Jo. Genesius Sepulveda (1491–1572), a Spaniard long resident in Italy. His extant correspondence with Erasmus began on 1 April 1532 with a defence of A. Pius against Erasmus' criticisms. See App. 15 in vol. iv, p. 622, and Ep. 1634 introd.; cf. Epp. 2118. 26n, 2198 introd. For this form of his name cf. Epp. 2328. 45, 2329. 100.

70. Responsionem] *In locos lucubrationum Erasmi*, Paris, Badius, 9 March 1531.

meam Apologiam] of 13 Feb. 1529.

71. Titelmannus] See Ep. 1823; and cf. Epp. 2245, 2260, 2263, 2275, 2277, 2299, 2300, 2315.

76. Scripseram] It is not extant.

77. Cannium] See Ep. 1832 and Cran. E. 242. He had now left Erasmus' service; see Epp. 2343, 2348, 2349, 2352. 1–7, 2356. 1–11, and 42n.

78. prouinciae] As member of the Provincial Council at Leeuwarden; see Ep. 903. 12n.

80. Euerardum] son (c. 1498—10 May 1561) of Nic. Everard; see Ep. 1092 introd. After becoming a Licentiate in Law he practised as an advocate at the Hague; and his life was then given to public affairs. In 1527 he was appointed to the Provincial Council of Friesland (first councillor 1541); in 1533 to the Grand Council of Malines (president 1556–7). See BN. vi. 754–6; NNWB. iii. 914–15; Cran. E. 292.

Hardenum] Not known to me.

mei, sicut audio, studiosum redamo, gratitudinis est. Caeterum quod ad virum antiquis imaginibus clarum nulla lacessitus occasione scribo, fortassis videbitur improbitas. Sed si duas priores rationes boni consulis, hoc quicquid est culpae Haioni Camingae diluendum relinquo. Nam is huius audaciae mihi fuit autor, multa frequenter praedicans tum de singulari tua humanitate, tum de non vulgari tuo erga me candore. Haionem autem meum sic amo, non solum ob ingenii morumque synceritatem verum etiam ob incredibilem in me obseruantiam, vt nec tam charo quicquam negare possim, nec debeam sic de me merito.

Non mediocri solatio mihi fuit illius conuictus; sed negociorum necessitas illum inuitum ab inuito retraxit. Hic autem ea sobrietate, ea morum comitate se gessit, vt apud optimum quemque sui reliquerit desiderium, non modo apud me. Proinde si haec ad te scribendi audacia feliciter ceciderit, et illi gratias agam qui huc perpulerit, et mihi gratulabor qui obsecundarim. Bene vale, vir clarissime, cum omnibus tibi charis.

Datum apud Friburgum prid. Calend. Februar. anno M.D.XXX.

2226 2263. To Cuthbert Tunstall.

Epistolae Floridae p. 131. Freiburg.
K. p. 136; N. p. 1052: Lond. xxvi. 59: LB. 1092. 31 January 1530.

[This letter was sent through Schets; see Ep. 2268. 3.]

ERASMVS ROTER. CVTBERTO TONSTALLO S.

Vt vetus ille amicus per omnia veterem morem obtinet! et benignitatem benignitate cumulans, et amantissimis pariter ac fidelissimis monitis consiliisque amici commodis famaeque consulens.

Quantum ex rerum prooemiis diuinare licet, post longas vocum et libellorum rixas, breui res hic agetur halabardachis et bombardis. Nisi mihi prior esset animae quam rerum et corporis incolumitas, mallem in eorum castris esse vnde profugi. Sed absit vt ego ob tantillum vitae quod superesse potest tum seni, tum calculum, hoc est certam mortem, in vesica alenti, deseram Ecclesiae vnitatem. Quid illius ministri de meis lucubrationibus statuant, ipsi viderint. Si tales nunc regerent Ecclesiam qualis fuit Augustinus, pulchre mihi cum illis conueniret. At vereor ne si nunc Augustinus scriberet quae scripsit, aut quae hoc seculum postulat, non multo melius audiret quam Erasmus. Pium est quod scribis, ignem igni non extingui; sed impietatis ferre calumniam impium est. Quid fecit Augustinus? Ex eo colligam sexcenta loca quae nunc haereseos notarentur; nec multo pauciora ex diuo Paulo. Me quidem habebunt ouem; sed interim liceat ouiculis dolere quod quidam humanis argutiis extinxerint vigorem Euangelicum. Hoc quid sit, multi non intelligunt, multi his verbis abutuntur. Si theologi scholastici et monachi putant sese hac via vindica-

2262. 14. conuictus] Since Feb. 1529; see Ep. 2108. 10–11.

2263. 1. vetus ille amicus] See Ep. 2133. 19n.

9. calculum] Cf. ll. 115–19.

14. Augustinus] Cf. Ep. 2264. 5–7.

turos Ecclesiae tranquillitatem, plane falluntur. Ad Christum est confugiendum. Hic, hic verum est, ignem igni non extingui. Hoc incendium ex tyrannide Romanensium et malorum monachorum extitit. Illi vt extinguant incendium, addunt oleum. Haec videmus et dolemus, sed Christo chorago catastrophen relinquimus. Hic scio me haerere inter sacrum et saxum, nec video quo me tuto recipiam; superest vt nos Domino commendemus.

Thomae Moro non admodum gratulor, tametsi nec illius nomine doleo: vestrae Britanniae serio gratulor, nonnihil etiam mihi.

Ex Chrysostomo in Acta verteram Homilias tres: cuius operae me poenituit, quum nihil illic viderem Chrysostomi. Tuo tamen hortatu recepi codicem in manum, sed nihil vnquam legi indoctius. Ebrius ac stertens scriberem meliora. Habet frigidos et ineptos sensiculos, nec eos ipsos commode potest explicare. Ex commentariis in Epistolam ad Corinthios posteriorem verti Homilias sex: eundem artificem illic loqui sentio. Itaque non est animus bonas horas collocare male. Aliud spirat Chrysostomus. Egi cum eruditis aliquot vt quaedam verterent ab Oecolampadio versa. Brixius vertit Babylam, nunc etiam Monachum; sed reperio segnes omnes. Illud curatum est, vt partim Oecolampadius ipse, partim alii docti corrigant ab eo versa. Scholia illius, annotationes marginariae reiicientur, ne nomen quidem illius addetur. Ipse sua cum Graecis, vt ait, contulit: quod idem a me factum est in meis. Quod attinet ad fidem bene reddendi Graeca, magis peccatum est ab Aniano, Aretino ac caeteris quam ab Oecolampadio; qui magis peccat festinatione quam imperitia. Versionem Francisci Aretini in priorem ad Corinthios habemus vsque ad caput xxx. Cepi gustum quam scite tractasset rem, et ecce in ipso statim limine, quod est *τὸν τῦφον κατέβαλε καὶ χαμαὶ ἔρριψε πᾶσαν αὐτῶν οἴησιν*, *οἴησιν* *opinionem* vertit pro *arrogantia*. Mox, *οὐδὲν γὰρ ἡμεῖς κατωρθώσαμεν, ἀλλὰ διὰ τοῦ θελήματος τοῦ Θεοῦ τὴν σωτηρίαν εὑρόμεθα, καὶ ἐπειδὴ αὐτῷ ἔδοξεν, ἐκλήθημεν*, vertit 'Nos nihil recte faciemus, et salutem iuveniemus'; non distinguens prius indefinitum a futuro, nec saltem monitus verbis praeteriti temporis quae mox sequuntur. Ex his coniicito caetera.

Anianus nihilo melioribus auibus auspicatus est commentarios in Matthaeum. Nam tertio statim versu pro *δεύτερον πλοῦν*, id

52. gustum *K*: gestum *J*. 55. *ἡμεῖς Chrys. N*[2]: *ἡμᾶς JN*[3].

---

31. Moro] See Ep. 2228.
34. in Acta] See Ep. 1801.
40. sex] In the Chrysostom, vol. i, pp. 384–426, Erasmus printed his translations of seven; cf. Ep. 2359. In Ep. 2291. 11 he says wrongly ten.
43. Brixius] See Ep. 1856 introd.
Monachum] Chrysostom's *Comparatio regis et monachi*, a short discourse which Brixius reported that he was translating. Erasmus wrote to ask for it, but it was long in coming; so that Froben fell back on Oecolampadius' translation (v. 500). See Epp. 2291, 2340, 2379.
Later, Brixius' version appeared for the first time in the Chevallon Chrysostom, 1536 (v. 35 v°.), with a dedication to John du Bellay, bp. of Paris, 1 Jan. 1533.
49. Aniano] See Ep. 1558. 202n.
Aretino] See Ep. 2226. 77n.

est secundarium cursum, vertit 'secundas diuitias', suspicans πλοῦν esse dictionem decurtatam. Huius generis tam multa sunt vt prope facilius fuerit ab integro vertere quam emendare versa. Origenicum fragmentum bona fide reddidi: in quo etiamsi quid fuisset erroris, nihil erat periculi, quum nullus hodie legat illum vt dogmatisten, iam olim proditis hominis erroribus.

De Eucharistia prisci religiose loquuti sunt, priusquam hoc veniret in quaestionem: fortasse ne nunc quidem euidenter definiuit Ecclesia quomodo sit ibi corpus, sub accidentibus an sub vero pane. Deinde constat temporibus Apostolorum fuisse synaxim, quam laici inter se faciebant adhibita precatione et benedictione; et eum panem, vt est probabile, appellabant corpus Domini: vt frequenter etiam in sacris literis eadem vox signo et rei signatae accommodatur. Fieri potest vt de hac synaxi loquatur ibi Origenes. Nec vsquam in canonicis litteris inuenitur vbi Apostoli certo consecrauerint corpus Domini, sicut nunc consecratur in altari, excepto vno loco prioris ad Corinthios Epistolae xi: et tamen in x. cap., vnde fluxerat hic Pauli sermo, non videtur agi de consecratione sacerdotali. Iam, vt accipiamus hic Origenem locutum de vera consecratione, sermo nihil habet absurdi. Nam quod illic est materiale, hoc est panis siue accidentia, abeunt in secessum; nec est vtilitas ex sumptione, si desit fides. Nec impium est illic verum corpus typicum aut symbolicum dici, quia sub typis latet ibi corpus inuisibile, et hoc ipsum corpus verum quod sumitur, symbolum est vnitatis corporis cum capite et membrorum inter sese.

Quod mones vt super hac re declarem meam sententiam, ne qua in me haereat suspicio: quur id ego faciam potius quam quiuis alius, qui nunquam aliter senserim, loquutus sim aut scripserim quam habet veritas catholica? Quanquam quod mones, et epistola ante biennium excusa ad Concilium Badense, et mox libello in hoc aedito curatum est: qui libellus etiam Germanice versus habetur. Quid autem faciam istis qui mea non legunt? nam tibi scio per occupationem non vacare.

De Colloquiis respondi Episcopo Lincolniensi. Qui dicunt me ridere Christiana ieiunia, pia vota, ecclesiasticas ceremonias, abstinentias ciborum ab Ecclesia praescriptas, inuocationes diuorum, et peregrinationes religionis ergo susceptas, vt simpliciter et compendio dicam, ἀτέχνως mentiuntur. Superstitionem quorundam in hisce rebus derideo, iure optimo ridendam. Si tibi ocium esset euoluendi quae respondi Hispaniensibus, quae Beddae,

74. vt est probabile *add. K.* 75–6. vt frequenter . . . accommodatur *add. K.* 77. Origenes *K*: dominus *J.*

66. Origenicum] See Ep. 1844.

77. ibi] In discussing the 'panis Domini': LB. viii. 468D.

Origenes] The reading of J is untenable. It may be a misreading of Erasmus' MS. by the compositor; or a mere aberration arising out of the last word of the previous sentence in J.

79. ad Corinthios] I. 11. 23 seq.

93. epistola] Ep. 1708.

94. libello] The *Detectio praestigiarum*: see Ep. 1708 introd.

97. Lincolniensi] See Ep. 1704.

103. Hispaniensibus] See Epp. 1879, 1967.

Beddae] See Epp. 1664, 2110. 23n.

videres istos de nihilo struere calumniam. Aliud est quod illos stimulat. In Brabantia regnant monachi, praesertim Obseruantes. Hi subornarunt quendam sui sodalitii iuuenem, effrontem, inexhaustae loquacitatis, effrenis petulantiae, factum ad conspuendum Erasmum, nihil recusantem modo innotescat. Ridetur a doctis, sed sibi nihilo secius placet. Non miror iuuenem insanire siti gloriae; patres illos demiror, quorum autoritate fretus haec audet. Qui si non vident quantum inuidiae dedecorisque iuuenis praecox temeritas sit Ordini conciliatura, desidero in illis iudicium; si, quod arbitror, fauent et suffundunt frigidam, desidero in illis sobriam mentem.

Nos ad haec occalluimus. Si calculum, quem iam biennium alo in vesica, possem excutere, caetera facile contemnerem. Molestia perpetua est, sed adhuc tolerabilis. Mortem non horreo, tamen optarim mitiorem. Multi suadent sectionem; sed sectorem tum demum adhibebo quum tedebit viuere. Hic bona spes est fore vt Caesaris autoritas coherceat sectarum iam nulli ferendam temeritatem. Atque vtinam id fiat absque graui sanguinis humani iactura! tum vt victoria non Pontificis et monachorum regno, sed pietati cedat et Christo. Vltionem molimur omnes, vitam emendatiorem nemo.

Bene vale, patrone magne. D. Cancellario salutem plurimam et pro munere gratiam.

Friburgi prid. Calend. Februar. M.D.XXX.

2264. To ?

Epistolae Floridae p. 24. ⟨Freiburg.⟩
K. p. 42: N. p. 971: Lond. xxv. 18: LB. App. 509. ⟨January 1530?⟩

[The person addressed is evidently some theologian of whose talk Quirinus had heard on his journey; a man hitherto unknown to Erasmus (l. 12), and to whom he writes with politeness, asking for correction where he has been wrong. Possibly Eustace of Sichem (Ep. 2353. 16n); who in 1531 produced an *Apologia pro pietate in Erasmi Roterod. Enchiridion canonem quintum*, Antwerp, G. Vorstermann. His preface, 26 Dec. 1530, written with studied moderation, disclaims any intention of attacking Erasmus, whose ability and eloquence he admires, and asks only that certain dangerous passages should be removed from the book. See de Jongh pp. 167–70.

An approximate date can be assigned from the return of Quirinus in Jan. 1530; see Ep. 2222. 25n.]

ERASMVS ROTER. CVIDAM THEOLOGO S.

ABSOLVTISSIME magister noster, Quirinus famulus meus huc reuersus, retulit te in conuiuio dixisse quaedam esse in libris meis quae nullo pacto possent ab haeresi excusari. Fieri potest vt ille non satis intellexerit quid dixeris; et fieri potest vt,

2263. 105. In Brabantia] Cf. Ep. 2249. 28n.
Obseruantes] Cf. Ep. 2275.
106. iuuenem] Titelmans: see Ep. 2261. 71n.
115. calculum] See Epp. 2260. 316n, 2275 introd.
116. contemnerem] Cf. Ep. 2260. 314 n.
124. emendatiorem] Cf. Ep. 2285. 14n.
126. Cancellario] More.
munere] Perhaps the rings, three with sapphires, one with a cameo, which are in the list of April 1534: Major p. 38.

imprudente me, tale quiddam sit in scriptis meis, quum eiusmodi nonnulla reperiantur in scriptis Hieronymi, Ambrosii et Augustini. Verum ego sum in hac sententia, vt existimem in scriptis meis nihil esse quod proprie dici possit haereticum, si absit disputandi calumniandique studium. De caeteris lapsibus qui solent hominibus obrepere, nunc non ago. Quare rem mihi summopere gratam facies, si tale quiddam ostenderis: ostensum protinus a me iugulabitur. Odi haeresim vt si quis alius. Audio enim te virum esse ciuilem et aequum, ac Beddae dissimillimum ; qui mihi rabire videtur, non iudicare : precor illi sanam mentem. Vter autem nostrum acrius retundat vires sectarum, vel illo argumento apparet, quod neminem vehementius oderunt quam me, neque quenquam frequentius lapidant aculeatis libellis ; quum Beddae nemo succenseat.

Et haec Erasmus audet in Germania, non sine summo discrimine et fortunarum et capitis. Neque enim libellis tantum res agitur, sed criminationibus periculosis, et clanculariis insidiis. Enotant e libris meis, si quid iritare possit in me ciuitates, populum aut principes. Aedunt odiosa quaedam sine nomine, et subornant qui suspicionem in me deriuent. Latitant enim sub Euangelii nomine quidam artifices sceleratissimi. Basileam non reliqui, donec esset aliqua spes rem posse ad saniora referri consilia. Haec si nossent theologi quidam, saltem hunc hominem aliquo fauore dignum iudicarent. Dominus te prosperet in omnibus.

Rescribe per hunc, si molestum non est. Est enim Ottomarus Luscinius, huius vrbis primarius ecclesiastes, nec a linguis ac Musis alienus; in hoc mei fati, quod vt ille Augusta, ita ego Basilea profugi, ne videremus quae dolerent oculis.

2265. From Theodoric Cortehoevius.

Adagiorum aureum Flumen, f°. A[2] (*a*). Antwerp.
1 February 1530.

[The preface to the fourth Epitome (see Ep. 1204 introd.) of Erasmus' *Chiliades*: *Adagiorum omnium tam Graecorum quam Latinorum aureum Flumen* . . . ex nouissima D. Erasmi Rot. aeditione ⟨Epp. 2022–3⟩ breui commentariolo, secundum ordinem alphabeti, per Theodoricum Cortehoeuium selectum . . ., Antwerp, G. Dumaeus, 16 Feb. 1530: see BEr[2]. *Adag.* 267–9. The year-date is confirmed by that of the book.

Of Theodoric of Kortenhoef in North Holland nothing seems to be known, except that he was the author of two books, this and a moral dialogue entitled *Bellum discors Sophiae ac Philautiae, Veritatis ac Falsitatis*, also published for him by G. Dumaeus at Antwerp, 12 Nov. 1530. In the preface he declares his opinion that barbarism is disappearing, and that therefore 'hoc . . . praesens seculum vere aureum dici potest'.]

13. *N*[2] *LB*: dissimilimum *JN*[3]. 25. sceleratissimi *J*: moribus non admodum Euangelicis *K*.

6–7. Augustini] Cf. Ep. 2263. 13–18.

31. Luscinius] See Ep. 2166. 10n. Of his journey at this time I find no other trace.

linguis] For this term cf. Ep. 2353. 19–21, 25.

THEODORICVS CORTEHOEVIVS EXIMIO VIRO D. ERASMO ROTE., TRIVM LINGVARVM PERITISSIMO, S. D.

Qvo equidem iure quaue audacia ex angulo meo nunc in lucem prodire ausus sim, paucis accipere velis, mi Desyderi, vir eximie. Quum in hoc vere aureo renascentium literarum seculo, quo non solum modo tres illustres linguae profiteantur, sed et optimis studiis quisque pro virili sua consulat, et alius quidem incognita adhuc Latinis auribus e Graeco vertit, alius indocte vel perperam versa castigat aut elimat, alius Latinos autores iniuria temporum deprauatos veterum exemplarium collatione restituit aut obscuros explicat: ego sane, quamuis ingenio tenui et perquam exigua doctrina praeditus, ne prorsus asymbolus essem, operaeprecium putaui meo isto labore plurimorum paruulorum, praesertim pauperum, profectui consulere; qui cum in comparatione tanti voluminis Chyliadum minus essent soluendo, nimio sumptu grauarentur, et sic aliquo studiorum fructu fraudarentur. Deum optimum maximum testor me vnquam nullum alium quaestum in animum induxisse quam maxime aliorum seruire commodis. Mihi satis est Socraticum illud didicisse, quod nihil omnino scimus; et qua possumus, operam nostram iuuandis aliorum studiis conferre.

Nihil hic fingo, neque meipsum praedico. Ipse enim exitus rei declarabit quid fecerim. Profecto ad hanc prouinciam alacriter capessendam et gnauiter peragendam tuae praesertim integritatis modestia animauit, cum me apud sciolos ac nasutulos quosdam male auditurum haud dubito, omnia honesta studia passim vitio vertentes, cur clauam e manu Herculis extorquere laboro, vti quondam Zoili quidam Maroni imponebant, quod non paucos Homeri versus pro suis vsurpasset, respondit hoc ipsum magnificum esse facinus, vel Ioui fulmen eripere vel clauam extorquere de manu Herculis. Omnes enim nos discipuli patrum praecedentium sumus, falcemque nostram in messem alterius mittimus. Terentius namque noster ait,

Nullum iam dictum quod non dictum sit prius.
Quare aequum est vos cognoscere atque ignoscere,
Quae veteres factitarunt, si faciunt noui.

Bonum certe peractum non esse in terra silentio occultandum, Pindarus ait.

Non hic mihi vindico alienae industriae laudem, et gloriam alterius labore partam verbis in me transmoueo, sed magis ipsum autorem promoueo. Nihil equidem tecum moror laudem, praesertim ab his profectam quibus ego nec ingenium esse puto nec eruditionem nec eloquentiam. Si quis hic offenditur, cum alicuius reprehensionis omnino sim immunis, non offendor, sed ipse mihi gratulor qui vacem iis malis quibus multos obnoxios esse video. Vera namque scientia neminem magis habet aduersarium quam ignorantem insciumque, qui ob nimiam inuidiam vel natura est adeo morosa vt nihil omnino probet. Tum qui nunc cristas

31. Terentius] *Eun.* 41–3.
36. Pindarus] *Nem.* 9. 6–7; a reference which I owe to Dr. L. R. Farnell.

magis efferunt, cum nihil sit arrogantius imperitia. Quid vnquam inscitia vel impudentius vel pertinacius? Ea profecto est modestia ac integritas hominis vere docti, omnia haud sinistre sed in melius interpretari. Gentiles ac vane gloriosi querulantur, vti Niceas ac Demosthenes in fabula de laude sibi praerepta per Cleonem, qui de coriario imperator factus mazam pistam ab illis ante pinsuit.

Sed cum impossibile sit *τῷ Μώμῳ ἀρέσκειν*, qui omnia curiosis oculis contemplatur, in primis tu solus dignus mihi visus es, cui soli tanquam singulari patrono placere percupio. Nam rara est ac fuit diuini ingenii tui singularis felicitas. Tum ea es eruditione et optimarum disciplinarum peritia praeditus, et iis perspicacissimi ingenii dotibus polles, eaque vitae modestia commendaris vt hunc tuum certe libellum potius quam meum aduersus morosos quosdam adeo pertinaces vt ne Vertumnus quidem ipse illorum animos verterit, tuo patrocinio defendes. Multum apud me ponderis habet tuum praesertim et aliquorum eruditorum iudicium, qui me praesumptionis minime sugillent sed operam meam fauore suo vehent.

Nec vero nunc opus est vt ego tuas virtutes longis tibiis cantem ac eruditionem tuam morumque grauitatem hic depraedicem: quas non solum Germania suspicit sed et tota Christianitas admiratur et colit. Vera namque virtus nunquam latere potest. Atque quum dispicio cuinam tam praeclara rei literariae monumenta consecrari debeant, iure optimo laudem illam omnium calculis tibi soli vendicaris. Nos enim omnes tanquam discipuli adhuc infantes sequimur te patresque veteres a longe, omnia egregie dicta e vestris pectoribus lactis instar sugentes trahentesque. Tecum igitur rogo oppido omnes, ne alicui taedium capiat huius operis toties renascentis. Nam iuxta Platonem *δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν·* nullaque satietas rerum honestarum esse debeat. Labor namque labori laborem quotidie adducit. Boni quaeso pro tuo candore et integritate consulas hunc meum affectum erga modestiam tuam: quam opto feliciter in Christo diu viuere et valere.

Datum Antuerpiae An. M.D.XXX. Calendis Februarii.

[2232]2266. To Thomas Boleyn.

Enarratio in Ps. xxii, 1530, p. 3 (*a*). ⟨Freiburg.⟩
Lond. xxix. 34: LB. v. 311. ⟨February 1530.⟩

[The preface to *Enarratio triplex in Psalmum* xxii, Basle, Froben, 1530; for which Boleyn had asked in November (Ep. 2232). For the motive which Erasmus suspected in the request see Ep. 2315. 129–47. The work was in hand in January (Ep. 2261. 42), and as the book was no doubt destined for the March fair at Frankfort, an approximate date can be assigned. A copy was sent to a patron in April: see Ep. 2314. 34. In Lond. the impossible dates 'Basileae, Idus Augusti. Anno a Christo nato millesimo quingentesimo trigesimo septimo' are added at the end. From what source they were derived

68. suspicit *scripsi*: suscipit *a*.

51. in fabula] See *Adag.* 1901.
76. toties renascentis] Cf. Epp. 1659. 111, 2022. 1–4.
Platonem] See *Adag.* 149.

I cannot conjecture. They are not in the Basle *Opera*, 1540, v. 263, and they are not reproduced by LB.

Thomas Boleyn (c. 1477—13 March 1539), born at Blickling in Norfolk, was a courtier from his early years. He received appointments from Henry VII, and was a companion of the games of Henry VIII; whom as time went on he served in many capacities and on numerous confidential embassies. In 1525 he was created visct. Rochford, taking his title from an estate in Essex where he had a paper-mill; on 8 Dec. 1529 earl of Wiltshire and Ormonde, the latter an Irish title in his mother's family; on 24 Jan. 1530 lord privy seal. His continued advancement is attributed to the rising influence of his daughter, Anne (b. 1507); but he lived to see the disgrace of his family. See DNB. v. 321.

The 'catena . . . philosophiae' composed 'iam olim' (ll. 1–6) indicates an interest in study; cf. Ep. 2232. 20–21. He may be supposed to have met Erasmus during the latter's years in England, and the revival of the association seems to have been his own act (Ep. 2232). That it was welcome to both sides may be judged from the fact that Erasmus subsequently dedicated to him two treatises on religious subjects, the *Explanatio Symboli*, Basle, Froben, March 1533, and the *De Praeparatione ad mortem*, ibid., 1534 (L). In his *Kotser*, f°. O^{4} v°., R. Wakfeld (Ep. 2287. 13n) prints a letter to Boleyn ⟨1534–5⟩, addressing him as his patron.]

CLARISSIMO ANGLIAE BARONI D. THOMAE ROCHEFORDO DES. ERASMVS ROTERODAMVS S. D.

EXIMIAE cuiusdam mentis euidens specimen iam olim dedisti, vir clarissime, quod non satis ornatus tibi videbaris maiorum imaginibus, stemmatis, torquibus aureis et anulis, quae tu quum pro vetusta gentis tuae nobilitate, tum pro moribus genere dignis merito gestas; nisi et animum preciosiore quadam catena ex honestissimis philosophiae disciplinis velut ansis contexta decorasses. Nunc impensius etiam gratulor tuae felicitati, quod homini potenti, laico et aulico perspiciam etiam sacras literas esse cordi, teque nobilis illius margaritae desiderio teneri. Quo lubentius morem gessi sanctissimae voluntati tuae, Psalmumque quem designaras, trifariam enarraui; quam feliciter, tuum facio iudicium. Ipse certe non mediocrem huius opellae fructum cepi, quod inter tractandum haud vulgarem animi voluptatem solatiumque persensi. Si tuo quoque animo perinde placuerit, mihi gratulor qui paruerim. Sin quae displicent, non grauaberis indicare; tibi gratias agam, qui me doctiorem reddideris.

Scripsit in hunc Psalmum diuus Hieronymus, sed suo more breuiter; breuius etiam Arnobius. Beatus Augustinus non enarrauit, sed notulas tantum breuissimas addidit, quod in memoriae subsidium, opinor, solet, dicturus apud populum; ac demiror quo casu commentarius interciderit. Cassiodorum non habebam, nec solet ille multum adferre momenti. Itaque magna ex parte res erat meo, quod aiunt, Marte gerenda; quanquam si quid bene cessit, vni Christo debetur in solidum.

13. animi α: animo *Lond.*

3. torquibus] Cf. Ep. 2298. 13.
10. voluntati tuae] See Ep. 2232. 6–8.
18. Arnobius] See Ep. 1304.
21. Cassiodorum] See Ep. 2143. 14n.

[2256]2267[2271] From Boniface Amerbach.

Basle MS. C. VIa. 54. 58. ⟨Basle.⟩
2 February 1530.

[This letter, which replies to the wish expressed in Ep. 2256. 35, cost Boniface much time and thought. In the volumes of his rough-drafts at Basle (C. VIa. 54 and 73) there are four attempts at it. The first (73. 378: α) reaches a conclusion at about half the length of the text printed here. The second (54. 27 v°: β) is well written: it follows α fairly closely, but does not go so far. The third (54. 26: γ) contains only the later portions of this text, beginning at l. 44; and has much correction. The fourth (54. 58: δ), which is the longest, is adopted here. It was extensively corrected, whole passages being scratched out and rewritten between the lines; and the date is corrected from 1 to 2 Feb. In the margins Boniface gives numerous references for the legal authorities cited.

The notes in Am. E. 56 are full and useful.]

S. Ea temporum est conditio, clariss. Erasme, vt in secundo saltem hominum genere connumerari cupiam; nempe vt cum ipse mihi consulere non possim, recte tamen monentibus obaudiam. Video propemodum mihi cum mea Basilea accidere quod maritis cum vxoribus rixosis et non satis commodis; velim nolim dicere cogor, Nec tecum possum viuere, nec sine te.

Manendi hic cause plures sunt. Inprimis ὁ τῆς πατρίδος καπνός. Deinde redditus annui ex agro Basilien⟨si⟩ prouenientes; an absenti penderentur subdubitare incipio, exemplis deterritus quibus monachos ac sacerdotes instrumentis aposphragismate magistratus etiam signatis parum proficere audio. Postremo qualis qualis conditio, qua ampliorem vno excepto Zasio nullus professorum Friburgi habet; mihi sane non admodum splendidae fortunae homini in tanta annone caritate familia presso non contemnenda. Nec sane quo commigrandum sit liquet, quando ob perpetuum principum lethargum indies malum hoc veluti contagio latius serpat, nulli non vicinae ciuitati atque adeo toti prouinciae metuendum. Id si eueniet, vt falsus vates esse cupio, quanto satius semel aliquousque effugisse periculum quam magnis impendiis tandem in consimile aut maius incidisse! Longius certe migrandi facultatem vxor et familia denegant; alioqui liber iampridem conclamatis meis vel Gallias vel Italiam cogitassem.

Contra non minus plura hic permansurum habent sollicitum. Video de altera fortunarum mearum parte actum si clarigationibus suis Caesar nos deuoueat. Video Euangelicum regnum in puram putam tyrannidem degenerare. Video multa alia quorum non meminisse libet. Quod si a sacris nuper institutis mihi prophano esse liceret, Homerici carminis memor,

ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται,

29. κακῶν τ' ἀγαθῶν *MS.*

---

6. Nec tecum] Mart. 12. 47. 2: cf. *Adag.* 1892.

7. ὁ τῆς] Hom. *Od.* 1. 58–9, 9. 34–5.

12. conditio] See Ep. 1555. 78n.

Zasio] He had been appointed 'Legum Ordinarius' in 1506 on a salary of 100 gulden. For comparison with salaries in other Universities see Stintzing's life, pp. 43–4, 314.

14. caritate] Cf. Ep. 2192. 118n.

27. a sacris] See Ep. 2248. 16n, and Am. E. 59.

28. Homerici] *Od.* 4. 392.

me vel Constantinopoli sub Turca viuere fingerem. Nil profecto Christum durius a me exacturum confiderem, et si cottidie missam non audirem. Si olim sub Ethnicis licuit esse Christianos, liceret et hodie sub his qui sese titulo Euangelii venditant.

His et consimilibus hinc inde exerceor, ignarus quid potius eligendum, nisi tu me tuo consilio rexeris. Id vt sine molestia tua facias te etiam atque etiam rogo. Liberius fortassis tecum ago, mi Erasme, sed meo in te amori hoc condonabis; quo fretus, immo impulsus, omnes animi mei scrupos in tuum tanquam patroni optimi sinum effundere non erubesco.

De Regis Anglorum negocio ob id, opinor, me cogitare vis, quod iureconsulti nomen audiam. Nemo certe quid facto opus sit melius te nouit, singulari prudentia sapientiaque virum *καὶ πολλῶν ἀντάξιον ἄλλων*. Verum quando tibi non paruisse piaculum duco, quid senciam paucis accipe. Non ignoras vulgatam illam de matrimonio consumato vel non consumato iuris pontificii interpretum distinctionem, hic Pontifici potestatem dirimendi, illic non item facientium. Cuius distinctionis rationes mihi non satisfaciunt; videntur enim coactiores, praesertim cum ab Vlpiano nuptias non concubitu sed consensu fieri didicerim; meaeque hesitationis causas adferrem, nisi te *ὁμόψηφον* haberem tam absolute ea de re in tuis aduersus Leeum Apologiis disserentem. Et sane communem hanc distinctionem etiam ab omnibus iuris interpretibus receptam non fuisse Petrus Anchoran⟨us⟩ indicat, qui ante annos plusminus centum a Rege Anglorum de ducenda patrui vxore consultus, Pontificem in omnibus praeterquam in articulis fidei dispensandi, vt suo verbo vtar, potestatem habere respondit. Quid quod et Marianus Socinus Pontificem tanquam fori penitentialis praesidem nuptias, quas se iuuenis non contrahendi animo sed amoris impotentia celebrasse praetexebat, post diutinam etiam cohabitationem dirimere posse pronunciat?

Possem eius generis complura adferre, nisi tibi huiuscemodi nec audire nec mihi scribere vacaret. Ne plura, dum nihil ⟨non/ suo Pontifici pontificii tribuunt, quid non poterit? praesertim cum Anchorani doctrinam ⟨tanquam/ ex tripode profectam

42, 43. virum, ἀντάξιον: *anacolutha, forsitan metri gratia.* 62, 64. non, tanquam: *hic charta lacera.*

46. distinctionem] Decretals 3. 32. 7.
48. Vlpiano] lib. 35: in Digest 23. 1. 4.
51. Apologiis] See l. 73n.
53. Anchoranus] Peter of Ancarano (c. 1330—13 May 1416) a canonist who was teaching at Bologna in 1394, at Ferrara in 1402. See Trith. and Chevalier 3671.
54. a Rege Anglorum] No King of England at the period named applied for such dispensation for himself. In 1410 Henry IV's son, Thomas duke of Clarence (1388–1421), married Margaret Holland, widow of John Beaufort († 16 March 1410), Henry's half-brother; with a papal dispensation. The application may have been made by the King on his son's behalf.
57. respondit] *Consil.* 373.
Socinus] 4 Sept. 1401—30 Sept. 1467), a canonist who taught at Padua, in 1447 at Bologna, and later at Siena.
60. pronunciat] *Consil.* 28.
63. pontificii] In the margin Boniface refers to various passages in Jo. Andreae (Ep. 182. 181n): *in Decretales* 3. 528, &c.

Felinus, Detius et plerique ex recentioribus excipiant candidiorique lapillo signandam putent. Si ego in consimilibus speciebus sententiam rogarer, video Christi canonem habere 'Quos Deus coniunxit, homo ne separet'; quo, nisi fallar, non tanquam Lesbia norma vtemur ad arbitrium nostrum flexibili, quin potius omnia nostra ad hunc exigemus expendemusque. Vnde responderim omnem Pontifici, postquam matrimonia rite coierunt, potestatem ademptam, nisi magna aliqua iustaque causa diuortium pro suo iure exposceret. De his nemo te absolutius scripsit.

In proposita sane specie Rex publicae tranquillitatis alendae causa diuortium meditatur. Vereor, mi Erasme, vt iusta diuertendi causa sit: que, vt alia taceam (fortassis fastidium prioris vxoris, vt

ἡ φύσις ἐστὶ φιλόκνισος ἀλλοτρίας χρώς,
καὶ ζητεῖ διόλου τὴν ξενοκυσταπάτην.
2. Epigr. Nicearchou, cap. *συμποτικά*),

tam incerta est nihilque solidi in recessu habere videtur. Quid si sponsa futura sit sterilis, quid si non editura marem? Aut etiam si edet, an qui se proximos in successione videbant, propterea spem abiicient? De voce porro qua se propalam nunquam adfectione maritali coniugem amplexum professus est, nescio quid dicam. Vt ea suam intentionem non adiuuit, ita vxoris pudiciciam ac inprimis filiae natales insigniter traduxit. Praeterquam quod vulgatissimum iuris axioma habemus, propositum in mente retentum nullius esse momenti, quis maritalem animum non adfuisse dicet, quacum omnia nuptiarum solemnia publice intercesserunt et quacum tot annis sine offensa vixit? Fac principio minorem metu adactum, fac tutorum technis circumscriptum. Sui certe iuris factus rerumque potitus, nisi eam pro iusta vxore agnouisset, tum diuertendo, vt res sibi suas haberet, nuncium, quemadmodum iureconsulti loquntur, remissum oportuit. Qui porro vxor et inprimis filia ob confessionem illam in integrum possint restitui, tuae prudentiae cogitandum relinquo; fateri eam vocem per imprudentiam excidisse regium non est, si modo quam Ioues hi humani potentia, tam prudentia ceteris praestare debent. In pectore certe, non in ore, natum vel inde apparet,

69. flexibilem *MS.*: *correxi.*

65. Felinus] Fel. Sandei (1444—6 Sept. 1503), a canonist who taught at Ferrara 1465, at Pisa 1474; bp. of Penna 1495, of Lucca 1499. See Chevalier.

Detius] Phil. Decius (1454—13 Oct. 1535), a lawyer of great brilliance, who began teaching at Pisa in 1475; later he taught both civil and canon law at Siena, in 1502 at Padua; and in 1505 he was appointed professor at Pavia. At the request of Louis XII, he composed a *Consilium* (s.n.: Brit. Mus. 704. e. 30) which advised the summoning of a council; and he attended the Council of Pisa with the French bishops. For this Julius II banished him; so he withdrew to teach at Valence. Leo X, who had been his pupil at Pisa, recalled him; and his later years were spent teaching at Pavia and Pisa. See Jöcher.

excipiant] Sandeus *super Decret.* 1. 2. 7; Decius, *Consil.* 112. 133.

73. te absolutius] In a marginal note Boniface cites 'Annot.' ⟨on N.T.: 1 Cor. 7. 39⟩ and 'Apol. adu. Leeum' ⟨the last *Responsio* (l. 51); Opp. ix. 225–6, LB. ix. 268–9⟩.

78. *ἡ φύσις*] Anth. Pal. 11. 7. 3,4: where the reading is *ἀλλοτριόχρως*.

88. axioma] Cod. Just. 4. 6. 7.

quod nuncupatim ea institutum suum plebi probabile facere tentauit.

Postquam totius negocii cardo in querendo filio regni successore vertitur, est procreandi filios modus olim Graecis, dein etiam Romanis, vsurpatus, nempe per adoptionem. Et quo magis tumultus excluderetur, quid si magnatum et plebis consensu vel generum vel nepotem ex filia vel extraneum aliquem in locum filii adoptaret? Publicus fortassis magnatum regni iuxta et plebis consensus semel interpositus tumultuaturis obstaret. Per adoptiones etiam successores querendi ritum Romanis principibus vsitatissimum fuisse non ignoras. Sic Octauius Tiberium, sic Hadrianus Antoninum Pium; rursus Antoninus, cum stirpem virilem non haberet, Commodum, vt infinita exempla praeteream, adoptauit. Fieret id maiore fortassis regni bono, quod genuerimus filium an elegerimus multum interesse solet. Natura qualem dederit accipiamus oportet; adoptione filii pro regni commoditate ac voluntate assumuntur.

Quod si Rex diuortio coniugem omnino res sibi suas agere velit, Pontificem benignum futurum non dubito, nisi Caesaris authoritatem reuereatur. Vtcunque negocium cesserit, confessionem frequenti concione emissam magno redemptam oportuit, qua filiam contra pietatem paternam macula tantum non ineluibili deformauit.

Verum γλαῦκας εἰς Ἀθήνας qui ad te haec. His superioribus, si Lutheranus essem, adderem priore vxore retenta nouam etiam superinduci posse. Nam vt πολυγαμία patriarchis fuit in Veteri Testamento vsitatissima, ita in Nouo non inueniri prohibitam Lutherus in suis ad Genesim commentariis docet. Tu meum tibi morigerandi studium boni consulas rogo. Cetera coram.

4. Non. Februarii 1530.

2268. To Erasmus Schets.

Azzolini MS. Freiburg.
2 February 15^{29}_{30}.

[An original letter, autograph throughout: probably at one time in the Nève collection (see App. 17 in vol. vi), though de Ram had no copy of it. It was shown to me in Rome on 27 March 1909 by Cav. Luigi Azzolini, in whose collection it then was; and he told me that it had at one time belonged to Mgr. Angelini (†c. 1879), then to Cav. Rossi, and that afterwards it had been sold to Leipzig. It was first printed by G. J. Hoogewerff, *Bescheiden in Italië* iii, 1917, p. 290; being then in the possession of Cav. Giuseppe Azzolini, who had inherited the collection from his brother, Cav. Luigi (†1910). There is a description of the collection in G. Brom's *Archivalia in Italië* iii, 1914, p. 243.

As Erasmus writes from Freiburg, the interpretation of the year-date is

124. γλαῦκας] Ar. *Av.* 301.

128. ad Genesim] *Declamationes*, Hagenau, Secerius, Aug. 1527: ch. 16.

docet] Here γ adds: 'tametsi ei non omnes sui discipuli suffragentur, vti videre est in his que nuper Io. Brentius de nuptiis Germanice edidit'; referring to Jo. Brenz, *Wie in Eesachen . . . nach Götlichem billichem rechten Christenlich zu handeln sey*, Schwebisch Hall, J. Gutknecht, *s.a.*; reprinted with a preface by Luther, Wittenberg, G. Rhaw, 1531.

clear. It is noticeable that in five other cases at this time (Epp. 2274, 2277, 2292, 2295; cf. Ep. 2091 introd.), four of which are, like this, autograph MSS., he uses the year beginning at Easter; perhaps following the usage of the more conservative Freiburg, to which he had escaped from the novelties of reform.]

S. P. Obruo te litteris, Schete charissime. Rogo vt quam celerrime cures has epistolas mittendas, ad Lodouicum a Castro vnam, alteram per illum ad Episcopum Tunstallum. Opto te cum tuis omnibus quam optime valere, Schete charissime. Doleo monachos istic obtinere tyrannidem in populum simplicem et optimis dignum pastoribus.

Die purificationis. 1529. Friburgi.

Erasmus Rot. tuus.

Honorabili D. Erasmo Scheto mercatori. Antwerpiae.

2269_{2308} FROM JOHN CHOLER.

Breslau MS. Rehd. 254. 51. — Augsburg.
EE[2]. 80. — 3 February 1530.

[An original letter, autograph throughout; slightly injured on the edge of one leaf. Choler's spelling is sometimes unusual.]

S. P. D. Ad .IIII. Kal. Februarii, cum ex Italia sospes et incolumis Dei clementia domum rediissem, clariss. iuris consultus et Suaeuicae Confoederationis L. I. triumuir, dominus Wolfgangus Rem, praecipuus meus amicus, suauissimas abs te mihi reddidit litteras: quas tu eo consilio ad me scripseras, vt proficiscenti mihi in Italiam vel illic iam constituto redderentur. Verum vtrumque secus accidit; nunc enim demum postliminio mihi reuertenti oblatae fuere. Nam cum serius, ob domini Antonii Fuggeri absenciam, huc fuerint delatae, et iam amici hic mei de redditu meo certiores facti fuissent, maluerunt eas in aduentum meum reseruare quam temere fortunae committere; sicque factum est vt mihi in Italia constituto minime redditae fuerint. Verumtamen nullum ob id desiderii tui dispendium factum est; nam quod tu a me praecibus contendebas, vt in aula Caesaris te amicis quibusdam comendarem, id sponte et iniussus feci. Erasmum enim meum, et si non nominatim illis quibus postulabat, bonis tamen omnibus cum quibus mihi fuit familiaritas, semper per-

2268. 3. alteram] Ep. 2263.

5. monachos] Cf. Ep. 2249. 28–9.

2269. 3. Confoederationis] Founded in 1488 for the maintenance of local peace.

L. I.] legum imperialium: cf. the headings of various letters addressed to Reuchlin (RE. 133–4, 141–2), who held a similar judicial position under the League; see Ep. 333. 114–15.

triumuir] Reuchlin styles himself alternatively 'iudex ordinarius'.

4. Rem] of Khaetz (also Vlmensis) matriculated at Bologna in 1505 and by 1507 was I.V.D. His life was spent in legal and administrative work, and by Jan. 1524 he was 'triumvir': see Luscinius' *Ioci ac sales*, Augsburg, S. Ruff, 13 Feb. 1524, dedicated to him with others. Luscinius also dedicated to him *Allegoriae Psalmorum Dauidis prophetae*, Augsburg, c. 13 Aug. 1524. In 1526 Zasius courted his acquaintance (ZE. 268). Some *Responsa iuris* are attributed to him. He was still living in 1532 (EE. 170).

See Knod, and EE. On 2 Jan. 1531 Erasmus wrote to his son.

5. litteras] Not extant.

quam diligenter commendaui; quin et illius dignitatem et existimationem, vbicumque postulabat necessitas, contra eos qui de illo minus candide sentirent, pro iure amiciciae mutuae strenue et summo defendi studio: quamuis adeo pauci sint qui me praesente mutire auderent.

Stunica sane tuus, satis amice de te locutus, magna me affecit voluptate. Hunc hominem agnouisse etiam nunc summopere gaudeo. Nulla iam amplius temeritatis suae me tenet admiratio. Postquam certior factus sum et coram cognoui quo ille morbo laboret, continuo ignoscendum homini diiudicaui, atque nunc idem censeo. Imprimis autem me delectauit et iuuit plurimum Ioannis Dantisci, oratoris serenissimi Poloniae Regis, familiaritas et ami⟨ci⟩cia; cuius tanta est comitas vt parem vix viderim vnquam. Tui nominis imprimis est studiosissimus; nihil loquitur aut sentit de te nisi summa et praeclarissima quaeque, et ob id mihi futurus est perpetuo charissimus. Hunc hominem serius cognitum, quod praeter voluntatem meam relinquere citius coactus sim, summopere doleo; nulla tamen vnquam locorum longinquitas a me illum seperare poterit, quem egregia illius virtus moresque candidi tam arcte mihi coniunxerunt.

Quod ad humanissimas tuas litteras pertinet, quibus mihi comprimis gratularis quod R. P. Christophorum Augustanum praesulem profectionis meae ducem nactus sim, video, mi amantissime Erasme, errore te quodam captum. Et ob id quod scripserim me cum reuerendo Episcopo meo Italiam petere, non equidem R. Christophorum Augustanum, verum Paulum Curiensis ecclesiae antistitem significare volui. Hunc ideo meum iure voco, quod illius ecclesiae Prepositum agam, et eius nomine Italiam potissimum accesserim. Agnosco vtrumque meum, hunc dignitatis, alterum diocesis ratione Episcopum. Q⟨uod/ ideo sane tibi scribo, ne quid erres, si putaueris me cum reuerendo Augustano Episcopo ad Italiam profectum.

Caeterum, clarissime domine, quod significasti quantopere gaudeas Caesar⟨em/ Carolum totum animum ad pacis studium conuertisse, facis hoc tu pro vetere instituto tuo summaque pietate. Quid enim melius, quid vtilius, quid optabilius et quid humano generi pace magis conducibile? Prestitit quidem Caesar (ne quid maius dicam) animum in hac re Cesare dignum: qui posthabitis rebus omnibus, oblitteratis cunctor⟨um/ iniuriis et damnis, nihil antiquius habuerit quam vt diutina et intestina bella sedaret, simultates deponeret, federaque inter principes Christianos mutua iungeret, nihil inde spectans nisi vt paccato orbe Christiano quies placida et pax imperio suo rediret; neque vereor quin iam compositis rebus Italicis Germanicos etiam tumultus sit compositurus. Cuius quidem pientissimis coeptis quantum Pontificis vere catolicum faueat pectus, et si multis

---

23. Stunica] See vol. iv, pp. 621–2.

29. Dantisci] See Ep. 2163. 138n.

39. Christophorum] Stadion; see Ep. 2029.

43. Paulum] Ziegler († 25 Aug. 1541), administrator of Chur since 1506. See J. G. Mayer, *Gesch. d. Bistums Chur*, 1914, ii. 4–5, 16; and, for his interest in the Dominicans at Sélestat, BRE. 309.

argumentis depraehendere mihi licuit, potissimum tamen illo sermone quem de componendis Germanicis rebus mecum habuit, cum ego illi Curiensis ecclesiae miserabilem deuastationem exposuissem, plane cognoui quantum verae pietati faueret, quantum Christiani sanguinis profusionem detestaretur, quantum pacis et quietis foret sititor, quantum item nefandis hereticorum praestigiis esset infensus, vt omnia prorsus pati et ferre paratus mihi videatur, vel etiam de proprio iure decedere, modo orbi tranquilitas, Germaniae concordia et vnitas fidei reducatur. Quare, mi Erasme, nil est quod desperemus.

Deus faxit vt hii quibuscum Caesar foedus nuper iniit, pacem tam probe conseruent quam illa sancte, pie et vere Christiano animo fuit per Caesarem sancita. Non verebor quin illud aureum, de quo tu scribis, saeculum sit redditurum. Verum non clam est per quos icta foedera toties irrita facta sint, neque in occulto latet quam hactenus res illis feliciter cesserint. Vnde plurimum vereor ne malus genius eosdem impellat vt tam piis Caesaris coeptis tanteque illius pietati et egregiae voluntati obsistant, ne prosus regnet pietas. Verum nos precabimur opt. max. Deum vt optima quaeque suo gregi destinare dignetur. Quod si exigentibus scaeleribus nostris saecus nobis contigerit, pacienti animo feremus quaecunque erunt, non ignari propter peccata venire et destinari nobis aduersa.

Mitto his adiunctas litteras ab amico tuo, quae ex Patauino gymnasio scolasticus mihi commisit. Si quid illi respondere volueris, litteras ad me destinabis; dabo enim operam vt recte illi reddantur.

Postremo dominus Antonius Fugger iussit plurimas tibi salutes ascribere. Hoc temporis cum ob nuncii huius festinationem, tum ob negociorum molem non vacauit vt tibi scriberet; proximo autem nuntio illius litteras recipies. Vale, clarissime atque amantissime Erasme, et me, vt facis, vicissim ama.

Data Augustae Vindelicorum .III. nonas Febr. M.D.XXX.

Tuus Ioannes Choler, praepositus Curieñ.

Rogo Luscinium nostrum meis verbis salutes. Clarissimus dominus Wolfgangus Remus item te plurimum saluere iubet et se totum nomini tuo dedicat et offert.

Doctissimo atque clarissimo sacrae theologiae doctori, /domino Era>smo Roterodamo, /amico s>uo selectissimo. Friburgi.

87. adiunctis *MS.*: *corr. Enthoven.*

74. foedus] The Treaties of Barcelona with the Pope 29 June 1529, and of Cambray with France 5 Aug.

87. litteras] Possibly Ep. 2144, from Bembo.

91. Fugger] See Ep. 2145.

93. scriberet] Perhaps in answer to Erasmus' long letter; see Ep. 2307. 1.

94. litteras] See Ep. 2307. 1–2.

98. Luscinium] See Epp. 2166. 10n, 2308. 41n.

102. selectissimo] Cf. Ep. 2307. 31.

2270_{2286} FROM ERASMUS SCHETS.

Basle MS. Scheti Epistolae 21. Antwerp.
4 February 1530.

[An original letter, autograph throughout. The year-date is confirmed by the movements of Quirinus.]

S. P. Ex mense Decembri scripsi tibi, my Erasme amicissime, tuo Quirino latore: qui quod apud me tue pecuniae erat, iuxta ordinem quo iusseras, accepit in philippeis et aliquot coronatis. Ille expetierat florenos aureos: quos, quum hic rari sint, non potui dare. Permutari tamen potuit ea pecunia ad nundinas Francfordien⟨ses⟩, et ibidem in florenis aureis accipi: quod Querino non placuit. Qua via permutauerit nescio; nam illius nil detexuit mihi.

Ludouicus a Castro, qui ex promotione Quirini tuis amicis Anglicis iam notior est quam fuerat, nil pertransibit suo tempore et loco ab his exigere, modeste tamen, quod pensionis fauent tibi; et permutatis mox receptis ad hasce manus meas, procurabo cum Fucharis quidquid accepero tibi permutandum. Vidi namque ex epistolis tuis quo fauore Anthonius Fucharus te complexus sit, et quod rebus tuis fauorabilius inseruire non dedignabitur.

Ego lacescor et fere conuicior hic ab Audomaro Edingo et Ammonio accepisse librum Grecum Crisostomum in Epistolas Paulinas ad Romanos quem tuo nomine illi debeam mittere. Quirinus tuus priusquam iret in Angliam, tradidit mihi libellum Grecum Epistolarum Basilii magni Ammonio mittendum; qui ea fide qua datus est, ad manus Audomari missus est, et Ammonio traditus. Preter hunc non accepi codiculorum quidquam, nec a tuo Quirino nec a quouis alio, tuo nomine. Vereor et fere video illis bonis viris in me esse quid suspitionis, quod acceperim et negem. Id nam vrget animum meum satis; precor vt rescias a Quirino quid sit de hac re. Et si forsan liber quouis alio traditus est, ab his qui acceperunt, non mihi, exigatur: quo significatione rei vt habet, tuis litteris hisce viris scribendis ab hac suspitione liberari valeam. Et erit hoc abs te mihi amicissimum.

Vale ex Anuerpia. 4^{a}. February 1530.

Tuus Erasmus Schetus.

+Doctissimo incomparabilique viro domino Erasmo Roterodamo, amico sincerissimo. Friburgi.

17. Cristomum *MS.*

1. scripsi] Ep. 2243.
3. iusseras] Cf. Ep. 2243. 15n.
9. Ludouicus] Cf. Ep. 2115. 47–57.
14. Fucharus] Cf. Epp. 2159, 2193.
17. Ammonio] See Ep. 2258. 6–15. Crisostomum] See Ep. 2258. 6n.
19. Quirinus] For his journey to England and Brabant see Ep. 2222. 25n.
20. Basilii] See Ep. 2214. 7n.

[2267]2271. To Boniface Amerbach.

Basle MS. AN. III. 15. 81. 〈Freiburg.〉
Q. 25. 〈February 1530.〉

[An original letter, autograph throughout. It may be taken conjecturally as an answer to Boniface's rejoinder about the Divorce. The verbal resemblance to Epp. 2263, 2277 is noticeable.]

S. Superest orare superos vt omnia vertant in bonum exitum. Regem tali labyrintho inuolutum doleo. Si hic calculus excantari possit e vesica, cetera fortiter ferrem. Bene vale cum tuis omnibus.

Erasmus tuus.

Doctori Bonifacio Amerbachio.

2272_{2315} From Jacopo Sadoleto.

Breslau MS. Rehd. 254. 131 (α). Carpentras.
J. p. 7: KN: Lond. xxv. 10: LB. 1093. 12 February 1530.
Sadoleti Epistolae, 1550, p. 155 (β).

[An original letter, by a secretary throughout, except the heading, which is autograph: accurately reproduced in the printed editions, no doubt from this MS. The year-date is confirmed by the connection with Epp. 2059, 2074, 2315. The letter reached Erasmus on 30 March; see Ep. 2299. 55n.
Again, as in Ep. 2074, there has been considerable polishing in Sadoleto's *Epistolae*, though with no important results.]

IACOBVS SADOLETVS, EPISCOPVS CARPENTORACTI.

Annvs est, aut eo plus, cum binas abs te litteras accepi eodem exemplo: quarum quae posterius scriptae erant, cum priores mihi redditae fuissent, esset autem in illis tua de mea incolumitate et opportuno ad meam ecclesiam receptu gratulatio plena amicissimae voluntatis, recordor me tum, vt noster amor ferebat, diligenter tibi rescripsisse. Post mihi allatae sunt alterae, vna cum Psalmo LXXXV° et tua in illum interpraetatione: cuius ego lectione mirifice fui delectatus, tuamque illam admirabilem ingenii vim et copiam in eo etiam recognoui.

Sed quo minus tibi de eo tum aliquid scriberem, fecit occupatio et par quidem meum studium, quod ego in interpraetando Psalmo XCIII° paulo ante susceperam; sed neutiquam par tuae facultas, neque aequa ingenii aut doctrinae vis, quae me celeriter de eius curae et laboris curriculo expeditum euolueret. Sum enim in

2272. TIT. ERASMO ROTERODAMO S. *post* CARPENTORACTI *add. J.* 7. in illum α: eius β. 11. meum studium quod α: meus labor quem β. 13–14. quae . . . euolueret α: per quam celeriter opus a me institutum absoluerem β.

2271. 2. calculus] See p. 364 and cf. Epp. 2260. 316n, 2277. 10–11.
2272. 1. litteras] Ep. 2059.
1–2. eodem exemplo] Cf. Ep. 2074. 2n; but evidently there was in this case a difference of date.
6. rescripsisse] Ep. 2074.
Psalmo] See Ep. 2017.
11. Psalmo XCIII°] Lyons, Gryphius, 1530. Writing from Carpentras, 1 March 1530 (Sad. E. 113), Sadoleto says that he had intended to circulate the book first to his friends in ms. for the benefit of their criticism, but that 'difficultate librariorum fui retardatus, quorum est incredibilis in his locis inopia. Itaque ad impressores me necessario contuli.'

hunc vsque diem, vt vides, retardatus. Sed postquam tandem confecissem, nihil habui antiquius quam hoc quicquid esset quod elucubraueram, continuo ad te mittere; χάλκεον ἀντὶ χρυσείου videlicet, sed tamen, siue tibi id probaretur, vt singularem animi voluptatem ex hominis omnium doctissimi ac mihi beneuolentis iudicio consequerer; siue non probaretur, praeceptis tuis atque doctrina in posterum melior fierem. Quorum vtrum malim, et vtrum mihi vtilius sit, non queo satis constituere. Approbatio forsitan iucundior sit, si sit ab amico fideli eruditoque profecta; castigatio certe vtilior. Itaque te vehementer oro atque rogo vt, si quid duxeris reprehendendum, aut quoniam erunt, opinor, multa quae tibi homini acutissimo minus placebunt, ne parcas agere mecum ingenue ac libere, fidemque amicitiae, quam persancte coli a te non dubito, in hac re mihi potissimum exhibeas; hocque sic statuas, tuum mihi iudicium in vtramuis partem gratum expectatumque futurum esse.

Ego de tuo Psalmo ac de caeteris quae in hoc genere plura praeclaraque edidisti et quotidie edis, cum ingenium et copiam et facilitatem tuam mirari soleo, tum animi virtutem atque constantiam, quod plurimis aemulis tuae laudi obtrectantibus, ab instituto labore minime deterreris, studesque quotidie magis vt bonis et litteris et moribus per te consulatur: in quo tua scientia et egregia voluntas maximis mihi videtur laudibus ad coelum extollenda. Vnum est quod optarim—quid enim me prohibet idem officium amici praestare tibi quod ego abs te requiro? Vnum est, inquam, quod velim, idque tibi vehementer suadeam, vt a contentionibus omnibus te auoces, et aliqua in scribendo praetermittas; quae vt non sint a vera pietate abhorrentia, contra tamen inueteratas populi opiniones et quorundam hominum siue etiam ordinum studia tendunt: quibus se non opponere, maioris arbitror fore grauitatis. Quid enim te cogit, hominem in omni doctrina summum, cum longe imparibus quasi altercando et iurgiis concertare? cum praesertim paratus sacrarum litterarum campus sit, late in omnem partem patens, vbi te ad tuum arbitrium exercere, et omnes in eo ingenii tui diuitias explicare possis, quas admirentur homines, non de quibus litem tibi intendant.

Equidem quicquid scribo, scribo animo optimo atque amicissimo, et quod maiorem in modum cupio tantam virtutem quanta in te est, ab omni non dicam labe, sed suspitione labis etiam, apud vulgus alienam esse: verum haec tu melius. Nos, mi Erasme, quantum possumus, vterque pro virili parte feramus opem labenti fidei Christianae; quae, vt vides ipse, non solum vitiorum in hoc tempore dominatu et multitudine facinorosorum hominum, quibus omnia redundant, sed externis domesticisque hostibus omnibusque et bellorum et impietatis machinis oppugnatur, estque ad cadendum procliuis, nisi eam qui vnus omnia

20. consequerer α: caperem β. 23. si α: quae β. 24. castigatio α: emendatio β. 28. exhibeas α: praestes β. 30. expectatumque futurum esse α: atque expectatum fore β. 47. paratus sacrarum litterarum α: sacrarum scripturarum paratus β.

40–41. a contentionibus] Cf. Epp. 2120. 14–22, 2124. 7–11, 2226. 14–16.

potest, fulserit et sustinuerit Deus. Cui quidem Deo ac domino si gratiam eam quam debemus conabimur referre, et beatam ipsi inueniemus vitam, et caeteris noster non inutilis erit neque infructuosus labor. Quanquam tu quidem hortatione non indiges, nos vt locum nostrum ne deseramus, debemus magis prouidere.

Sed de his satis. Tu valebis, nosque diliges, tibique persuadebis esse nobis maxime curae et quietem et dignitatem tuam. Vale etiam atque etiam, mi Erasme. Amorbachio nostro plurimam salutem: a quo crebriores litteras desidero.

Carpentoracti pridie Idus Februarii; M.D.XXX.

2273$_{2307}$ To Antony Fugger.

Xenophontis Hieron p. 3 (α). Freiburg.
Lond. xxix. 63: LB. App. 355. 13 February 1530.

[The preface to a translation, made some years before, of Xenophon's *Hieron*, Basle, Froben, 1530 (α); revised and published again in a volume of translations from Basil, *Duae Homiliae de laudibus ieiunii*, Freiburg, Jo. Emmeus, 1532, p. 24 (β); printed again in the Basle *Opera*, iv. 582 (γ). For other contents of α see Ep. 2260. The presentation copy was delivered at Augsburg on 7 April: see Ep. 2307. 1–5.

It is noticeable that a Xenophon is among the books ordered by Erasmus in an earlier year; see vol. vii, p. 547. There are two Aldine editions, of 1503 and 1525.]

DES. ERASMVS ROTERODAMVS CLARISSIMO VIRO D. ANTONIO FVGGERO S. D.

Non sine causa, vir amicissime, veterem de Ata querelam in tuis ad me literis renouas. Nullo enim vnquam seculo illa magis suo nomini respondit quam hoc, nec latius per omnium mortalium capita diuagata est; cui praeter innumeras calamitates, hoc quoque mali iure ferimus acceptum, quod nos animorum beneuolentia coniunctissimi, consuetudine distracti viuimus.

In huius tamen incommodi solatium, nonnihil remedii videor mihi repperisse. Nam hisce diebus, quum inquirens nescio quid, chartarum mearum aceruos excuterem, vltro et, vt arbitror, deo quopiam ita volente, venit in manus quod ante annos aliquot vertere tentaram ex Xenophontis Tyranno. Id quo minus tum absoluerim, praeter alia fuit et illud in causa, quod Graecus codex videretur mihi parum emendatus. Ad hoc laboris nunc integer reuersus, perpetuo cursu citraque respirationem ad vmbelicum deduxi.

Apud priscos nihil intererat inter nomen regis ac tyranni: quum postea tyranni vocabulum coeperit esse inuisissimum apud omnes, regis etiam, apud eas duntaxat resp⟨ublicas⟩ in quibus vigebat democratia. Alioqui quod Simonides subinde Hieronem

2272. 67. maximae *β*. 68. Amerbachio N^3. 70. Anno *ante* M.D.XXX *add. N*: *om. β*. 2273. 8. reperisse *γ*. 14. vmbilicum *γ*.

2272. 69. crebriores litteras] Boniface responded to this request on 17 May: see Ep. 2315 introd.

2273. 1. Ata] Cf. Ep. 452. 3.

2. literis] Not extant.

14. perpetuo cursu] Cf. Ep. 1864. 103n.

appellat tyrannum, nihilo ciuilius esset quam si quis cum pirata familiariter et amice confabulans, identidem appellaret illum piratam. Fateor hoc argumentum non per omnia temporum horum statui congruere, in quibus sub monarchis praepotentibus tranquillissime degunt non, vt tum, singulae ciuitates, sed amplissimae ditiones; multa tamen insunt quae nostris quoque principibus non inutilia cognitu futura sint. In hoc libello tibi dicato quoties versaberis, Antoni charissime, putato te cum Erasmo tuo colloqui.

Ornatissimo viro Ioanni Cholero salutem ex me plurimam: quo vno nec inter amicos habeo quenquam candidiorem, nec inter patronos magis inuictum. Ex eius litteris, nil nisi meros amores spirantibus, tantum capio, mihi crede, voluptatis ac solatii vt vix alia quapiam ex re tantundem. Bene vale. Datum apud Friburgum Brisgoiae, Idus Februarii. Anno a Christo nato M.D.XXX.

2274. To Andrew and Christopher of Conritz.

G. Agricolae Bermannus, f°. a^2. Freiburg.
N. p. 1208: Lond. xxviii. 22: LB. 1014. 18 February $15\frac{29}{30}$.

[A complimentary letter prefixed to *Georgii Agricolae medici Bermannus, siue de re metallica*, Basle, Froben, 1530; a pleasant composition in the form of a dialogue, which gives interesting information about the growth of the silver-mines at Joachimstal (Ep. 1122. 12n) and about the life of the times. The publication had been promoted, perhaps on behalf of the author's modesty, by Peter Plateanus (Ep. 2216); who composed a preface addressed to Henry of Könneritz near Zeitz in Saxony, 'prefect' of Joachimstal, and then sent the book to Erasmus, asking him to recommend it to Froben for publication. With this request Erasmus complied, adding an introductory letter to the prefect's two sons.

As he is at Freiburg the interpretation of the year-date is clear. For the form see Ep. 2268 introd.

Andrew († a. 1553) and Christopher († 14 Aug. 1557) were sons of the prefect of Joachimstal. Andrew matriculated at Leipzig in June 1517, and in 1523 at Bologna (cf. Peut. E. 237), where he was proctor in 1527. On 2 Dec. 1528 both sons matriculated at Freiburg. There they were joined by another brother Erasmus: with whom for some time they shared Erasmus' house. In March 1531 Andrew and Erasmus returned to Saxony. Andrew took his I.V.D. at Leipzig in Aug., and in Oct. was appointed to the Reichskammergericht at Spires (cf. EE. 228, 231; EE^2. 154). In Nov. 1541 he entered the service of Ferdinand, and in that spent many years on legal and diplomatic work; ultimately returning to settle at Freiburg in 1549.

Christopher stayed behind with their host, and in 1532 matriculated at Ingolstadt, in 1534 at Bologna; where he was proctor in 1535. Later he too entered Ferdinand's service, and held important positions on his councils. See Knod 1835, 1837; Mayer i. 272; and perhaps ME. 520.

Two members of the family, whom Camerarius thought to have been 'sodales' of Stibarus, probably at Freiburg, perished with many Saxon knights at the fall of Castelnuovo in Dalmatia to Khairuddin, in 1537: see ME. 1633 and Cam. E. ii. 142, the latter wrongly dated in 1536.]

34. Idibus Februariis β: Idib. Febr. γ.

24. tranquillissime degunt] A contrast to Erasmus' usual utterances about the state of the times. He is perhaps thinking of the advantages for peace afforded by the rise of large states.

29. Cholero] See Ep. 2195.

31. litteris] See Ep. 2269.

DES. ERASMVS ROT. ORNATISSIMIS FRATRIBVS ANDREAE ET CHRISTOPHORO A CONRITZ S. D.

EVOLVI, clarissimi iuuenes, propemodum ἀπνευστὶ sed tamen haud oscitanter, Georgii dialogum De metallicis. Nec satis possum dicere maiorene id voluptate fecerim an fructu. Magnopere delectauit argumenti nouitas, exhilararunt ioci liberales obiter inspersi, nec iniucunda fuit dictionis simplicitas, Atticum quiddam referens; praecipue vero me attentum habuit rerum sub oculos expositarum enargia. Visus sum mihi valles illas et colles et fodinas et machinas non legere sed spectare. Nec multum abfuit quin ex tot venis argentariis et aurariis conceperim aliquam eiusmodi rerum cupiditatem. Vtinam animis eo studio feramur in coelum quo scrutamur terram! Non quod improbem hanc industriam—nobis enim terra gignit quicquid gignit; sed quod hae venae quantumuis foecundae beatum hominem adeo facere non possunt, vt non paucos operae et impendii poenituerit, sola diuinarum litterarum vaena vere locupletet hominem. Feliciter praelusit Georgius noster; nec ab illo ingenio quicquam expectamus mediocre.

Ad rem medicam restituendam iuuenes aliquot accinctos video: in quibus est Simon Ricuinus, cui praeter eruditionem haud vulgarem adest summa morum ingeniique dexteritas, et Ioachimus Martianus Gandauus, cuius ingenium exactum quiddam et excussum polliceri videtur. Nec minus spei ostendunt nobis haec Georgii προγυμνάσματα. Quare nec me poenitet huius operae, nec dubito quin Hieronymus Frobenius sit in gratiam vestram, tum studiorum, libenter excusurus. Bene valete.

Friburgi, XII. cal. Martii. M.D.XXIX.

2275. TO THE FRANCISCANS.

Epistola ad gracculos, f. 2 (a). ⟨Freiburg.⟩
Lond. xxxi. 54: LB. x. 1745. ⟨February 1530.⟩

[An Apologia in the form of a letter, *Epistola ad quosdam impudentissimos gracculos*, s.l. et a., ⟨clearly Freiburg, Jo. Faber Emmeus⟩; provoked by the appearance of Carvajal's *Dulcoratio* (p. 69). It was included later in the Basle *Opera*, 1540, ix. 1432 (β), but not among the *Epistolae*. There is a copy of the rare first edition, a small octavo of four leaves, bound up for Beatus Rhenanus with other Faber Emmeus books of this date, in the Library at Sélestat: no. 1245 in the Abbé Walter's *Catalogue*, 1929. The little pamphlet has more than usual of Erasmus' vigour in self-defence and in attack; and his statements about his own health are remarkably interesting, in being positive assertions of good condition instead of—what is more usual with him, as with all mankind—complaints of illness. Cf., however, Ep. 2321. 16–18.

A date can be roughly assigned from the mentions of the *Dulcoratio* (l. 61) and of Chrysostom as being in hand. The Franciscan attack is mentioned

TIT. ORNATISSIMIS FRATRIBVS *om. N.*

2. Georgii] Agricola; see Ep. 1594. 105n.
7. enargia] *sc.* ἐνάργεια.
18. Ad rem medicam] The reference clearly is to pp. 65–7 of the *Bermannus*, in which the need for a new work on medicine is put forward, with praise of the younger men, John Clement (Ep. 388. 173n) and Peter Brissot (Ep. 1407. 101n).
19. Ricuinus] See Ep. 2246.
21. Martianus] See Ep. 2049.

also in Epp. 2299–2301, 2315. But two indications make it possible to be more precise. Firstly the extreme brevity suggests that like other of Erasmus' pamphlets (see Epp. 2108. 15, 2110 introd.) it was written in haste in order that it might appear at an approaching Frankfort fair. And secondly the statement that the stone is growing daily better, suggests a date when his letters are silent about it. From January till early March it appears frequently as a slight trouble (Epp. 2260, 2263, 2271, 2277), by the end of March again it is severe (Epp. 2290, 2295). In the middle of February there is no mention of it (Epp. 2273,4); and that is just the time when he would be making his last efforts to be ready for Frankfort.

From this it may be inferred that the *Dulcoratio* reached him in the latter part of February. Writing at the end of March he states that it arrived 'Nunc' (Ep. 2301. 10).

Erasmus sent a copy of the *Epistola* to his Franciscan friends at Louvain, to express his protest against Titelmans; but Goclenius was discreet enough not to deliver it. See Ep. 2352. 303–6.]

DES. ERASMVS ROT. QVIBVSDAM FRATRIBVS ABSQVE OBSERVANTIA BONAM MENTEM.

VIDEO quid agatis, fratres patres: subornatis aliquot indoctos ac perfrictae frontis iuuenes, qui iunctis phalangibus conficiant Erasmum. Nihil habent frontis, nihil cordis, non habent quod illis possit eripi, non possunt deprehendi, plusquam polypi, aliunde alio migrant, et sub vnius vmbone latet exercitus.

Salamanta habet vnum, cuius nomen putabam esse fictum. Inauditum erat, nec mihi persuadere potui in illo sodalitio latere tantam petulantiam. Cognomen sonabat quiddam Iudaicum; nec in Hispaniis tantum latitant Iudaei, latitant et in aliis nationibus sub Christiani nominis titulo. At ille noluit perdere suum triumphum, eamque gloriam putauit suo ordini asserendam.

Brabantia habet alterum quendam eiusdem farinae gloriosissimae loquacitatis. Mera hypocrisis est modestia quam prae se ferunt. Haec in malos dicta velim, sine vlla bonorum nota. Hac syngrapha vos praemoneo, fratres patres, subornate, fingite, fallite, contemnite Caesaris et episcoporum constitutiones, emittite furtiuos libellos: posthac nec legere dignabor naenias vestras nec refellere. Ipse Deus inueniet impios hypocritas: cui iuste iudicanti vindictam tradidi.

Quam sum illis decrepitus? Budaeus biennio me minor est, Bedda fortasse quinque aut quatuor, Latomus tribus. Ad hanc vsque aetatem perpetuo versor in laboribus, vnde maxima pars et valetudinis et senii. Senex vnus quatuor iuuenum robustorum sustineo sarcinam. Non caligant oculi, gratia Deo, quum multi mirentur iam olim non esse prorsus exoculatum. Conspicillis vitreis nunquam vsus sum hactenus, neque interdiu neque ad lucernam. Scipionem nunquam attigi, firmis pedibus et alacriter ingredior; manus minus tremunt quam vlli iuueni. Calculus indies fit mitior, et, si moderer studiorum labores, fauente Deo

TIT. ABSQVE OBSERVANTIA] Cf. Epp. 2094. 4–5, 2263. 105, 2299. 136.

6. Salamanta] Carvajal; see Ep. 2110 introd. For the form cf. Ep. 2094. 30.

13. Brabantia] Evidently Titelmans; see Ep. 2261. 71n.

21. Budaeus] born 26 Jan. 1468.

22. Bedda] The date of his birth seems not to be known.

Latomus] For his birth 1475 is given.

possim adhuc integris sensibus quatuordecim annos viuere. Sed vitae modus in manu Dei est. Qui mecum viuunt, nec ingenii nec memoriae magnam iacturam sentiunt. Et vbi est illud decrepitum ac mox collapsurum silicernium?

O scurras non mihi tantum sed toti mundo graues! Quid autem proficient istis loquacibus et indoctis naeniis? Eruditi non legent, pii detestabuntur. Ego nondum inuenire potui qui pro me legeret eiusmodi nugas. Sed talibus libellis conficient decrepitum senem. Hoc sicis commodius effecerint; nihil enim refert quo vtantur organo, quum adsit sicariorum animus. Atqui hic decrepitus senex dedit vobis Hieronymum, dedit Cyprianum, dedit Augustinum, nunc dat Chrysostomum, ex quo et Athanasio tam multa vertit. Ex Graecis autoribus tot loca illustrauit in Nouo Testamento: legant indicem, et intelligent quam multa dederit hic decrepitus senex tum ad eruditionem, tum ad pietatem conducentia.

Quid faciunt isti? Coaxant et obstrepunt alienis laboribus, neque quicquam adferunt praeter improbam et indoctam garrulitatem, perinde quasi mundus non habeat nisi sues et asinos. Caesar semel dedit eis potestatem accusandi me legitime, dedit summos iudices; tum debebant proferre suam sapientiam. Istis libellis se doctis ac bonis omnibus propinant deridendos. Et mihi adhuc tantum adest roboris, vt possim ex alto deridere, etiamsi exoriantur tria millia. Apud doctos et posteros cygni loquentur, quum tacebunt graculi. Si senem volunt conficere, sicis opus erit. Nisi aliter discant scribere, nihil aliud sibi parabunt apud optimum quenque quam odium ac ludibrium. Vos, pii patres, tales asinos compescite. Vos, pii laici, quos sic insanire scitis, ne quid detis, nisi tales blaterones abigant e suo contubernio, quo vel sic moniti resipiscant; nam aures habent non in capite sed in ventre. Suas Dulcorationes stolidas adhibeant suis pultibus, a me nihil expectent: sed videant exitum malitiae.

Rursus admoneo haec in pios non esse dicta; noui enim plurimos esse in eo sodalicio qui istam petulantiam detestantur. Et post haec occinitur nobis excommunicatio Pontificis in eos qui laedunt ordinem Minorum. Ea excommunicatio si quid valet, in istos potissimum cadit qui stolidis libellis adducunt Ordinem suum in odium eruditorum ac bonorum omnium. Satis illos admonui, indies vergunt in peius, posthac contemnentur: quod vtinam initio factum esset! Non libet τοῖς βατράχοις ἀντικοαξᾶν. Contemptis fortiter et diuinis et humanis legibus dicant, 'Oportet Deo obedire magis quam hominibus.' Recte dictum est hoc ab

73. magis obedire β.

31. quatuordecim annos] This figure suggests that he now considered himself to be 66. For his uncertainty about his own age see Ep. 868. 90; and cf. App. 2 in vol. i.

41. Hieronymum] See Epp. 396, 1465.

Cyprianum] See Ep. 1000.

42. Augustinum] See Ep. 2157.

Chrysostomum] See Ep. 2359.

Athanasio] See Ep. 1790.

50. semel] At Valladolid in 1527; see Ep. 1791 introd.

64. Rursus admoneo] Cf. i. 15 and Epp. 1033. 126, 1196. 275–6, 1469. 72–3.

72. Oportet] Acts 5. 29.

Apostolis, nec prorsus incongrue dicitur ab istis. At non idem vtrorumque Deus. Illis Deus erat coeli terraeque conditor, his pro Deo venter est. Valete.

2276$_{2329}$ FROM ANDREW ALCIATI.

Deventer MS. 91, f. 237. Bourges.
LB. App. 356. 1 March 1530.

[An original letter, written and even signed by a secretary; one of those added at a later date to the Deventer Letter-book (see vol. i, p. 603). It answers Erasmus' letter of 2 Sept. (Ep. 2213. 20n), which was delivered at Bourges between 31 Dec. 15$\frac{30}{29}$ and 20 Jan.: see Basle MSS. G. II. 14. 75, 77.]

EGO sane, Erasme candidiss., aliquot iam annos fortunae fluctibus sursum deorsum versor, aliundeque alio subinde, vt scribis, propellor, idque magno cum damno meo. Sed tamen consilium tuum sequutus, moderatissime incommoda haec fero, siue quod id omnium commune sit malum (enimuero, inquit Plautus, dii nos quasi pilas homines habent), siue quod hac ipsa in naui populariter ciues mei omnes fuerint; qui, sicut apud Empedoclem illi daemones, ab aethere ad maris ima deturbantur, mox in terram et inde ad aethera ipsum promicant, rursusque eodem, nempe retuso pistillo, deuoluuntur. Sed haec ipse aequo animo hactenus tuli. In praesentia vero ita apud me comparatum habeo, vt non parum mihi commoditatis et ornamenti prouenisse censeam; hocque nomine gratias Deo opt. max. agendas ducam, quod me hisce calamitatibus circumuentum meliorem fecerit. Pollebam censu, pollebam pecunia, pollebam aliis fortunae bonis, quae, vt scis, ad iureconsultos potissimum defert Plutus: ea bellicis hisce procellis extenuata, dilapsa, amissa sunt. Non sum imitatus *Μήλιον* illum *Διαγόραν*, qui forte non adeo graui iactura *ἄθεος* factus est. Quin contra, boni omnia potius consului; experiendoque addidici fluxa haec esse et in nostra hac humana peregrinatione nullius fere momenti.

Mutaui itaque quam habueram in patria desidendi sententiam, et rursus Galliam repetii, in qua *ὡς Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ* profiterer. Reperi quod optabam, non omnem mei nominis memoriam de studiosorum pectoribus exoleuisse. Successitque adeo id institutum meum, vt omnem praeteritorum malorum memoriam fere aboleuerit, lucrumque maximum fecisse iam existimem; qui tenui earum facultatum iactura hanc gloriam sim consequutus, vt frequentissimo theatro tot egregios iuuenes instituam, ornamento non mediocri et nomini meo et hisce studiis quandoque futuros. At hos inter maxime illustris est Viglii, itemque Sucqueti, quos literis tuis nuper mihi commendasti, iamiam ad frugem maturitatemque proueniens indoles. Charolus certe egregium sui specimen nuper dedit, a me in arenam productus et in

2276. 5. Plautus] *Capt.* prol. 22.
16. iureconsultos] Cf. Ep. 999. 145–150.
18. *Διαγόραν*] See *Adag.* 2372.
22. in patria] See Ep. 1250 introd.
23. Galliam] See Ep. 2194. 15n.
31. Viglii] See Ep. 2101.
32. Sucqueti] See Ep. 2191.
commendasti] Cf. Ep. 2213. 19–20.

docentium ordinem cooptatus. Quo munere summa cum laude scholasticorumque frequentia fungitur; et συμμυστῶν quorundam φιλοβαρβάρων, quos ego depressos maxime volebam, luminibus plane obstruit: qua in re sic se mihi probauit vt contra ἐπαύλια δῶρα nolim esse lucratus. Quod eo scribo vt intelligas quam minime necessaria tua commendatio fuerit, cum eis ipse non parum debeam, habeantque illi quod rationibus meis vltro imputent. Non indiguit itaque huiusmodi hedera vinum illud. Sed si intelligere cupis quanti literas tuas Alciatus faciat, non aeque dignos ad eum insinues: agent confestim ingentes tibi gratias, quod a me perinde ac dignissimi excipiantur.

Amerbachium nostrum ob egregium illum erga me animum non possum quidem non redamare. Sed arctissimum, quo me sibi iunxit, vinculum tu ipse es Erasmus, quod scilicet huius tui in me amoris prolectator Hermesque fuerit; cui tantae gratiae ego certe referendo non sum.

Vale. Biturigibus Kal: Martiis. M.D.XXX.

Andreas Alciatus tibi addictiss.

Praestantissimo theologo domino Erasmo Roterodamo, amico optimo. Friburgi Brisgoe. Andreas Alciatus. ex Biturigibus.

2277. To John Botzheim.

Darmstadt MS.   Freiburg.
3 March 15$\frac{29}{30}$.

[An original letter, autograph throughout, except that the address is by a secretary: in the Grandducal Library at Darmstadt. The interpretation of the year-date is given by the events mentioned: see also Ep. 2268 introd.]

S. P. An non verus fui vates te daturum verba? Venit huc Episcopus Augustensis, sed dissimulans quis esset; affirmabat se non ob aliam venisse causam nisi vt videret Erasmum. Nihil illo viro vidi doctius aut humanius. Exhibuit duo pocula magnifica, in quibus erant ducenti floreni. Est in itinere poculum quod misit Dux Iuliacensis, alterum quod misit Ioannes Rinckus. Haec talium virorum solatia oppono istius consputoris insaniae.

In Anglia omnes amiciciae sunt incolumes. Cardinalis deiectus est, Morus est summus Angliae iudex. Louanienses Theologi

---

2276. 38. ἐπαύλια] *sc.* magnifica: see *Adag.* 3181.

42. hedera] Cf. *Adag.* 1520.

2277. 2. Augustensis] Chr. of Stadion; see Ep. 2029, and, for this visit, Epp. 2299, 2308, 2415.

4. duo pocula] In the list of 1534 these appear as 'Duplex poculum', of gold, with the Bp.'s arms: Major p. 41.

5. poculum] See Ep. 2234. 15n.

6. Iuliacensis] See Ep. 2189.

alterum] 'Poculum duplex,' with the donor's arms, among the 'semideaurata': see Ep. 2355. 2–7, and Major p. 42.

Rinckus] See Ep. 2285.

7. consputoris] Probably Titelmans is intended; of whom Erasmus had complained to Botzheim in Epp. 2205,6. See Ep. 2261. 71n.

8. Cardinalis] Wolsey; see Ep. 2237. 22n.

9. Morus] See Ep. 2228.

mitescunt in me. Si queam propellere calculum, reliqua facile vincerem.

Vale. postrid. Cinerum Friburgi. 1529.

Erasmus tuus.

Doctiss. viro Ioanni Botzemo, ll. doctori. Vberlingae.

2278. From John Fevinus.

Breslau MS. Rehd. 254. 64. — Bruges.
EE². 71. — 6 March ⟨1530⟩.

[An original letter, autograph throughout: on the MS. a year-date, 1529, has been added in l. 28, but it is probably not contemporary.

As Erasmus is at Freiburg and Augustine finished, the letter cannot be earlier than 1530: a date which the mention of the sweating-sickness (l. 12) renders probable. The fact that Fevinus (Ep. 1012) reports his own promotion of 1523 or earlier and deaths which occurred in 1526–7, implies that he had not written to Erasmus for many years.

For him (born 10 May 1490, matriculated at Louvain 31 Aug. 1506) and his three relatives there is a wealth of information in Cran. E; which contains more than 90 of his letters to Cranevelt.]

S. P. Quanquam eram hoc tempore multo occupatiss⟨imus⟩, presertim amicis et in iis Laurino tractando, tamen Liuinus hic noster extorsit vt saltem tibi salutem ascriberem deque statu meo et amicorum certiorem facerem. Itaque si vales, est quod gaudeam, praecorque vt hoc perpetuum sit. Vidimus enim quantum reip. Chr⟨istianae⟩, quantum etiam tibi, profuerit ista tua prouectior aetas, tot lucubrationibus ab emulorum calumnia strennue defensis, Luthero, tam immani et efferato hoste, ad interniciem prostrato, et nunc Augustino tandem absoluto. Faxit modo Chr⟨istus⟩ Opt. Max. vt calculus ille aliquando te relinquat nobis diu incolumem.

Nos hic vtcunque valemus, iis mensibus illo sudore pestilentiss⟨imo⟩ afflicti; sed, Deo gratia, reualui. Valet etiam Laurinus recte: cuius benignitate in Collegii nostri scholasticum euectus sum. Porro autem Carolus noster senex, Robertus et soror carissima, quos omneis scis fuisse tui obseruantissimos, de medio sublati sunt. Sic enim seuiit nescio quis malus genius in nostram familiam, vt inter pauculos dies quattuor nobis subripuerit; ita vt nunc commigrarim ex illo vacuo Principis palacio haud longe ab aedibus Laurini, loco non perinde insigni vt ille regiae aedes

---

2277. 10. mitescunt] Cf. Epp. 2264, 2299. 112, 2310. 24n.
calculum] Cf. Ep. 2260. 316n.
14. Vberlingae] See Ep. 2117. 21n.
2278. 2. Laurino] Marcus, the dean of St. Donatian's.
Liuinus] Algoet; see Ep. 1091. On reaching Freiburg he was sent off at once to the Court: see Ep. 2294. 13n.
9. Augustino] See Ep. 2157.
10. calculus] Cf. Ep. 2260. 316n.
12. sudore] See Ep. 2209. 108n.
14. scholasticum] Dr. de Vocht shows (Cran. E. p. xciv) that he probably held this office in 1523 and perhaps earlier.
15. Carolus] Hedenbault; see Ep. 1012. 1n.
Robertus] Hellyn; see Ep. 1012. 14n. The date of his death is to be corrected to 15 Jan. 1527: see Cran. E. 221. 28, 222. 22–3.
soror] Eleanor de Fevyn, Hellyn's wife: see Cran. E. 51 introd.
19. palacio] See Ep. 1012. 7n.

erant, sed tamen ad literas apto et amicis exposito. Proinde si quando huc aduolare libebit (aduolabis autem quamcitissime ex turbulenta illa Germania), eris Laurino et mihi gratiss⟨imus⟩. Ille nunc solus et liber agit patremfamilias, ego qualemqualem familiam instituo. Tamen subseruirem libens amicis quibusuis, quanto certe magis literatorum principi. Tu cura vt quamoptime valeas.

Brugis, pr⟨idie⟩ Non. Mar.

Tui amantiss⟨imus⟩ Ioannes Feuynus, iuris v. doc., scholaster et can⟨onicus⟩ apud d. Donatianum.

Eximio theologie professori, D. Erasmo Roterodamo, praeceptori suo vnice obseruando etc. Friburgi.

2279$_{2280}$ To Boniface Amerbach.

Basle MS. AN. III. 15. 82. ⟨Freiburg.⟩
Q. 29. ⟨March 1530.⟩

[An original letter, autograph throughout.
Epp. 2279–81 are in direct sequence: probably to be dated before the composition of Erasmus' *Consultatio de bello Turcico* (ll. 1–2n) but after Boniface's visit to him at Freiburg (Ep. 2280. 9), which was to have been paid early in Jan. (Ep. 2248. 3n), but had not come off by 16 Jan. (Ep. 2256). The mention in Ep. 2281 of Oecolampadius' renewed pressure for attendance at the new Communion seems to indicate a position between Ep. 2248 and Ep. 2312.]

S. p. Rogo vt quum primum licuerit, mittas nobis libel/lum⟩ Luteri de bello aduersus Turcas. Ioannes a Lasko excusat se de silentio, quod me noluerit inuidia grauare: nam inuolutus est negotio fratris cum Turca bellantis aduersus Ferdinandum. Iustus Regis secretarius scripsit illum esse factum episcopum in Vngaria, et eo iam profectum esse; nescire tamen vbi resideat.

2279. 1. libel/ *MS.*

2278. 24. solus] Evidently Laurinus had now lost the company of his two widowed sisters-in-law (Epp. 1342. 1017, 1458. 67, 1848. 34); one of whom, Elizabeth d'Onche (Epp. 1271. 122n, 1747. 120n) remarried with Corn. Scepperus. See Cran. E. p. xcvii.

2279. 1–2. libellum Luteri] *Vom kriege widder die Türcken*, Wittenberg, H. Weiss, 16 April 1529 (LE². 1364, 1396, 1447): never translated into Latin—an omission which caused Erasmus to be more careful when asking for another of Luther's books (Q. 2). He was no doubt now contemplating his own *Vtilissima Consultatio de bello Turcis inferendo* (Ep. 2285), dated 17 March 1530. In the autumn Luther wrote a further exhortation, *Eine Heerpredigt widder den Türcken*, which had reached a second edition by 3 Jan. 1530. See LE². 1552, 1554, 1557, 1586. His attitude on the question is well brought out by Ranke p. 580.

2. excusat] The letter is not extant.

4. fratris] Jerome: see Ep. 1242. 25n.

5. Iustus] Decius; see Ep. 1393. His letter is not extant.

episcopum] of Vesprim, nominated c. Aug. 1529 by Zapolya; against a Papal candidate supported by Ferdinand. See La. E. 20n.

Doleo vicem hominis. Id eo scribo vt per te sciat Beatus. Tametsi satius arbitror non spargi rem latius.

Bene vale. Media nocte.

Saluta mihi Basilium de nota meliore cum vxore.

Agnoscis tuum.

D. Bonifacio Amerbachio. Basileae.

[2279]2280[2281] FROM BONIFACE AMERBACH.

Basle MS. C. VI^a. 54. 31. ⟨Basle.⟩
⟨March 1530.⟩

[An autograph rough-draft, so hastily written and corrected as to be almost illegible.]

S. Libellum Lutheri de bello aduersus Turcas mitto, ductu soceri forte fortuna nuncium nactus iter Nuwenburgum ingredientem; nec alius ad manum erat. Reddetur, que soceri est diligentia, tibi primo quoque nuncio.

Locus Synodi Nicaenae, cuius Valla in Apologiis meminit, est in Decretis Gratiani, 15. distinctione, cap. *Canones generalium Conciliorum*. Id propterea indico, quod nuper rogatus locum, euestigio indicare non poteram.

Agerem tibi gratias pro exhibita nuper hospitalitate, nisi tu iamdudum innumeris tuis beneficiis et etiam officiis effecisses vt nihil mihi quam Furnii quedam ad Augustum vox superesset: 'hanc vnam habeo iniuriam tuam; effecisti ⟨vt⟩ viuerem et morerer ingratus'. Verum gratias non minus ago quam si respondere et paria facere possim. Plura vetat nuncii acceleratio. Bene vale.

Basilius et vxor tibi cupiunt esse quam commendatissimi. Lasci negocium per me non spargetur. Quod scio nescio. Vale.

2279. 7. Beatus] Ep. 2281. 6–7 shows that he was expecting a letter and a gift from Jo. Lasky: perhaps the acknowledgement of the dedication of *In C. Plinium* (Ep. 1544 introd.), which on 20 Feb. 1528 Lasky was apologizing for not having yet sent (La. E. 17).

2280. 5. Valla] In his *Apologia* to Eugenius IV and his *Antidotum* to Nicholas V, he maintains on the authority of Gratian, that the Apostles' Creed was regarded at the Council of Nicaea as authoritative: *Opera*, Basle, H. Petri, March 1540, pp. 800. 7, 6, 359. 10. Erasmus' opinions on the subject had been questioned by Stunica and Beda and the Spanish monks, and he had already expressed himself at some length in his various replies (Basle *Opera* ix. 318, 326, 411, 456–9, 881 = LB. ix. 382E, 392A, 497C, 554B–557C, 1080B–D). Alb. Pius too had touched upon the point in his *Responsio paraenetica*, Paris, Badius, 7 Jan. 1529, f. 20; but Erasmus was too hurried to take it up in his *Responsio*, Basle, Froben, March 1529, written off between 9 Feb. (LB. ix. 1097A) and 13 Feb.

Evidently now, continuing to reflect upon it, he had asked Boniface for the reference to Gratian, and was preparing to treat it more fully at the next opportunity: which Pius subsequently gave him, *Tres et viginti libri*, Paris, Badius, 9 March 1531, f. ⟨178⟩, answered by Erasmus' *Apologia*, § *de auctoritate Scripturarum*, Basle, Froben, 1531 (LB. ix. 1170AB).

11. Furnii] See Sen. *Ben.* 2. 25. 1.

[2280]2281. To Boniface Amerbach.

Basle MS. AN. III. 15. 37. ⟨Freiburg.⟩
Q. 1. ⟨March 1530.⟩

[An original letter, autograph throughout.]

AVGVSTVS FVRNIO S. D.

Nvnqvam tu desines rhetoricari. Itane viues ac morieris ingratus? qui me tot officiis oneraris vt nullus asinus possit esse onustior. Ego vero magno emptum cuperem, si mihi contingeret talis hospes menses aliquot: tantum abest vt pro delato hospitio postulem vllam gratiam.

Gratum est quod locum indicaris. De Lasco ob id volebam scire Beatum, ne miretur quod nihil scribat mittatue. Audio vos denuo inuitari ad mensam Oecolampadianam, Euangelicam hospitalitatem.

Rogo vt schedam his inclusam cures quamprimum per famulum tuum reddendam Hieronymo Frobenio. Si tu prior prestiteris quod ab illo peto, rem gratam feceris.

Bene vale cum tibi charissimis.

Ornatiss. D. Bonifacio Amerbachio. Basileae.

2282. To Henry of Burgundy.

De ciuilitate, 1530, p. 3. Freiburg.
LB. i. 1033. March 1530.

[The opening and concluding passages of a little treatise, *De ciuilitate morum puerilium... libellus, nunc primum et conditus et aeditus*, Basle, Froben, 1530 (α), reprinted by Wechel at Paris in May. The variants show that when writing in March, Erasmus did not know the name of the boy to whom he was dedicating the book; but in haste for the fair, he did not stay to discover. Having learnt it later, he prepared a second edition, 'ab autore recognitus', which was printed by the Frobens in August (β). At the same time he was able to make the necessary change about Ceratinus (l. 10n).

The book had a great success. Five reprints in 1530 are recorded. In 1530 too Gisbert Longolius of Utrecht wrote marginal notes for it, which Hillen and other Antwerp printers issued again six times by 1536; in 1539 Reinh. Hadamarius converted it into a book of question and answer; in 1569 Ev. Gallus rearranged it as *Leges Morales*. It was abundantly translated: into English by R. Whitinton, 1532, reprinted in 1534, 1540, 1554, and by T. Paynel out of French, 1560; into German 1536, French and Czech 1537, Flemish 1559, Swedish 1620 (reprinted by Dr. R. Hall at Lund, 1926), Dutch 1660, Finnish 1670; and the text or translations were repeatedly issued all over Northern Europe. See BEr[1]. Mr. Charles Moore of Washington, D.C., suggests that through a French Jesuit treatise of 1595 the *De Ciuilitate* is the basis of George Washington's *Rules of Civility*.

Henry of Burgundy was a younger son of Adolphus of Veere (Ep. 93), born on 26 Sept. 1519 at Zandenburg (Ep. 932. 43n); see J. Ermerins, *Zeeuwsche Oudheden*, 1786, iv. 39. After being taught at home by Ceratinus (Ep. 2209. 75–82) he was sent, like his brother Maximilian, to study at Louvain.]

---

8. denuo inuitari] Cf. Epp. 2248. 15–18, 2312. 5–10, 2321. 41–9.

DES. ERASMVS ROTERODAMVS GENEROSO CVM PRIMIS ET OPTIMAE SPEI PVERO HENRICO A BVRGVNDIA, ADOLPHI PRINCIPIS VERIANI FILIO, S.

Si ter maximum illum Paulum non piguit omnia fieri omnibus, quo prodesse posset omnibus, quanto minus ego grauari debeo iuuandae iuuentutis amore subinde repuerascere! Itaque quemadmodum pridem ad Maximiliani a Burgundia, fratris tui, primam adolescentiam memet accommodaui, dum adulescentulorum formo linguam; ita nunc, Henrice suauissime, me ad tuam attempero pueritiam, de puerorum moribus praecepturus. Non quod tu hisce praescriptis magnopere egeas, primum ab incunabulis inter aulicos educatus, mox nactus Ioannem Crucium tam insignem formandae rudis aetatis artificem; aut quod omnia quae praescribemus ad te pertineant, et e principibus et principatui natum: sed vt libentius haec ediscant omnes pueri, quod amplissimae fortunae summaeque spei puero dicata sint. Nec enim mediocre calcar addet vniuersae pubi, si conspexerint heroum liberos a primis statim annis dicari studiis, et in eodem cum ipsis stadio currere.

. . . .

⟨p. 52⟩. Hoc quicquid est muneris, Henrice fili charissime, vniuerso puerorum sodalitio per te donatum esse volui, quo statim hoc congiario simul et commilitonum tuorum animos tibi concilies, et illis liberalium artium ac morum studia commendes. Praeclaram indolem tuam Iesu benignitas seruare dignetur, semperque in melius prouehere.

Datum apud Friburgum Brisgoiae, Mense Martio, Anno M.D.XXX.

[1996]2283. To Hector Boece.

Consultatio, 1530, p. 108. Freiburg.
O^1 p. 47: O^2 p. 94: LB. i. ******[3]. 15 March 1530.

[A letter printed at the end of the *Consultatio de bello Turcis inferendo* (Ep. 2285). It is followed by the Catalogue of Erasmus' writings, asked for by Boece: which may be compared with the Catalogue of 1524 (i) printed at the beginning of vol. i. The numbers in angular brackets which follow the titles, refer to the letters.
The Catalogue printed in $O^{1\,2}$ was taken from the *Opera*, 1540, and contains Erasmus' writings up to the end of his life.]

DES. ERASMVS ROTERODAMVS ERVDITISSIMO VIRO HECTORI BOEOTIO DEIDONANO S. D.

Literas tuas, Boeoti ornatiss., datas Aberdonae vii. Cal. Iunias

2282. tit. des. *add.* β. henrico . . . , adolphi β: , adolph. α. 4. a Burgundia *add.* β. 6. Henrice suauissime *add.* β. 9. Ioannem Crucium *add.* β. 18. Henrice *add.* β.

2282. 1. Paulum] 1 Cor. 9. 22.
4. Maximiliani] See Ep. 1859.
9. Crucium] See Ep. 1932.
10. artificem] Gisb. Longolius notes: 'Iacobum Ceratinum putat, quo tamen non diu vsus est ob immaturam mortem' (20 April 1530). This was no doubt correct (cf. Ep. 2209. 75–82): in β Erasmus could make the necessary change.

anno salutis 1528., accepi Friburgi, quae ciuitas est Brisgoiae sub ditione Regis Ferdinandi, non incelebrem habens Academiam. Accepi autem circiter Id. Febr., anno a natali Christi 1530.: ne forte mecum expostules quod serius respondeam. Ea res fuit in causa vt has literas tibi per typographos excusas mittere maluerim quam per amanuensem descriptas. Sic enim arbitror celerius ad te peruenturas. Ergo ad tuas paucis accipe.

Quam mihi tua consuetudo iucunda fuit, Hector eruditissime, quum ante annos 32. Lutetiae in litterarum stadio pariter curreremus, licet te pro ingenii tui singulari felicitate multis passibus praecurrente; tam mihi gratum fuit eam voluptatem ex tanto interuallo mihi tuis literis refricari. Ad laudes autem quas tuus candor mihi tribuit affatim plenaque, quod aiunt, manu, nihil aliud audies quam te de Erasmo non minus diserte quam amanter, non dicam mentiri, quod a tuis moribus semper fuit alienissimum, sed multum a vero aberrare. Faueo tamen interim tuis de me praeconiis, vehementer optans ex meis lucubrationibus aliquid vtilitatis ad disciplinarum ac verae pietatis candidatos peruenire. Earum Catalogum, vti petis, huic subtexam epistolae.

Nec mihi mediocrem attulit voluptatem, quod intelligo Scotiae regnum, vt aliis pluribus ornamentis, ita liberalium artium studiis indies magis ac magis expoliri. Hoc nomine semper amaui Iacobum Regem, quod ditionem suam non tam proferre studuerit quam exornare; inter felicissimos monarchas numerandus, si praeclaris virtutibus hominis fortuna respondisset. Nec dubito quin filius illius vt in paternum regnum successit, ita paternis vestigiis ingrediatur. Quum Iacobi Regis filium Alexandrum, archiepiscopum diui Andreae, Senae instituerem, aderat illi frater vix decimum agens annum, incredibili puer indole ac iam tum nescio quid eximium de se pollicens. Aueo scire quid illi acciderit, vtrum paterni fraternique fati comes fuerit an adhuc supersit.

Pro istius Academiae non ignobilis in me fauore studioque gratiam habeo plurimam; cuius commodis et ornamentis vtinam mea opera possit aliquid accedere! Certe quod vnum possum, precor vt Dominus per te tuique similes viros eam omni genere disciplinarum veraeque pietatis dotibus bene fortunet ac locupletet.

Datum ex inclyta Academia Friburgensi Idib. Martiis, An. a Christo nato M.D.XXX.

INDEX OMNIVM ERASMI ROTERODAMI LVCVBRATIONVM.

Ordo librorum qui spectant ad institutionem literarum.

De Copia libri duo. ⟨260⟩
Ratio conscribendi epistolas. ⟨71, 117, 1284⟩

39–40. An. . . . M.D.XXX *om. O.*

10. ante annos 32] Really 34; see Ep. 47 introd. But Erasmus was perhaps repeating Boece's figure; which was accurate when Ep. 1996 was written.
24. Iacobum] 17 March 1473—9 Sept. 1513.
27. filius] James V; 10 April 1512—16 Dec. 1542.
28. Alexandrum] See Ep. 604. 2n.
29. frater] James Stewart: see Ep. 604. 2n.

Ratio studiorum, ad Petrum Viterium. ⟨56, 66⟩
De pueris statim ac liberaliter instituendis, an. 1529. ⟨2189⟩
De recte pronunciando. ⟨1949⟩
Ciceronianus. ⟨1948⟩
De ciuilibus puerorum moribus. ⟨2282⟩
Theodoricae grammatices libri duo versi. ⟨428, 771⟩
Syntaxis. ⟨341⟩
Omnia versa ex Luciano, quorum tituli sunt:

- Saturnalia. ⟨261⟩
- Epistolae Saturnales.
- Cronosolon, id est leges Saturnaliciae.
- De luctu.
- Icaromenippus.
- Toxaris. ⟨187⟩
- Pseudomantis. ⟨199⟩
- Somnium siue gallus. ⟨193⟩
- Timon. ⟨192⟩
- Abdicatus.
- Tyrannicida.
- De mercede conductis in aulis potentum. ⟨197⟩
- Dialogi varii: ⟨205⟩
  - Cnemonis et Damippi.
  - Zenophantae et Callidemi.
  - Menippi et Tantali.
  - Menippi et Mercurii.
  - Menippi et Amphilochi et Trophonii.
  - Charontis et Menippi.
  - Cratetis ac Diogenis.
  - Nirei ac Thersitae.
  - Diogenis ac Mausoli.
  - Simyli ac Polystrati.
  - Veneris et Cupidinis.
  - Martis ac Mercurii.
  - Mercurii et Maiae.
  - Veneris et Cupidinis.
  - Doridis et Galateae.
  - Diogenis et Alexandri.
  - Menippi et Chironis.
  - Menippi et Cerberi.
- Hercules Gallicus.
- Eunuchus.
- De sacrificiis.
- Lapithae. ⟨550⟩
- De astrologia. ⟨267⟩

Nolim hic omitti praefationes, quae declarant quid cuique dicatum sit.
Declamatiuncula versa e Graeco Libanio, cum thematiis aliquot versis. ⟨177⟩
Declamatio contra Tyrannicidam, Lucianicae respondens. ⟨191⟩
Laus medicinae. ⟨799⟩
Encomium matrimonii 1529. ⟨604. 10⟩
Similium liber vnus. ⟨312⟩
Colloquiorum liber vnus, sed frequenter auctus: extrema aeditio fuit An. 1529. ⟨130. 92, 909, 1041, 1262, 1476⟩
Euripidis Hecuba et Iphigenia versae. ⟨188, 198, 208⟩
Carmina diuersi generis, praeter ea quae faciunt ad pietatem; nam haec suae classi seruabimus.
Commentarius in Nucem Ouidii. ⟨1402⟩
Prooemia Galeni versa ad Antoninum medicum. ⟨1698⟩

Ordo secundus.

Opus Adagiorum saepe recognitum et auctum, nouissime Anno 1528. ⟨126, 211, 269, 1204, 1659, 2022–3⟩

Ordo tertius.

Volumen Epistolarum plus quam tertia parte auctum Anno 1529. ⟨2203⟩

Ordo quartus, moralia continens.

E Plutarcho versa:
De discrimine adulatoris et amici, ad Regem Angliae. ⟨272, 657⟩
Quomodo possit vtilitas capi ex inimico. ⟨284, 297, 658⟩
De tuenda bona valetudine. ⟨268⟩
Principi maxime philosophandum.
An grauiores sint animi morbi quam corporis.
De cupiditate diuitiarum.
Num recte dictum sit ab Epicuro, λάθε βιώσας.
De inutili verecundia. ⟨1663⟩
Moriae Encomium. ⟨222⟩
Panegyricus gratulans Philippo, patri Caroli nunc Caesaris, ex Hispania reduci. ⟨179, 180⟩
Institutio Principis Christiani, ad Carolum Caesarem. ⟨393, 853⟩
Isocratis de regno, ad eundem. ⟨677⟩
Consolatio de morte filii.
Querimonia pacis. ⟨603⟩
Carmen de senectute, ad Copum medicum.
Lingua. ⟨1593⟩
Cato cum aliis. ⟨298, 676, 1725⟩
Officia Ciceronis non infeliciter recognita, Anno 1528. ⟨152, 1013, 1994[a]⟩
Opera Senecae oratoris vix credibili studio recognita, Anno 1528. ⟨2091⟩
Xenophontis Tyrannus versus, Anno 1530. ⟨2273⟩

Ordo quintus, pertinentium ad pietatem.

Enchiridion militis Christiani. ⟨164, 858⟩
De contemptu mundi. ⟨1194⟩
Methodus verae theologiae. ⟨745, 1365⟩
Paraclesis. ⟨1253. 22⟩
Exomologesis aucta Anno 1529. ⟨1426⟩
Commentarii in Psalmos primum et secundum. ⟨327, 1304⟩
De matrimonio Christiano, ad inclytam Angliae reginam Catharinam. ⟨1727⟩
Vidua Christiana, ad Mariam quondam Vngariae reginam, Caroli Caesaris sororem. ⟨2100⟩
Paraphrasis in Psalmum tertium. ⟨1427⟩
Concio in Psalmum quartum. ⟨1535⟩
Concio in Psalmum octuagesimum quintum. ⟨2017⟩
Concio in Psalmum vigesimum secundum. ⟨2266⟩
Paraphrasis in Precationem Dominicam. ⟨1393⟩
Commentarii in duos hymnos Prudentii. ⟨1404⟩
Concio de puero Iesu. ⟨175⟩
Libellus concionalis de misericordia Domini, ad Christophorum quondam episcopum Basiliensem. ⟨1474⟩
Comparatio virginis et martyris ad virgines Maccabeiticas Coloniae. ⟨1346, 1475⟩
Expostulatio Iesu, carmine.
Casa natalitia, carmine. ⟨47⟩

Michaelis archangeli Encomium, carmine.
Virginis matris Paean. ⟨93. 101⟩
Ad eandem Obsecratio. ⟨93. 101⟩
Precatio ad Iesum seruatorem.
Liturgia virginis Lauretanae cum concione. ⟨1391, 1573⟩
Consolatio ad virgines Claranas in Anglia. ⟨1925⟩
De bello Turcico, Anno 1530. ⟨2285⟩

Ordo sextus.

Nouum Testamentum cum Annotationibus quarto recognitis et auctis, Anno 1527. ⟨1571. 19, 1789⟩
Paraphrasis in Nouum Testamentum, Anno 1524. ⟨1255, 1400, 1381, 1333, 1414⟩

Ordo septimus.

Ex Chrysostomo vertimus:
Aduersus Iudaeos homilias quinque. ⟨1800⟩
De Lazaro et diuite homilias quatuor.
De visione Esaiae homilias quinque.
De Philogonio martyre vnam.
In Epistolam ad Philippenses homilias duas. ⟨1734⟩
De orando Deum homilias duas. ⟨1563⟩
In Acta Apostolorum homilias quatuor. ⟨1801⟩
Commentarium in totam Epistolam ad Galatas. ⟨1841⟩
In secundam ad Corinthios homilias decem.
Ex Athanasio verti:
Epistolas de Spiritu sancto duas. ⟨1790⟩
Epistolam contra Eusebium de Niceno synodo.
Apologeticum aduersus eos qui calumniabantur quod in persequutione fugisset.
De passione Domini homiliam vnam.
De eo quod scriptum est, Euntes in castellum quod contra vos est, etc.
De virginum instituto.
De peccato in Spiritum sanctum.
De Spiritu sancto librum illi inscriptum.
Ex Origine vertimus Fragmentum in Matthaeum. ⟨1844⟩
Ex Basilio Principium Esaiae. ⟨229⟩

Ordo octauus, continens Apologias.

Ad Iacobum Fabrum Stapulensem de Eloim. ⟨597. 32⟩
Ad Eduardum Leum libri duo. ⟨1037, 1100⟩
Ad Iacobum Latomum de Linguis liber vnus. ⟨934. 3⟩
Aduersus Nicolaum Ecmondanum de loco Pauli, *Omnes quidem resurgemus*, etc. ⟨1126. 129⟩
Aduersus quorundam clamores quod verteram, *In principio erat sermo*, liber vnus. ⟨1072⟩
Ad Ioannem Briardum Atensem, quondam Louaniensis Academiae cancellarium, pro Encomio matrimonii liber vnus. ⟨670⟩
Ad taxationes Stunicae in Nouum Testamentum. ⟨1428⟩

Aduersus libellum Blasphemiarum eiusdem. ⟨App. xv⟩
Appendix aduersus eiusdem Πρόδρομον.
Ac Sanctium Caranzam theologum de tribus locis ab illo notatis. ⟨1277. 22⟩
De delectu ciborum, ad Christophorum episcopum Basiliensem. ⟨1274. 14⟩
Ad Martinum Dorpium theologum Epistola quae fuit hactenus adiecta Moriae. ⟨337⟩
Spongia aduersus Vlrichum Huttenum. ⟨1378, 1389⟩
Liber Antibarbarorum vnus; nam secundus ac tertius periit quorundam perfidia. ⟨30. 16, 1110⟩
Aduersus Petrum Sutorem Cartusianum liber vnus. ⟨1591⟩
De libero arbitrio diatribe siue collatio, liber vnus. ⟨1419⟩
Aduersus Martini Lutheri Seruum arbitrium Hyperaspistae libri duo. ⟨1667, 1853⟩
Aduersus Natalem Beddam theologum Parisiensem. Elenchus, Diuinationes et Supputationes. ⟨1664⟩
Ad epistolam Alberti Pii Carporum principis liber vnus. ⟨1634⟩
Aduersus calumnias monachorum Hispaniensium, Anno 1529. ⟨1877, 1879, 1967⟩
Ad quendam Franciscanum qui notarat aliquot loca in Annotationes meas ad Romanos liber vnus. ⟨1823⟩
Contra Pseudeuangelicos Epistola vna, Anno 1530. ⟨2219.11⟩

Ordo nonus.

Totus Hieronymus cum scholiis iterum recognitus, Anno 1526. ⟨1465, 1451, 1453, 1504⟩
Cyprianus saepe recognitus, cui in postrema editione accessit Liber de duplici martyrio antea non excusus, Anno 1529. ⟨1000⟩
Hilarius incredibili labore recognitus, Anno 1523. ⟨1334⟩
Ireneus ex vetustissimis codicibus iterum recognitus, Anno 1528. ⟨1738, 2007⟩
Ambrosius ex parte per me recognitus, Anno 1527. ⟨1855⟩
Huius edidi duos nouos libellos, Apologiam Dauid et Interpellationem Dauid, Anno 1529. ⟨2190⟩
Lactantius de opificio Dei recognitus cum scholiis. ⟨2103⟩
Omnia opera diui Augustini non aestimandis sudoribus recognita, Anno 1529. ⟨2157⟩
Algerus de Eucharistia recognitus. ⟨2284⟩

2284. TO BALTHASAR MERCKLIN.

Algeri Opera, f°. a^{2}. Freiburg.
N. p. 1177: Lond. xxviii. 10: LB. 1095. 15 March 1530.

[The preface to Erasmus' edition of a treatise *De veritate corporis et sanguinis Dominici in Eucharistia*, Freiburg, Jo. Faber Emmeus, 1530, by Alger († c. 1131), a 'scholasticus' at St. Bartholomew's in Liège, who became a monk at Cluny. The treatise ends in bk. iii, cap. 13, with the words 'Deest, sed minimum quiddam'. A later edition of Alger by Jo. Vlimmer, Louvain, 1561, from a better MS., contains the end of cap. 13 and a new chapter, 14.
For Mercklin see Ep. 1382. 25n.]

R. IN CHRISTO PATRI AC D. D. BALTHASARI EPISCOPO HILDESIMMENSI, PATRONO SVO CVM PRIMIS COLENDO, ERAS. ROTERODAMVS S. D.

Scio quidem parum esse ciuile, Praesul clarissime, tot negociorum vndis circumuallatum interpellare; sed cum tua pietas tanto studio causam agat Ecclesiae, non erit, vt arbitror, molestum hoc interpellari negocio, quod ad Ecclesiae tum concordiam tum dignitatem cum primis pertinet. Nihil enim habet illa sublimius quam quod per communionem corporis et sanguinis Dominici fit, etiam iuxta naturam ac substantiam, vnum cum Christo, et quodammodo in Deum transformatur; nihil autem ad perfectam indissolubilemque concordiam efficacius, quam quod eodem corpore vescens, eundem sanguinem bibens, per eundem spiritum in vnum corpus redigitur, et Christo capiti viuo viua connectitur. Et tamen videmus artificio Satanae factum vt ea res quae conciliandis omnibus data fuerat, tot dissidia olim genuerit, nuper renouarit; dum alii negant quicquam esse in Eucharistia praeter symbola corporis et sanguinis Dominici, alii fatentur ibi Christum vere adesse, sed sub panis vinique substantia. Rursus erant qui dicerent per verba consecrantia perire panis ac vini substantiam, et succedere corpus et sanguinem Domini. Alii Christum faciunt impanatum et inuinatum, quasi parum sit semel fuisse incarnatum. Extiterunt et suo cognomine digni Stercoranistae; Graecia nobis misit Fermentarios. Successit rixa de sumendo sub vtraque specie; qua tamen in re pontificum autoritas variauit. Gelasius enim censuit ab vtraque submouendos qui sub vna tantum specie sumi volebant synaxim. Extiterunt qui contenderent ab impio sacerdote nihil confici, nec ab impiis sumi verum corpus. Et tamen omnium horum error in hoc profecit, vt in tanti mysterii cognitione magis ac magis tum erudita, tum confirmata sit Ecclesia. Nulli tamen plus debet quam Berengario, imo non Berengario, sed Christi sapientiae, qui maliciam hominum vertit in bonum sponsae suae. Quos et qualium virorum calamos excitauit impudens error Berengarii!

Nuper exiit opus Guimundi, ex monacho Benedictino episcopi Auersensis. Nunc prodit Algerus, ex scholastico monachus eius-

TIT. DES. ERASMVS ROT. BALTHASARI EPISCOPO HILDESHEIMENSI S. D. *N*.
6. communionem *add.* N^2: *om.* N^3.

20. Stercoranistae] A name first used in xi^{c} for those who held 'corpus Domini secessui obnoxium fore'. See Herzog xix. 10.

21. Fermentarios] or Fermentaceos; a name given by the Latins to the Greeks because they used leavened bread in the communion: Herzog vi. 44.

22. Gelasius] II, pope; † 1119.

28. Berengario] of Tours, † 1088; against whom both Guimundus and Alger wrote.

32. Guimundi] bp. of Aversa in S. Italy, *fl.* 1088. His three books on the same subject as Alger's, 'vetusti sed iam primum propter ingrassantes passim sacramentorum euersores in lucem aediti' had been edited by Aug. Marius (Ep. 2321), Freiburg, Jo. Faber Emmeus, 1530, with prefaces dated from Freiburg, 25–6 May 1529, one to Conrad of Thuengen (Ep. 1124). His MS. came from the monastery of Marbach in Alsace; recovered from the well into which it had been thrown during the troubles of the Peasants' Revolt. A letter of ⟨Christannus Herbort⟩ to Beatus Rhenanus, 3 Feb. 1530 (BRE. 270) announces that the book is about to appear.

dem instituti. Guimundus acrior est et ardentior ac plus habet spiritus rhetorici, hic sedatior est et religiosior; vterque tum dialectices, tum reliquae philosophiae belle peritus, licet citra ostentationem; vterque in canonicis scripturis ac priscis illis doctoribus, Cypriano, Hilario, Ambrosio, Hieronymo, Augustino, Basilio, Chrysostomo, quorum scripta plurimum adhuc referunt spiritus Apostolici, studiose versatus. Vterque tantum habet eloquentiae quantum a theologo requirere par est. Certe dictionis argutiam et collectionis acumen nusquam in eis desideres. Agunt solidis rationibus, nec vt nunc quidam faciunt, bonam voluminis partem rixis et conuiciis occupant, aut sophisticis ratiunculis rem tractant. Et tamen hos tales viros apparet ante Bonauenturae, Thomae, Scoti, Alberti Magni atque etiam Petri Lumbardi tempora floruisse. Ac recentiores quidam vt plus iactant Aristotelicae philosophiae, ita phrasim habent aridiorem nimirum Aristotelem suum imitati; qui tamen sic neglexit affectus et ornamenta dictionis vt summam praestiterit elegantiam: quod idem hi non potuerunt. At nescio quo pacto mihi decere videtur, vt in mysteriis explicandis adsit quaedam orationis dignitas nec absit affectus. Ita demum fit vt lector non solum intelligat quod a docto docetur, verumetiam amet quod ab amante traditur. Ex Euangelio habemus, 'Hoc est corpus meum quod pro vobis traditur'; ex Paulo habemus, 'Ego accepi a Domino quod et tradidi vobis', etc.; et, 'Qui ederit ac biberit indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini'. Hoc nobis est immobile fundamentum.

Ac prisci quidam Ecclesiae doctores, interim obscurius, interim varie, ne dicam diuerse, loqui videntur de hoc sacramento. Obscuritas vel ineffabili huius mysterii profunditati tribuenda est, vel illorum cautioni, qui loquentes frequenter apud multitudinem ex Iudaeis, Gentibus et Christianis permixtam, noluerunt sanctum dare canibus. Varietas hinc nata est, quod interdum ipsae species sacramentales dicuntur symbola, interdum ipsa sumptio symbolum dicitur: postremo, corpus ipsum sui alteriusue rei symbolum nonnunquam appellatur. Quoniam autem sub illis signis latet corpus Dominicum, *κατὰ συνεκδοχὴν*, quod in species competit, corpori tribuitur, veluti frangi atterique. Tum quoniam ibi consecratur corpus, substantia quidem idem quod pependit in cruce, sed non idem qualitate, nimirum iam glorificatum et spirituale, sibi parum attentis pugnare videntur antiqui, si quando dicunt corpus idem et non idem, quum reuera nulla sit pugnantia. Postremo, corpus Christi nonnunquam dicitur naturale quod sumpsit ex Virgine, nonnunquam mysticum, quod est Ecclesia: quae res praebuit ansam oscitanti lectori vt diuersa loqui videantur.

Cum igitur tam euidens habeamus a Christo et Paulo testimonium; quum per hos viros euidentissime declaratum sit, priscos,

46. Lombardi *N*.

45. Bonauenturae] † 1274; see Ep. 347. 95n.
46. Lumbardi] † 1160: see IV. 451n.
55. Euangelio] Luke 22. 19.
56. Paulo] 1 Cor. 11. 23, 27.
68. *συνεκδοχὴν*] A grammatical figure by which one thing is understood from another.

quibus non sine causa tantum autoritatis tribuit Ecclesia, concorditer sensisse in Eucharistia esse veram substantiam corporis et sanguinis Dominici; quum his omnibus accesserit Synodorum constans autoritas tantusque populi Christiani consensus: simus et nos concordes in tam coelesti mysterio, et hic sub aenigmate edamus de pane et calice Domini, donec aliter edamus ac bibamus in regno Dei. Vtinam autem qui Berengarium secuti sunt errantem, sequantur et poenitentem, atque horum etiam error Ecclesiae cedat feliciter!

Existunt circa hoc sacramentum innumerae quaestiones: quomodo fiat transsubstantiatio; quomodo subsistant accidentia absque subiecto; quomodo colorem, odorem, saporem, ac vim etiam saturandi, inebriandi nutriendique retineant, quam habebat nondum consecratus panis ac vinum; quo momento incipiat esse corpus et sanguis Domini; quando desinat esse substantia corporis et sanguinis, et an corruptis speciebus succedat alia substantia; quomodo idem corpus sit locis innumeris; quomodo iustum hominis corpus sit sub tantillo fragmento panis; aliaeque permultae, quas inter eos sobrie tractari conuenit qui sensus habent exercitatos.

Vulgo satis est credere post consecrationem illic esse verum corpus et sanguinem Domini, quod nec diuidi potest nec laedi, nec vlli patet contumeliae, quicquid acciderit speciebus. Nam si corpus Domini proiectum in coenum aut in latrinam, aut in ventrem hominis demissum sordidaretur, nulla re magis sordidaretur quam quum ab homine sumitur criminibus inquinato. Christianae quidem religionis est species sacramentales cum omni tractare reuerentia; attamen quemadmodum Deus, qui iuxta naturam non minus est in cloacis quam in coelis, nec laedi potest nec inquinari, ita nec corpus Domini glorificatum. Breuiter, aduersus omnes humanae cogitationis scrupulos occurrat nobis primum immensa Dei potentia, cui nihil impossibile, cui nihil non facile; deinde quam inaestimabiles sint dotes corporis glorificati, praecipue Domini Iesu! Superest igitur vt quod sufficienter persuasum est, digne celebremus, et quod credimus, ipsa re nos credere declaremus. Quantam enim puritatem, quantam reuerentiam ac tremorem requirat hoc terque quaterque adorandum mysterium, quis digne verbis assequatur?

Quis autem credat illos ex animo credere qui, dum hoc peragitur mysterium, in templo fabulantes obambulant, aut, quod alicubi velut ex more fit, in foro pro templi foribus stant, ociosis fabulis terentes tempus? Olim ille poenitentium aut catechumenorum locus erat. Quidam, vix ostensis mysteriis, sese proripiunt in popinam, templumque vacuum relinquunt. Quid hoc moris est? Dum agitur ridicula fabula, manes donec audias 'Valete et plaudite'; et tam coelestis mysterii finem expectare non potes? Circunstant mensam illam adorabundi spiritus angelici, praesens adest in quem tota coelestis militia gaudet prospicere; et tu,

119. fabulantes] For unseemly behaviour at mass cf. the *De sarcienda Ecclesiae concordia*, 1533: LB. v. 503A, E. In our copy of Alger a xvi^{c} hand has written here: 'Zu Freyburg im neueren Chor'.

perinde quasi ludicra res agatur, aut nauseas oscitasque, aut garris aliquid aut potas?

Iam video morem apud plaerosque receptum, quem impium dicere fortasse non oportet, quod ab affectu quodam pio, licet humano, profectus videatur, sed tamen praeter veterem Ecclesiae consuetudinem parumque congruenter inductus est. Dum peragitur consecrationis mysterium, chorus Virgini matri cantiunculam occinit, cum verbosa precatione. An congruit ipso filio praesente matrem appellare? Atqui si priscum Ecclesiae morem seruare velimus, id temporis nulla vox audiebatur in toto templo, sed populus in terram pronus, tacitis affectibus gratias agebat Deo Patri, qui Filium suum in mortem tradiderit pro salute generis humani. Huc nimirum hortatur sacerdos, quum alloquens populum dicit, 'Sursum corda! Gratias agamus Domino Deo nostro'. Nam ineffabilibus mysteriis nulla res magis conuenit quam silentium; nec alio modo dignius laudatur stupenda Domini Iesu in nos charitas, quam illo loquacissimo silentio, dum, silente vocum humanarum strepitu, submisso corpore mens erecta soli Deo loquitur.

Vt autem populus pro dignitate veneretur hoc mysterium, non parum habet momenti vita sacerdotum. Olim, quum maxime floreret Ecclesia, non nouerat nisi vnicum sacrum, quod solus episcopus peragebat. Turbam sacrificorum primum religio, mox etiam quaestus inuitauit. Denique res eo deuenit vt multi non alio animo discant sacrificare quam quiuis e plebe discit opificium, alius sutoriam, alius cementariam, alius vestiariam. His missa nihil aliud est quam viaticum. Par quidem est vt qui altari deseruit, ex altari viuat. Ab hoc tamen mysterio decet procul abesse omnem speciem cauponationis; et huius adorandae functionis ministros oportet non gesticulationibus tantum, vestibus aut vocibus, sed totius etiam vitae tenore muneris sui dignitati respondere. Immane quanta decet illos sobrietas, quanta pudicicia, quanta puritas, quantus vulgarium voluptatum contemptus, quantus diuinarum literarum amor.

Quam indecorum est sacrificum mox a tali mysterio, quod diei reliquum est, compotationibus, prophanis fabulis, chartis aleaue, venatibus aut ociosis obambulationibus consumere, nullam aut minimam temporis portionem sacrorum lectioni voluminum aut coelestium rerum contemplationi dare? Agnoscant sacerdotes suae professionis sublimitatem. Quum adstant altari, ministros habent angelos: hinc digressi quidam non grauantur esse sodales infimae fecis hominum, ne quid dicam asperius. Ne, quaeso, mores eorum qui functionem obeunt angelica dignitate maiorem, porrigant haereticis ansam impie sentiendi de tam ineffabili mysterio; sed honorificent ministerium suum, vt eos vicissim honorificet Dominus, tum apud homines, tum apud Patrem suum coelestem.

Verum quid ego haec? Efficacius huc adhortabuntur Algerus et Guimundus: quos ipse me fateor summo cum animi fructu perlegisse. Equidem antehac nunquam dubitaui de veritate

154. altari] Cf. 1 Cor. 9. 13.

corporis Dominici; sed tamen nescio quo pacto ex hac lectione mihi non parum et confirmata sententia est et aucta reuerentia. Hoc quicquid est laboris, tibi dicatum esse volui, Praesul ornatissime, vt esset quod testaretur clientem Erasmum optimi patroni sui memorem esse, ac te vicissim mei commonefaceret. Dominus prosperet sanctissimos conatus tuos, in suam gloriam ac pietatis Christianae profectum. Datum apud Friburgum Brisgoiae, Idibus Martiis, Anno a Christo nato M.D.XXX.

2285. To John Rinck.

Consultatio, 1530, p. 3 (α). Freiburg.
LB. v. 345. 17 March 1530.

[The opening and concluding passages, with one other, of the *Vtilissima Consultatio de bello Turcis inferendo, et obiter enarratus Psalmus xxviii*, Basle, Froben, 1530 (α); reprinted in the Basle *Opera*, 1540, v. 292 (β). The whole treatise is full of interest (cf. Ep. 1593. 76n); but it is too long to print here in full. For Luther's exhortations now (cf. ll. 127–8n) in the same direction see Ep. 2279. 1n. Melanchthon too combined with Jonas in a similar composition: see LE². 1554, 1557, 1563, ME. 643.

In the Royal Library at the Hague is a xvi^c. ms. copy (129. B. 10); but it does not appear to have any independent authority, and as it reproduces the errors of α in ll. 37, 94, and agrees with its reading in l. 128, it was probably made from that edition. A German translation is mentioned in BEr.¹, no doubt contemporary.

John Rinck of Cologne, son of a burgomaster, matriculated there 11 Oct. 1508, and was Bach. of Law 1513, Lic. 1514. Then he went to Bologna, matric. 1514, and D.can.L. 1517. Returning to Cologne he proceeded I.V.D. in 1518, and continued there working in the University for the rest of his life. In 1558 he was rector, but resigned on 17 March 1559 for ill health. The last trace of him is that he attended a meeting of the Law Faculty on 20 Sept. 1560.

The present treatise was a response to a letter from Rinck, who seems to have asked for a pronouncement about this public danger, such as was later invited from Erasmus at the Diet of Augsburg (see Ep. 2328. 62n) when other troubles were threatening. Rinck's letter was accompanied by a gift (see Ep. 2277. 6n); and their intercourse quickly ripened into a lasting friendship. In 1532 Erasmus dedicated to him a *Precatio pro pace Ecclesiae*, Basle, Froben. See Knod 3065 and Keussen ii, p. 630.]

DES. ERASMVS ROTERODAMVS ORNATISS. VIRO D. IOANNI RINCKO IVRIS PRVDENTIA CELEBRI S. D.

QVONIAM cum tuis literis, ornatiss. vir, nec eruditione nec elegantia nec humanitate mihi videbar vnquam paria facturus, huc induxi animum vt quanto caeteris omnibus eram inferior, tanto verborum copia vel turba potius superarem. Cuiusmodi telam ordiantur monarchae, videmus omnes. De colligendis belli neruis soliciti sunt permulti, de ducibus et machinis nonnulli: de mutanda in melius vita, quod est totius negocii caput et ad vniuersos ex aequo pertinet, vix quenquam video cogitare. Nec satis admirari possum vnde tantus stupor Christianorum animos occuparit.

Quum tot plagis diuinitus admoneamur vt et paucioribus sint afflicti Aegyptii, et mitiores sint quae referuntur in Apocalypsi Ioannis, tamen plus quam Phryges, Domini toties ad meliorem

2285. 1 literis] Not extant. 13. Phryges] Cf. Ep. 2209. 188–92.

frugem prouocantis seueritate nihilo reddimur meliores; imo potius tanquam deplorata mancipia, collecto aduersus verbera callo, benignitate Numinis abutimur ad peccandi peruicaciam, et aduersus misericordiam temporariis malis nos inuitantis ad vitae correctionem, praefractiores euadimus. Bellis, latrociniis, ciuilibus tumultibus, factionibus, expilationibus, pestilentiis, penuriae, fami, in tantum assueuimus vt iam pro malis non habeantur. Fecit Deus quod solent medici fideles, nouauit remedia; immisit inauditum et immedicabile leprae genus, quam nescio quare vulgus appellet scabiem Gallicam, quum sit omnium gentium communis; percussit hominum genus vlcere vere pessimo. Tam horribile malum adeo non docuit nos castimoniam ac sobrietatem vt plane verterimus in iocum. Nam eo res deuenisse videtur, vt inter aulicos, bellos ac festiuos quemadmodum sibi videntur homines, ignobilis ac rusticanus habeatur qui sit ab hoc immunis malo. Quid hoc aliud est quam Domino nos castiganti oppedere, mediumque, quod dici solet, digitum ostendere? Successit dogmatum irreconciliabile dissidium, nec id sane simplex; cui citra controuersiam ansam ex parte non minima praebuerunt corrupti mores eorum quorum sale condiri debuerat populi stultitia. Nec qui traducuntur, de corrigenda vita cogitant, nec qui traducunt, melioris vitae specimen exhibent. Ac minimum abest quin hoc quoque tam atrox rei Christianae malum in fabulam ludumque verterimus. Quid est minarum quas Leuitici 26. et Deutero. 28. ob violata ipsius praecepta Dominus intentat, quod in nos non inciderit?

Tot iam annis quid non bellorum vidimus? Quae caret ora cruore nostro? Quoties sensimus Turcicum gladium, vltorem violati foederis quod cum Deo pepigimus. Quod pestilentiarum genus non sumus experti, non minus in agris quam in vrbibus? vt fugere nihil aliud esset quam mutare periculo periculum. Baculum panis quoties sensimus confractum. Quam multi sunt vbique qui comedunt panes ad pondus nec saturantur! Nuper in Italia, regionum feracissima, quam multi fame perierunt! Fortasse nullus adhuc comedit carnes filiorum ac filiarum suarum; sed tamen quid aliud quam mutuo laniatu viuimus omnes? Magnates expilant, rusticus quadruplo vendit sua, negotiatores in immensum intendunt precia, opifices quanti volunt locant operas. Vnusquisque dolis et artibus circumuenit proximum suum. Vidimus desolata templa magnifica, confracta simulacra, sacerdotes exactos. Nonne pridem immisit in nos bestias agri vastantes omnia, quum rusticorum manus tanta licentia grassarentur? Nec illa maledictio deest nobis quam commemorat Deuteronomium, Ducuntur vxores et alius dormit cum illis.

⟨p. 65⟩ Hic fortasse videbor alicui suscepisse negotium dehor-

37. β: Deuteronmii α.

14. nihilo . . . meliores] Cf. Epp. 2134. 227–9, 2177. 67n, 2263. 124.
23. scabiem] Cf. Ep. 1593. 85–101.
40. Quae caret] Hor. *C.* 2. 1. 36.
45. Baculum panis] See Levit. 26. 26.
46–7. in Italia] Cf. Ep. 2109. n.
50. quadruplo] Cf. Ep. 2192. 118n.
51. opifices] Cf. Ep. 2133. 48n.
56. Deuteronomium] 28. 30.

tandi a bello Turcico. Nequaquam, sed hoc ago potius, vt feliciter bellum cum illis geramus, vereque spetiosos triumphos Christo reportemus. Nam nihil aliud vociferari quam bellum in Turcas, in immanes beluas, in Ecclesiae perduelliones, in gentem omni scelerum ac flagitiorum genere contaminatam, quid aliud est quam imperitam multitudinem hostibus prodere? Quin ipse non semel admiratus sum, quum de propinquo audiremus crebras Hungariae clades, nuper Lodouici miserandum exitium, Mariae Reginae tristissimam sortem, nunc praeter occupatum Hungariae regnum tam crudelem Austriae vastationem, nostras regiones atque ipsam adeo Germaniam adeo frigere, quasi quod geritur nihil ad nos attineat. Contrahimus manus, et voluptatibus ac nugis impendimus quod tuendis Christianis impendere grauamur. Neque vero me clam est quid hic plerique causari soleant. Toties per Pontifices Romanos acta est haec fabula, semper ridiculus fuit exitus. Aut enim nihil profectum est, aut res cessit in deterius. Pecunia, inquiunt, collecta haesit in manibus Pontificum, cardinalium, monachorum, ducum ac principum. Nam gregario militi stipendii vice relinquitur praedandi licentia. Toties audiuimus cruciatam expeditionem, recuperationem Terrae sanctae, toties vidimus rubram crucem triplici corona insignitam, cum rubro scrinio; toties audiuimus sacrosanctas conciones omnia pollicentes, toties acta praeclara, spes amplissimas, nec aliud triumphatum est quam pecunia. Itaque quum prouerbio moneamur esse turpissimum bis ad eundem lapidem impingere, nos plus tricies falsi, qui possumus fidere promissis quamlibet splendidis toties aperte delusi?

Eadem res in totum prope alienauit animos hominum ab indulgentiis. Sensimus, inquiunt, meras esse nundinas. Subinde mutabatur titulus. Nunc erat res cum Turca, nunc Pontifex bello premebatur, nunc erat iubileum, quod duplicatum est vt esset quaestus geminus, sub Alexandro etiam triplicatum est, quia forte poenitebat nundinarum. Nunc offerebatur potestas plusquam plenaria, et periclitabatur purgatorium, ne prorsus nullum haberet incolam. Nunc aedificabatur templum diui Petri in Vaticano. Nunc esuriebat Iacobus Compostellanus, nunc sanctus Spiritus, ille largitor omnium, implorabat opem, nunc egebant monachi in monte Sinai, nunc offerebatur compositio clementissima debentibus restitutionem ac iustificatio bonorum male partorum etiam e templis spoliatis. Quid plura? Nullus erat componendi modus aut finis. Pecuniae partem secabant principes vt reciperent diploma pontificium, partem decani et officiales, partem commissarii, partem qui praeerant exomologesibus. Aliis datum est aliquid vt loquerentur, aliis vt silerent. Nec minima pars peribat inter scelerosos, vt fere sunt, ministros ac diplomatophoros. Hos,

82. β: moueamur α. 94. β: Compestellanus α.

66. Lodouici] See Ep. 1754. 29n. Mariae] Cf. Ep. 2230. 17n.
79. rubram crucem] Cf. Ep. 2256. 19.
82. prouerbio] See *Adag.* 408.
89. iubileum] Cf. Ep. 1211. 158n.
94. Compostellanus] See Epp. 1202. 218n, 1697. 65.
96. Sinai] Cf. Epp. 594. 5–10, 1132. 19–27.

inquiunt, lusus toties ac palam actos, et intellexit et tulit crassus Germaniae, crassior Galliae populus.

Quum in Flandriam occidentalem inundasset mare, totique regioni miserabile spectaculum exhibuisset, mox praesto fuerunt indulgentiae quam maxime liberales. Causa mouebat omnes vehementer, nonnihil etiam autoritas Adriani nuper Pontificis. Collatum est affatim, vt ea pecunia miseris subueniretur. Missi sunt delegati qui locis inspectis renunciarent quid quibus modis sarciendum esset. Res picturis exhibita est. Quonam dilapsa sit ea pecunia non est quur memorem, certe nihil impensum est in eum vsum in quem fuerat collecta.

Haec aliaque permulta nobis occinunt hodie, quoties suademus vt omnes monarchis adsint aduersus Turcarum saeuitiam: et vtinam haberemus quo liquido possimus declarare vana omnia quae praedicant! Magnis studiis actum est hoc negocium olim a multis pontificibus et, quod mirum est, ab ipso Bernardo, et monacho et sancto. Nihil omissum est a Bessarione, a Pio secundo. Genuit ea res multos ordines cruciferorum; designati sunt amplissimi prouentus, additae dignitates. Quid profectum sit ipsa res clamitat. Leo decimus in hoc ipsum totis viribus incubuit, dimissis per omnes Christianorum prouincias legatis cardinalibus, non quibuslibet sed viris apprime doctis. Nusquam pronis auribus audita est legatio; quum Lutherus nondum scripsisset aduersus indulgentias pontificias, nondum prodidisset articulum, aduersus Turcas belligerari nihil aliud esse quam Deo per illos visitanti nos repugnare.

⟨p. 107⟩ Haec ex nostris literis, quibus non optime cum bello conuenit, ad te scribere visum est, vir clarissime, quo tuum prouocarem ingenium, vt ex legum oraculis in quibus tu praecipuam laudem obtines, nobis meliora proferas. Quod vt facias, te etiam atque etiam rogo. Rem facies non alienam a Rinckorum cognomine, quorum haec omnium consensu praecipua laus semper fuit, quod vnice studio habuerint habeantque de repub⟨lica⟩ quam optime mereri. Dominus Iesus te cum tibi charissimis seruet incolumem, amice incomparabilis. Datum apud Friburgum Brisgoiae, 17. die Martii. Anno a Christo nato 1530.

[2270]2286. TO ERASMUS SCHETS.

British Museum MS. Add. 38512, f. 42. Freiburg.
19 March 1530.

[An original letter, autograph throughout.]

S. Doleo tibi per errorem exhibitum esse negocium. Res sic habet. Commiseram quibusdam volumen Chrysostomi Grecum

2285. 128. belligerare *β*.

2285. 120. Bessarione] See Ep. 554. 73n.

127–8. aduersus Turcas] In 1518 Luther had declared against the war (LE.[2] 125); and claimed, no doubt on the ground of Ep. 858. 78–118, that Erasmus agreed with him.

130. literis] *sc.* studiis.

2286. 2. Chrysostomi] See Ep. 2258. 6–8.

hac conditione, vt si non inuenirent Louanii qui vellent vertendi negocium suscipere, perferrent Gandauum. Si inuenirent, aut non mitterent epistolas, aut adderent schedam qua significarent causam non redditi voluminis. Hoc illi facere obliti sunt.

Pecunia per Quirinum tuto peruenit. Sarcina tamen nondum peruenit, ac vereor ne perierit. Fuggeris vtemur quum erit opus; interim collige. Est apud M. Laurinum sex mensium pensio, hoc est 65 floreni. Phrysius quidam debet bonam summam quam iussi vt tibi numeraret. Cupio te cum vxore liberisque et amicis quam felicissime valere.

Apud Friburgum Brisgoiae .19. die Martii. An. a Christo nato. 1530.

Erasmus Rot. vere tuus.

Ornatiss. D. Erasmo Scheto. Antwerpiae.

2287. To Richard Pace.

Epistolae Floridae p. 125. Freiburg.
K. p. 132: N. p. 1049: Lond. xxvi. 53: LB. 1097. 22 March 1530.

[The year-date is sufficiently confirmed by the contents.]

ERASMVS ROT. RICHARDO PACAEO S.

Exilii prae gaudio, Pacaee charissime, quum viderem illam mihi non ignotam manum, acciperemque te tantis calamitatibus ac malorum naufragiis incolumem enatasse, ac pristinae etiam dignitati restitutum. Hoc mihi gratius fuit quam si quis angelatos misisset sexcentos. Video non dormire numen quod et innocentes eruit et feroces deiicit. Ipse non referendis malis oppressus ob furias Pseudeuangelicorum, videor mihi per te quodammodo reuixisse. Vtinam liceat ante mortem tuo conspectu tuaque mellitissima consuetudine frui! Post fatales istas tempestates confido posthac tibi serena tranquillaque fore omnia.

De epistola ad me relata non est quod labores; praeter officia salutationis fere nihil habebat. Eam Quirinus meus ait esse inter excusas. Roberto Feldo vel hoc nomine omnia bona cupio, quod tibi charus est, etiamsi mea contemneret. Moro, tametsi summa

---

2286. 5. epistolas] of 11 Nov. to L. Ammonius (Ep. 2258. 4) and probably another to Aud. Edingus: cf. Ep. 2270. 16–22.

7. Sarcina] There is no mention of this in Epp. 2243, 2270.

9. pensio] from Courtray.

10. Phrysius] Cammyngha; see Ep. 2073 and cf. Epp. 2325. 1–6, 2356. 42–5, 2364.

2287. 2. calamitatibus] Cf. Ep. 1955. 1–3.

6. feroces] Brewer is clearly right (iv. 6283) in seeing in this an allusion to Wolsey: for whose hostility to Pace see Ep. 2033. 63–5.

7. Pseudeuangelicorum] See Ep. 2238.

11. epistola] Ep. 1955, which it appears that Quirinus had been unable to deliver; perhaps because of Pace's difficulties (cf. Ep. 2033. 60–66). It had meanwhile been printed in H.

12. Quirinus] Talesius; see Ep. 1966.

13. Feldo] I can find no person of this name. Possibly Robt. Wakfeld (Ep. 1311. 44n) is intended. His *Kotser* (ff. P, P^{2} v^{o}, P^{3}: Knight, app., p. 65) shows that he was an intimate friend of Pace at this time.

14. Moro] For his promotion to the Chancellorship see Ep. 2228. 1–2.

dignitate quam accepit et dignus est et par, tamen non tam illi gratulor quam regno Angliae, atque etiam Regi. Non alium esse scio isthic vel ingenio tali praeditum vel virum incorruptioribus moribus. Cura vt quam suauissime viuas, Pacaee, inter patronos meos praecipue, inter amicos syncerissime. Datum apud Friburgum Brisgoiae XXII. die Martii. anno. M.D.XXX.

2288. To Charles Utenhove.

Epistolae Floridae p. 126. Freiburg.
K. p. 133: N. p. 1049: Lond. xxvi. 54: LB. 1098. 23 March 1530.

[Between Ep. 2249 and Ep. 2302.]

ERASMVS ROTER. CAROLO VTENHOVIO S.

Existimo nostrum Heruagium isthic fuisse measque tibi reddidisse; nam huc nondum rediit.

Binas abs te litteras accepi. Posteriores misit ad me ex Augusta Vindelicorum Ioannes Cholerus, praepositus Curiensis: ait sibi traditas a scholastico quodam. Venerunt ad me non resignatae solum verum etiam effractae. In quibus, mi Carole, desiderabam illam tuam solitam cautionem ac prudentiam. Scis hodie nihil tuto litteris committi. Quam erant illa libere scripta de eo qui multorum fefellit expectationem? At quanto liberiora quae de eo quem omnes vno ore praedicarent τύραννον εἶναι! Delectat me ingenii tui ingenuitas, sed hisce temporibus sub omni lapide scorpius dormit.

Postremae litterae tuae mihi videbantur indiligentius scriptae; nam sermonis elegantia non respondebat alicubi meae expectationi de Carolo tot iam annos versato Patauii. Atqui huc, Vtenhoui charissime, neruis omnibus tibi contendendum est, vt maximam tuorum de te expectationem superes etiam. Id facile perfeceris si naturae felicitati parem addideris industriam. Spero tibi nihil opus his stimulis. Sed tamen eximium quoddam animi mei erga te studium, quo fit vt tuae gloriae faueam impensius quam meae ipsius, suasit currenti licet addere calcar. Bene vale.

Audomarus tuus amantissime scripsit ad me, saepius Ammonius: quo viro non arbitror alium viuere sanctioribus moribus aut ingenii sanioris. Polyphemus bibit in Booemia fortiter. Crebro scribit ad me, sed illi nihil respondeo. Ex Marco, qui has, vt opinor, reddet, cognosces caetera. Rursum vale, apud Friburgum Brisgoiae XXIII die mensis Martii anno a Christo nato M.D.XXX.

2288. 24. Bohemia *K.* 27. a Christo nato *add. K.*

2288. 1. Heruagium] See Ep. 2249. 40n.
3. litteras] Neither is extant.
4. Cholerus] See Ep. 2195.
8. de eo qui] Charles V, who had surprised Europe by his reconciliation with the Pope.
9–10. de eo quem] Perhaps Henry VIII.
21. addere] Hor. *Epp.* II. i. 217 and cf. *Adag.* 147.
22. Audomarus] Edingus: see Ep. 2060.
Ammonius] Erasmus had no doubt by now received Ep. 2258, as well as Ep. 2197.
24. Polyphemus] See Ep. 2130.
25. Marco] Scarcely Laurinus; for in Ep. 2278 there is no mention of his leaving Bruges.

2289_{2294} FROM BONIFACE AMERBACH.

Basle MS. C. VI^{a}. 54. 28. ⟨Basle.⟩
24 March 1530.

[An autograph rough-draft, mostly well written, but rapidly corrected at the end. On receipt of the information here contained Erasmus at once wrote Ep. 2293.]

S. Incidit hodie frater meus in bibliopolam circumforaneum, apud quem Epistola tua ad Neocomum etiamnum ab officina madens prostabat; cumque ipse scholiorum nuper adiectorum gustum sumpsissem, visus sum mihi facere rem mea aduersum te obseruantia non indignam, si eam protinus ad te mitterem; quandoquidem nihil nugo ille dedita opera non egerit quo nominis tui existimationem traduceret. Cum nunc instent nundinae Francofurdianae soleantque id genus libelli illuc transuehi, tuae prudentiae erit dispicere an dissimulandum hoc, an vero illius improbitatem epistola missa rependendam putaueris.

Bene vale, clariss. Erasme.

Raptim. In vigilia Annunciationis D. Virginis. M.D.XXX.

Tuus ex animo Bonifacius Amerbachius.

^{2144}2290. TO PIETRO BEMBO.

Vatican MS. Barb. Lat. 2158, f°. cv. (a). Freiburg.
J. p. 6: K. p. 25: N: Lond. xxv. 9: LB. 1099. 25 March 1530.

[An original letter, written and addressed by a secretary (a^1), corrected and signed by Erasmus (a^2).]

ERASMVS ROTERODAMVS PETRO BEMBO S.

EQVIDEM sat feliciter mihi cessisse meam audaciam existimaturus eram, Bembe multis nominibus incomparabilis, si vir tantus omnique disciplinarum genere perpolitus, hominis Bataui litteras, easque tam neglecte scriptas, aequi boni consuluisses. At tu pro tua vix credibili humanitate, pro vitreis reposuisti gemmeas. Quid enim in illis tuis est quod non smaragdis et vnionibus tum preciosius sit, tum amabilius? Quam niueus ibi candor ingenii! Quanta dictionis iucunditas, quanta sententiarum sanitas, quanta verborum proprietas, quanta structurae concinnitas! Quam mihi totus displicui tua legens! Quam puduit me mei! Sed haec missa facere satius est, ne quae iudicio dicuntur, tribuantur affectui, quaeque ex animi penitissimis recessibus proficiscuntur, existimentur tuis auribus dari, quod hoc a plerisque fieri soleat.

Ad epistolam tuam venio. Satis confidebam Carolum Vten-

2290. TIT. ERASMVS . . . S. *add. J.* (S. *J*: S.D. N^2). 2. *J*: Bembi *a*. 3. omnique *a*: omni *J*. 14. veniam *N*.

2289. 1. frater] Basil.
2. Epistola] The reprint, *s.l. et n.*, mentioned in Epp. 2238 introd., 2293.
Neocomum] Geldenhauer (Ep. 487); see Ep. 2238. 3n.
6. nugo] Boniface wrote first 'Euangelicus'.

2290. 3. litteras] Ep. 2106.

houium claris maiorum suorum imaginibus, praecipue parenti, viro quo multis iam annis nihil habuit Flandria neque doctius neque melius, responsurum, atque adeo sui similem futurum; iam enim mihi menses complures indolis haudquaquam plebeiae spetimen egregium dederat. Is tamen non mihi solum sed omnibus suis et charior et iucundior multo futurus est, quod tanti viri iudicio sese probarit. Pulchrius enim est vni placuisse Roscio quam reliqui theatri totius plausum tulisse. Arbitror autem illum meminisse quantopere amicorum omnium de ipso expectationem auxerit, primum Italia; deinde vrbis Patauinae celebritas, quam, vt olim Atticam τῆς Ἑλλάδος Ἑλλάδα quidam appellarunt, merito Italiam Italiae quis dixerit; postremo Petrus Bembus, vnicum huius aeui decus, et praeceptor et amicus.

Significarat Iacobus Sadoletus te nescio quid parum faustae valetudinis compulisse vt Patauium te reciperes. Quae si fuit πρόφασις, laudo prudentiam; sin aliter, gaudeo te leuatum ea molestia, quandoquidem epistola tua nihil habebat querimoniae. Opto vt iste portus tuis sanctissimis studiis perpetuo tranquillus sit et amoenus.

A proximis Sadoleti litteris in quibus tui meminerat, nihil hactenus ab illo accepi. Migratio fuit in causa quo rariores ab amicis litterae venerint. Audierant enim migrasse nos, quo migrassemus incerti. Ad haec, oppidum hoc vt magis est in secessu longius a Rheno submotum, ita tum incelebrius est tum infrequentius quam Basilea. Habet tamen Academiam bene institutam magis quam numerosam, et honestis discipulis ornatam verius quam multis. Inter professores iuris primae celebritatis est Zasius, homo iam extremae senectutis, sed ingenio viuido et inexhausta facundia. Nihil adhuc in Germania vidi hoc vno vel sanctius vel candidius. Nec quisquam adhuc exoritur qui videatur in illius locum ita successurus vt Zasium non desideremus, etiam si sint aliquot quos non possis contemnere. Friget hic magis quam vellem theologia, sed, vt spero, breui reflorescet. Linguarum studium viget mediocriter. Bonas disciplinas omnes sat feliciter excitat Henricus Glareanus.

Vtinam is essem, ornatissime Bembe, qui hoc aetatis in meis moribus, quos tu vocas optimos, et virtutis actione possim conquiescere! saltem daretur in sacris litteris tranquille consenescere. Sed homo non tantum aetatis, vt vere scribis, deuexae, verum etiam quotidie colluctans cum immanissimo carnifice calculo, subinde cogor in harenam gladiatoriam descendere, cum reti et falce mirmillonem agere; imo, quod est grauius, cum omni bestia-

16. habeat *N*. 24. dein *J*. 40–41. honestis ornatam verius quam multis discipulis *K*. 45. desideremus *a*: sint desideraturi *K*. 46. sunt *K*. 46–7. magis quam vellem *add. J*. 47. sed ... reflorescet *add. K*. (efflorescet *N*). 51–2. conquiescere a^2: quiescere a^1.

18. menses complures] In 1528–9: see Ep. 2093 introd.

28. Sadoletus] See Ep. 2074. 37–40.

34–5. nihil hactenus] Ep. 2272 did not arrive till five days later; see Ep. 2299. 55–6.

42. extremae senectutis] at 69; cf. Ep. 2191. 84n.

53. scribis] Ep. 2144. 40.

54. calculo] See Ep. 2275 introd.

56. mirmillonem] See Ep. 1400. 142n.

rum genere depugnare. Hactenus omne discrimen intra metum constitit, primum furentibus rusticis, quo tempore minimum abfuit quin Basilea fuerit capta; deinde, quum saeuiret εἰκονομαχία, plebe armata in foro cum instructis bombardarum ordinibus per noctes aliquot peruigilante. Sed tum in neminem saeuitum est nisi in diuos ligneos ac saxeos. Terror omnes habebat quibus erat aliquid quod nollent perire. Bono numini debemus, quod hactenus in tot tumultibus, quum toties hinc atque hinc ad arma procurreretur, gutta sanguinis non ceciderit. Scena rerum nunc inuertitur; video mira rerum molimina, quem exitum sit habitura fabula nescio. Si modo liceat effugere bellum in Germania, caetera deus aliquis fortasse benigna reducet in sedem vice; verbis enim Horatianis libenter vtor.

Quicquid officiorum impendisti in Vtenhouium, addam meo diario; tibique ius facio his nominibus appellandi Erasmum, si quid extiterit in quo voles vicissim experiri quid Bembi causa cupiam. Ego vero perquam lubens accipio quod humanissime defers, ex amiciciae legibus bonorum omnium communionem. Pollicerer in mea ius mutuum, si quid offerre possim praeter animum bene volentem. Eum certe praestabo optima fide, et si quid praeterea poterunt nostrae facultatulae. Bene vale.

Datum apud Friburgum Brisgoiae 8. Cal. April. Anno a Christo nato M.D.XXX.

Erasmus Rot. mea manu subscripsi.

Amanuensis opera sum vsus, ne te torquerem mea κακογραφίᾳ.

Ornatissimo viro Petro Bembo. Patauii.

2291_{2340} To Germanus Brixius.

Epistolae Floridae p. 133. Freiburg.
K. p. 138: N. p. 1053: Lond. xxvi. 60: LB. 1100. 27 March 1530.

[Between Erasmus' move to Freiburg in April 1529 and the appearance of his Chrysostom (Ep. 2359) in Aug. 1530.]

ERASMVS ROTEROD. GERMANO BRIXIO S.

Vt silerem ipse fuisti in causa, qui scripseras te longius aliquo secessurum: scripseram tamen amicis aliquot, sed litteras typographus post quatuor denique menses reddidit, vt accipio. Monachus tuus sero venit, altero iamdudum excuso. Et in totum video nihil a vobis expectandum, hac duntaxat in re, praeter συκίνην ἐπικουρίαν aut Rhesi potius συμμαχίαν. Totum opus exibit ad proximas nundinas autumnales. Res agitur multis praelis.

2290. 59. quum a^2: qui a^1. 62. ligneos ac saxeos *add. K.* 63. Hactenus bono numini debemus quod *J.* 65. rerum a^1 *J*: *del.* a^2. 72. quid *ante* Bembi *a*: quantum *K.* 78. aN^2: Aprilis JN^3. 80–81. Erasmus . . . κακογραφίᾳ *add.* a^2: *om. J.* 82. Ornatissimo . . . Patauii *om. J.* 2291. 3. denique *add. K.*

2290. 59. εἰκονομαχία] See Ep. 2101. 31n.
69. Horatianis] *Epod.* 13. 7–8.
2291. 1. scripseras] The letter is not extant.
longius] Cf. Ep. 2379.
2. scripseram] No trace survives of this packet of letters to friends in Paris.
3–4. Monachus] See Ep. 2263. 43n.
6. συκίνην] Cf. Suid. *s.v.* σύκινον.

Ex Commentariis in Acta vertimus homilias tres, quartam adiecimus; nec est animus addere quicquam, quum certum habeam opus esse νόθον. Cuiusmodi sunt et Commentarii in secundam ad Corinthios; vnde nos vertimus homilias decem, reliquas alius quidam vertendas suscepit. Homilias in priorem ad Corinthios vertit Franciscus Aretinus, sed infeliciter, vsque ad xxx: reliquum alius quidam eruditus absoluit. Commentarios in Epistolam ad Romanos docti quidam, ni fallor, vertunt Louanii. Si quid habes praeter ista quod excusum non est, mittendum est mature. Exemplar Commentariorum in Acta Graecum est quidem apud me; sed onus est graue. Si isthic nancisci potes, absoluito. Verum cura quamprimum vt fiam certior, ne per imprudentiam duobus delegetur haec prouincia.

De Card. non satis memini quid scripserim, nisi forte narraui querelam Frobenianorum, qui toties frustra egerint de priuilegio Regis pro Augustino. Et ipse rogatus hac de re scripsi Card. Cancellario, et id quoque frustra. Si quid aliud fuit rei, non memini. Epistolium ad Tussanum re vera missum fuit, sed suspicor a Berquino suppressum, quod ille solet interdum. Nam scripseram et Alberto Pio: eam epistolam fatebatur ipsius opera non esse redditam, quod iudicasset non expedire. Berquinus scripserat ad me carmen esse Lascaris, distichon tantum extremum esse Tussani. Postea quidam homo minime leuis ceu rem compertam scripsit totum carmen illius esse.

Et tamen me leuiter commouit hoc quicquid erat; magis dolebam huiusmodi dissidiorum materiam quaeri, non sine graui bonarum litterarum iactura. Nam quod idem Tussanus frequentius me taxauit in publica professione de peripsemate,—qui locus et a Budaeo taxatus est libro aedito, quam feliciter nunc non disputo—certe torsit mendum in Suida, in quo legimus

10. et *add. K.*

8. in Acta] See Epp. 1801, 2263. 34–8.

11. decem] Only seven: see Ep. 2263. 39–40.

11–12. alius quidam] Oecolampadius; cf. Ep. 2263. 43n.

13. Aretinus] See Ep. 2226. 77n.

xxx] Aretinus' work ends with no. 29.

14. alius quidam] S. Grynaeus; for whom see Ep. 1657.

15. ad Romanos] See Ep. 2258. 6n.

17. Exemplar] This MS. does not seem to have been identified.

22–3. priuilegio Regis] See Epp. 2053. 14–24, 2075. In Chevallon's Augustine also (see p. 146) there is no privilege.

23. scripsi] The letter is not extant.

Card.] Ant. Duprat; see Epp. 2038. 34n, 2053. 18.

25. Epistolium] Ep. 2119.

26. solet] For the significance of this tense see Ep. 1211. 89n, and cf. Ep. 2329. 78.

27. Alberto Pio] Ep. 2080.

28. Berquinus] In the lost portion of Ep. 2066; cf. Ep. 2077. 10–15.

29. carmen] See Ep. 2027. 26n, 27.

30. homo minime leuis] Possibly Montanus (Ep. 2065), with whom Erasmus was in correspondence in 1529: see Ep. 2188. 32–4.

35. peripsemate] Cf. Ep. 2239. 53. The word is hardly found except in 1 Cor. 4. 13: 'an offscouring'. In his next issue of the *Annot.*, 1535, Erasmus greatly amplified his note on it.

36. a Budaeo] In his *Annot.* on the Pandects, pt. 2, ⟨1526⟩, f. 28 v° (see Ep. 1812. 128n).

37. in Suida] He interprets the word as applied τῷ κατ' ἐνιαυτὸν συνέχοντι τῶν κακῶν: which is the reading of Grocin's MS. at C.C.C., Oxford (Coxe 24), completed by Jo. Serbopoulos in 1500; also of the Milan edition, 1499, and the Aldine, 1514.

κατέχον τῶν κακῶν, quum sit κατεχόντων κακῶν pro ‘vrgentibus malis’. Quod idem Tussanus notauit de Orci galea, iam pridem a me correctum erat in postrema Adagiorum aeditione. Quod taxauit ex Euripide, χὠ κείνων κρατῶν νόμος, constat Graecum sermonem esse ancipitem. Et ad hunc sane locum, quum verterem, scio me aliquandiu haesisse. Nec multo maioris momenti est quod notauit ex Iphigenia, εἴη δέ μοι μετρία, et caetera. Id si facit per occasionem et recte, fungitur boni professoris officio; sin affectate et contumeliose, modo recte, magis me delectat auditorum vtilitas quam offendit meae opinionis detrimentum.

Quae portenta deprehenduntur in his quae verterunt Itali ex Vitis Plutarchi! In his quae vertit Theodorus Gaza, vir sine controuersia summus, multa reprehendit Trapezontius; quae castigauit admonitus. Id mihi Romae narrauit qui Gazae fuit a secretis, tantum abest vt existimem me nusquam esse lapsum. Quin et in his quae vertit Budaeus possum aliquot manifestos lapsus ostendere.

Sunt qui admoneant excudi isthic aliquot Epistolas Budaicas, in quibus traducor vt osor nationis Gallicae; quum non in aliam, ita me bene amet Christus, semper fuerim propensiore studio. Indicant et in Commentariis de phrasi Graecae linguae subesse morsus aliquot figuratos. At ego suspiciones has omnes reiicio vt Budaeo non minus indignas quam me. Eas qui serunt, non minus male merentur de Budaeo quam de studiis. Fortasse sunt qui cuperent spectare Budaeum cum Erasmo commissum. Id per me nunquam fiet, imo nihil non fiet ne fiat. Iam vt Budaeus sit extra omnem inuidiae suspicionem, tamen non effugiet quin de candoris illius existimatione decedat nonnihil. Atque vt totum eruditorum theatrum illi applaudat, sicut optimo iure facit, tamen

41. χ' ὁ *J*. 55. admonuerant *N*.

This is explained by Toup of the person annually outcast ἐπὶ ἀπαλλαγῇ τῶν συνεχόντων κακῶν.

39. Orci galea] See *Adag*. 1974. In the edition of 1533 Erasmus corrects the translation of Homer, *Il*. 5. 844–5, which he had given in the editions of 1515–28.

41. Euripide] *Hec*. 799–800. In neither passage did Erasmus make any correction of his translations in the 1530 edition.

44. Iphigenia] *Aul*. 556.

49. Gaza] See Ep. 233. 9n. For a list of his translations see Jöcher.

50. Trapezontius] See Ep. 36. 1n.

51. castigauit] *sc*. Gaza.

51–2. a secretis] This secretary has not been identified. Gaza had been dead 34 years when Erasmus went to Rome.

55. Epistolas] See Ep. 2261. 55–8.

57. propensiore] See Ep. 2261. 59n.

58. Commentariis] See Epp. 1794. 4n, 2221. 8n, 2224. 2n, 2261. 53.

59. morsus] Cf. Epp. 2052. 5–7, 2077. 57–9.

suspiciones] These were not so unfounded as Erasmus hoped. On 10 Jan. 1531 Jo. Sphyractes wrote to Boniface (Basle MS. G. II. 26. 56) about a visit to Budaeus: ‘Visus est parum amice ac candide et sentire et pronunciare de D. Erasmo Rot. . . ., sed tamen in praesentia mea nihil prorsus dixit quod ipsius famam aut authoritatem vel diminuere vel ledere posset. Sed haec non scribo quod dissidium aut odium vehement⟨er⟩ inter eos seminare velim. . . . Suspicor Christophorum Longolium authorem esse huius tragoediae siue inuidiae; quam ex te olim Basileae in foro piscario apud officinam Wattenschnae me audire memini. . . . Pessime habet virum quod ipsius Commentaria Graeca ⟨Ep. 2224. 2n⟩ Basileae sint excusa: id enim maxima Iodoci Badii typographi ⟨sui iactura⟩ factum esse dictitabat.’

sunt aliquot qui et Erasmo bene velint. Sed mihi placet in studiis concordia candorque. Quod si quibus vacat digladiari de gloria, per me palmam ferant licet. Ego malim in hoc vt prosim esse facundus. Bene vale.

Apud Friburgum Brisgoiae XXVII. Martii, anno M.D.XXX.

2292. To Alfonso Valdes.

Madrid MS. Est. 18, gr. 1. 5., f. 19. Freiburg.
Caballero 430. 27 March 15$\frac{29}{30}$.

[An original letter, written by Erasmus and addressed by a secretary: from the same source as Ep. 1643. It was carried to the Imperial Court by Livinus Algoet; see Ep. 2294. 13. The interpretation of the year-date, as in Ep. 2268 and others, is given by Erasmus' residence at Freiburg.]

S. P. Quod nihil scribis, sic interpretor, te breui hic adfuturum. Vtinam saluus saluum offendas Erasmum! Hic toti sumus in Consultationibus. Varie nos afficit Cesaris aduentus. Bene vale, Valdesi charissime.

Datum Friburgi Brisgoie. 6. Cal. Apriles. 1529.

Erasmum tuum agnoscis.

Ornatiss. viro Alfonso Valdesio, Caesareae maiestatis secretario.

2293. To the Magistrates of Strasburg.

Copenhagen MS. G. K. S. 95 Fol., f. 234. Freiburg.
28 March 1530.

[An autograph rough-draft; in close connection with Epp. 2238, 2289.]

SENATVI ARGENTORATENSI.

Generosi ac magnifici domini, Gerardus Nouiomagus aedidit Epistolam meam cum suis scholiis, hoc est muliebribus conuiciis, quae nec causae quam iactat se tueri conferunt, imo magis aggrauant eam inuidia; idque fecit contra rectissimum aedictum vestrae rei⟨publicae⟩, quandoquidem nec nomen loci nec nomen typographi additum est. Res agitur, vt arbitror, per eundem artificem qui pridem contempsit vestrum aedictum, semel atque iterum ac tertio proditis in lucem Othonis Brunsfeldii libellis. Artifex adhuc latet inuolutus suis fumis, sed breui protrahetur ab antro suo Cacus. Atqui illa Epistola mea nec Euangelii causam ledebat, nec vestram remp. Non enim loquor de omnibus Euangelicis, sed de quibusdam qui male viuendo ledunt Euangelii negocium; quales vbique esse aliquot, et vos, arbitror,

---

2292. 1. hic] in Germany.
3. Consultationibus] Cf. Ep. 2285.
Cesaris aduentus] Cf. Epp. 2249. 19, 2250. 28–30.
2293. 1. Gerardus] Geldenhauer; see Ep. 487 introd.
2. Epistolam] See Ep. 2219. 11n.
scholiis] For this edition, annotated by Geldenhauer, see Ep. 2238 introd.
6–7. eundem artificem] Jo. Schott: see Epp. 1429. 7n, 1477.
8. libellis] in answer to Erasmus' *Spongia*: see Epp. 1405–6.

vt scitis, ita doletis. Similiter et alteram partem admoneo vt mutata in melius vita tollat offendicula, vt reconciliatus Deus nos redigat in bonam concordiam.

Hec est meae Epistole summa. Iam si quis consideret quis nunc immineat temporum status, si vir prudens sit, optabit, quod ego semper conatus sum et conabor, vt hi tumultus citra sanguinis inundationem componantur. At ex talibus libellis quales adhuc scribit Nouiomagus, nihil aliud nasci potest quam maior tumultus. Scribant cordati et docti, quanquam libellorum iam plus satis est. Meam iniuriam non magni facio ; tamen si vestra lenitas perpetuo conniuebit ad istorum licentiam, inuitabuntur demum ad omnium vestrarum constitutionum contemptum. Ignoratur typographus ; at autor dicere poterit quis hoc nugamentum excuderit, si legitime conueniatur. Dominus vestram rem p. bene fortunet.

Datum apud Friburgum Brisgoiae. 5. Cal. April. An. a Christo nato. 1530.

[2289]2294. To Boniface Amerbach.

Basle MS. AN. III. 15. 23. ⟨Freiburg.⟩
Q. 24. ⟨c. 28 March 1530.⟩

[An original letter, autograph throughout : evidently contemporary with Ep. 2293.]

S. Non est animus ad tam stulta conuicia quicquam respondere. Aut ego nihil iudico, aut homo simpliciter insanit. Iunxit copias suas Epph⟨endorpio⟩ et illi instillauit in aurem aliquid arcani. Nam fuit olim congerro meus. Nam et Epph⟨endorpius⟩ minitatur atrocem librum. Hoc tamen nugamentum contra edictum Senatus Argentinensis furtim excusum est, nec loci nec typographi prodito vocabulo. Reliquerunt locum, diem et annum Epistolae scriptae, vt lector existimet hic excusum. Hae sunt technae veteres Epphendorpianae. Sic lusit in libello Othonis. Inueniet aliquando Deus τὸν παμμίαρον.

Me corripuit nescio quae valetudo ex aëris siccitate; nullis remediis possum recludere aluum. Bene vale, mi Bonifaci.

Si quid voles in aulam Cesaris, hic meus Liuinus eo properat;

2294. 2. homo] Geldenhauer.

4. olim] In 1516–20, and perhaps later.

5. minitatur] This report may have been true ; but in fact it was Erasmus who renewed the quarrel, with his *Admonitio* later in the year.

8. locum] The *Epistola* (see Ep. 2219. 11n) is dated from Freiburg, 4 Nov. 1529.

10. in libello] Cf. Ep. 1406. 226–35.

11. siccitate] Cf. Ep. 2295. 42–5.

13. in aulam Cesaris] Charles was now moving slowly into Germany. He left Bologna on 22 March and reached Innsbruck on 4 May : see also Ep. 2308. 29n.

Liuinus] See Ep. 2278. 2n. Evidently he was carrying Ep. 2292, also the presentation copy of Xenophon to Fugger (Ep. 2307. 1–5), and three books for Scepperus (Ep. 2336. 41–2). Perhaps too Epp. 2299–2301 were sent that way to Spain.

He arrived at Augsburg on 7 April (Ep. 2307 ; cf. Ep. 2308. 19), and seems to have expected to find the Emperor there ; but failing of this went to meet him at Trent. See Epp. 2327. 4, 2336. 19n.

vereor ne minus feliciter. Fortassis et Thrasonis libellus furtim est alicubi. Subodorator. De Budaeo scribam alias. Rursum vale.

Absolutissimo viro Bonifacio Amerbachio. Basileae.

2295. To William Blount, Lord Mountjoy.

Rothschild MS. (*a*). Freiburg.
Epist. clar. virorum, 1617, p. 300 (*β*). 28 March $15\frac{29}{30}$.
O[1]. p. 91 : O[2]. p. 144 : Lond. xxx. 19 : LB. 1034.

[An original letter, written mainly by a secretary, but with a concluding paragraph and the address (ll. 39–50) added by Erasmus : in the collection of Baroness James de Rothschild at Paris, where we were kindly permitted to examine it on 26 July 1923.

Like Epp. 477, 2060, 2327, 2366, this is in the group of eight letters of Erasmus which were edited by Daniel Heinsius for the Elzevirs in *Illustrium et clarorum virorum Epistolae*, Leiden, 1617 (*β*), from the collection of Cornelius vander Myle. For five of these eight letters the original MSS. are known to exist; so it may be surmised that all the eight were printed from MSS. Heinsius' text, though not free from misprints, is nearer to *a* than are O[12]; so, though it is later than these in date, I have placed it in order of sigla next after *a*.

The year-date may be interpreted from the events mentioned, especially Erasmus' move to Freiburg. Merula in O[1], Scriverius in O[2] and Heinsius in *β* all transfer the address to the heading : cf. Ep. 1085 introd.]

S. P., ornatissime Mecoenas. Si singulae spectentur epistolae, λακωνίζω· si vniuersae, quas in omnes mundi plagas cogor mittere, plusquam Asiaticus sum. Hic tolerabili in statu sumus, excepta incredibili rerum caritate. Tantum liceat effugere bellum : quod vt liceat vereor, prout hactenus habent huius fabulae exordia. Sed in manu Domini sunt omnia nostra. Vtinam optimis votis aeque per omnia respondeat fortuna, atque illius benignitas meis abunde respondit!

Apud Regem Ferdinandum habebam patronum incomparabilem, Bernardum episcopum Tridentinum. Is, vt audio, se subduxit ab aula, offensus, vt arbitror, his belli praeludiis; cuius quando simus habituri finem, nouit Deus. Quibus agatur consiliis Caesar nescio. Amissa Hungaria, miseris modis vastata Austria, et rursus imminente Turca, nonnullis videtur nimium diu haerere in Italia. Nec pauci mirantur qualis sit illa pax inter Caesarem et Gallum, quum duo filii nihilo minus detineantur

2295. 8. abunde *a O* : aliunde *β*.

2294. 14. Thrasonis libellus] Cf. l. 5n.
15. De Budaeo] Perhaps to explain to Boniface his feelings towards Budaeus, as he had explained them to G. Brixius in Ep. 2291. Cf. Ep. 2302. 1–3.
2295. 2. vniuersae] For the pressure of letters at the time of the Frankfort fairs in March and Sept. cf. Epp. 1745. 11–12, 1804. 64–5, 1875. 12–14, 1985. 3–4, 2315. 1–5.
4. rerum caritate] Cf. Ep. 2192. 118n.
10. vt audio] Two days later a letter came from the Bp.; see Ep. 2299. 31–5. Erasmus' resulting inclination to accept the Bp.'s invitation suggests that the present rumour was false.
15. in Italia] But see Ep. 2294. 13n.
pax] See Ep. 2167. 30n.
16. duo filii] See Ep. 1791. 54n.

in Hispania. Rex Ferdinandus habet inuictum animum, sed nouus princeps destituitur neruis belli. Quod si Caesar vi Lutheranos aggreditur, hic prorsus de nobis actum fuerit.

Quod optimi Regis vestri pietas semper molita est inter Caesarem et Gallum, hoc Rex Poloniae Sigismundus magno studio molitus est inter Ferdinandum et Ioannem, regni competitorem. Sed fata superant hominum consilia.

Officium meum erga Carolum tuum tibi non ingratum fuisse, mihi fuit gratissimum: cuius indolem felicissimam precor, vt Dominus Iesus tum seruare, tum vsque in maius meliusque prouehere dignetur.

Nescio quem mihi fortuna cibum offerat edentulo. Certe Petrus Barbirius sic mihi adamatus, sic a me litteris celebratus, me pensione Curtracensi spoliauit, inaudita perfidia. Et audio Cantuarien⟨sem⟩ deficere: cui si quid acciderit, nihil est quod sperem de pensionibus. Mihi sat animi est si carnificem meum calculum queam excutere. Quanquam apud Gallos exoritur Budaica factio, stolidis modis in me velitans. Nec ipsi sciunt quamobrem mihi succenseant.

Thomae Moro nihil gratulor, ne studiis quidem admodum; isti regno gratulor, cui non potuit sanctior meliorque Iudex contingere.

Consolaris me de tumultu obtrectatorum; at tu vix nosti decimam partem eorum quae in me ex insidiis diabolicis artibus moliuntur quidam scelerosi, sub Euangelii titulo latitantes. Scribam filio et praeceptori (quorum vtrunque tibi gratulor), si patietur valetudo. Nam inter epistolarum tumultus coepit esse vehementer molesta, nec possum suspicari causam nisi siccitatem intestinorum. Ignosce, dul⟨cissi⟩me Moecenas, non vacabat hec relegere.

Apud Friburgum 5. Cal. April. 1529.

Agnoscis manum tui veteris clientuli.

Clarissimo Angliae baroni Guilhelmo Monteiouio.

In regia Angliae.

28. quem *a*: quam *O*. 45. dul /me *a*, *vbi charta lacera in angulo*: Domine *β*: *om. O*. 47. Aprilis *O*. 48. Agnosce O^2. clientis *O*. 50. In regia Angliae *a O*: *om. β*.

18. nouus princeps] He was elected king of Bohemia in Dec. 1526, of Hungary early in 1527. His Bohemian coronation was on 24 Feb., the Hungarian on 28 Oct. 1527.

22. Ioannem] Zapolya; see Ep. 1810. 20n.

24. Officium meum] See Ep. 2023.

29. Barbirius] Cf. Ep. 2332. 54–6.

litteris celebratus] Epp. 695, 794, 1216, 1225, 1235, 1294, 1302, 1358, 1470, 1605, 1621.

30. Curtracensi] See Ep. 436. 9n.

30–31. Cantuariensem] Cf. Ep. 2253. 32n.

32. calculum] See Ep. 2275 introd.

33. Budaica factio] For the new outbreak of ill-feeling cf. Ep. 2291.

36. Moro] He had succeeded Wolsey as Chancellor, 25 Oct. 1529.

42. Scribam filio] The letter, if written, evoked a reply: to which Erasmus rejoined with Ep. 2367.

praeceptori] P. Vulcanius; see Erasmus' letter to him, 18 March 1531.

43. valetudo] Cf. Ep. 2294. 11–12.

epistolarum tumultus] Cf. ll. 2–3.

2296. TO FRANCIS CASSANDER.

Epistolae Floridae p. 134. Freiburg.
K. p. 139: N. p. 1054: Lond. xxvi. 61: LB. 1101. 28 March 1530.

[Answering a letter of self-introduction: in the year before Erasmus' letter of 6 March 1531. Of Francis Cassander, of Colmars in the valley of the Verdon E. of Digne in Provence, I know nothing beyond what is given here and in Erasmus' later letter to him. The discussion which he referred to Erasmus, evidently had been about Augustine's knowledge of Greek.]

ERAS. ROT. CASSANDRO COLLISMARTIALI S. D.

RISI vestram concertationem, vir candidissime. Vt rem paucis expediam—sic enim cogit valetudo—, de epistola Augustini LIX. nulla est ambiguitas quin sit ipsius germanissima; nec opus erat ad hoc euincendum quod Augustinus non fuerit omnino rudis linguae Graecae. Declarat hoc in Categoriis, in Psalmis, aliisque multis operibus suis; et ad Hieronymum scribit se contulisse illius emendationes ad Graecos codices. Imo disputans aduersus Pelagianos vertit quaedam ex Chrysostomo non prorsus infeliciter. 'Qui potuit', inquies, 'destitutus praesidio linguarum?' In nouissima aeditione reperio, 'Neque perinde munitus praesidio linguarum, etiam si non omnino rudis fuit Graecanicae litteraturae, at non eousque doctus vt Graecos interpretes expedite posset euoluere'.

Fortasse in prima aeditione fuit quod citat clarissimus Cadeti Vicecomes: idem tamen est sensus, sed ob calumniosos dixi explanatius. Praecesserat enim commemoratio Graecorum, et eorum qui pulchre callebant Graece, pleraque ex illorum commentariis haurientes. Idem non fecit Augustinus, nisi quod extrema senecta pugnans cum Pelagianis, coactus est vndique praesidia contrahere. Itaque in his quae scripsit iuuenis, saepe labitur, deceptus Latinis exemplaribus; velut aliquot indico locis, et in postrema aeditione de loco vbi negauit Petrus Dominum, restitui germanam lectionem ex Cyrillo. Quin deuexae iam aetatis probat

TIT. COLLISMARTIALI *scripsi*: CELLISMARTIALI *J*.

---

2. valetudo] Cf. Ep. 2295. 43–5.
LIX.] Migne 149.

6. ad Hieronymum] *Ep.* 71. 4.

7–8. aduersus Pelagianos] *contra Iulianum* I. 6. 21–8.

10. In nouissima] of Erasmus' *Annot.* on N.T. 1527. The sentence quoted here, from the note on John 21. 22, was substituted in 1519 for 'destitutus praesidio linguarum, sine quibus haec, vt par est, tractari non queunt': which Erasmus had written in the first edition, 1516 (see l. 14). In the editions after 1519 he made no further change.

This sentence was afterwards placed upon the *Index*, and is therefore obliterated in the copy of *Annot.* 1527 which belonged to Jac. Pamelius (Ep. 1000 introd.), now in the Library of C.C.C., Oxford.

14. in prima] of N.T., 1516. ii. 373.

15. Vicecomes] See l. 36.

22. negauit Petrus] At the very end of the *Annot.*, 1527, p. 710 is a note added on John 18. 13–14, inserting between the two verses a sentence from Cyril to explain exactly where Peter's three denials took place. In *Annot.*, 1535, this interpretation was incorporated at the right point (p. 263) and greatly amplified. In the text of N.T., 1527, p. 223, a marginal note was added, 'Vide diuersam lectionem in fine Annotationum'.

23. probat] *De gratia et libero arbitrio*, cap. 2.

liberum arbitrium ex hoc quod subinde legitur in Euangelio, 'Nolite iudicare, nolite iurare, nolite irasci', et caetera; quum illud 'nolite' sit interpretis, et non Euangelistae aut Apostoli. Itaque vt maxime scierit Graece, tamen in enarrando raro vtitur Graecorum commentariis. Itaque qui domi habet instrumenta belli nec his vtitur in praelio, recte diceretur in certamine suis armis destitutus. Augustinus paululum grammatices didicerat puer; olim enim vtraque lingua mixtim tradebatur. Sed oderat eam linguam adolescens, et abhorrebat a lectione Graecorum autorum: quod in Confessionibus deplorat senex.

Libebat tecum diutissime fabulari, sed tantum licuit per valetudinem. Superest vt ornatissimo praesuli Baptistae episcopo Senecensi, et clarissimo Antonio Aurisonio, Cadeti vicecomiti, meis verbis et gratias agas et salutem dicas reuerenter atque amanter. Cassander posthac mihi scribetur inter candidos amicos. Bene vale. Friburgi Brisgoiae v. Calend. April. anno a Christo nato M.D.XXX.

2297. From Diego Gracian.

Alva MS., f. 28 v°. Madrid.
28 March ⟨1530⟩.

[For the MS. see Ep. 1913: this letter was printed from it by Don Ant. Paz y Melia in *Revista de Archivos* v, 1901, p. 126. The year-date is given by the movements of Valdes.]

DES. ERASMO ROTERODAMO.

Post decessum Valdesii nostri in Italiam nihil a te litterarum accepimus, Erasme doctissime, tametsi ex litteris ad Archiepiscopum Toletanum missis intelleximus te opt⟨ime⟩ valere. Dominus Ioannes Emmanuel, cui olim eram a secretis, saepius rogat quid de te habeam: idem Archidiaconus del Alcor, Doctor Coronellus et alii omnes tui amici qui apud nos agunt. Episcopus Zamoren⟨sis⟩, Imperatricis consilii Praeses, apud quem secretarii munere fungor, mire tibi fauet, praecipue vbi per me illi magis innotuisti. Esset, mihi crede, in rem tuam, si tuorum amicorum aliquando memineris. Ex quibus vnus aliquis tibi deditissimus,

2296. 39. Calendas Aprilis *N*. 39–40. a Christo nato *om. N*.

2296. 33. in Confessionibus] i. 13, 14.

36. Senecensi] Jo. Bapt. de Laigue, brother of Ant. of Oraison (ll. 15, 36), bp. of Senez 1512–46, abbot of St. Eusebius at Apt 1517 (GC. iii. 1261, i. 381). The *Actes de François I* mention official appointments in 1522 and 1526 (vii. 105, 132), and the legitimation of two natural sons in 1539 (vi. 552).

Aurisonio] See Ep. 2049. 57n.

2297. 1. decessum Valdesii] See Ep. 2163. 6n.

2. litteris] Ep. 2134.

4. Emmanuel] See Ep. 1970. 5n.

5. Alcor] Al. Fernandez: see Ep. 1904.

Coronellus] See Ep. 1274.

6–7. Zamorensis] Franc. de Mendoza († 29 March 1536), bp. of Oviedo Nov. 1525 (Bergenroth iii. 1. 258), of Zamora 1528, of Palencia 1534; ct. of Perma. It was at his instruction that the Palencia service-book, *Passiones* &c., March 1536, was edited by Al. Fernandez: see Ep. 1904 introd.

10. vnus aliquis] Perhaps one of those mentioned in Ep. 2198. 10–15.

quum videret te Caruaialii deliramenta contempsisse, plaerosque illius Apologiae locos refutauit, et hoc Echo condidit.

Vale. Mantuae Carpetanorum Quinto Calen. April.

2298. From Simon Riquinus.

Leipzig. MS. Cologne.
EE. 121. 29 March 1530.

[An original letter, autograph throughout: carried as far as Strasburg by Medmann (Ep. 2304).]

S. D. En tibi poculum a Principe nostro iuniore dono missum, mi D. Erasme, in quo non precium sed animum te oportet spectare. Princeps etiamnum sub custodibus et curatoribus agit; alioqui non deest illi animus amplius demerendi gratiam Erasmi nostri, quam ille generosus maximis fortunae accessionibus potiorem ducit. Summis votis in Principis nostri ditionem te expetunt aulae proceres, etiam qui summis rerum gubernaculis assident. Vlattenus, ille gratiosissimus Aquensis scholasticus, iam in aulica militia versatur; ita visum est Principi seniori. Ioannes Ghograuius, tuo fauore dignissimus, cancellarius noster, maiorum imaginibus atque literis iuxta conspicuus, summo conatu id peregit vt haberet in maximis muneribus obeundis Vlattenum ceu fidum Achatem. Vides pro gemmeis torquibus gemmeos homines in aula nostra coruscantes. At quam admirabilis accederet margarita, si inter consiliarios nostros emicaret Erasmus: qua re nihil posset Principibus nostris euenire optabilius. Coram non in consiliariis modo sed in Principe quoque altero desiderium istud animaduerti.

De sacerdotio sedulo vigilabimus, ne qua in re tuam de nobis fallamus expectationem. Scis in principum aulis anxie obseruandam esse occasionem. Si hic ageres, iam nunc confectum esset negocium ex animi tui sententia. Ego, quicquid obsequio, fide et auctoritate potero conficere, nulli libentius, ita me Deus bene amet, sum confecturus.

2298. 1. iuniore *pro* seniore *corr. Riquinus*.

2297. 11. Caruaialii] See Ep. 2110 introd.

12. condidit] Perhaps 'has put away in store, preserved'.

2298. 1. poculum] See Epp. 2234. 15n, 2246. 33-5.

Principe] See Ep. 2189.

6. Principis] See Ep. 2246. 37.

8. Vlattenus] See Epp. 1390, 2246. 37.

10. Ghograuius] This name is misread in EE, because the second letter is written as a capital. John Gogreeff of Dusseldorf († 17 Feb. 1554) matriculated at Cologne in April 1514 and was B.A. 1515. After studying law at Orleans he matriculated at Bologna in 1520. When Conr. Heresbach dedicated to him a new edition of Valla's Latin Herodotus, Cologne, Ceruicornus, 1526, Gogreeff was a councillor to the Duke of Cleves. By 1528 he had become chancellor of Juliers—an office which he held till his death. He had received the provostship of St. George's at Cologne; but later he resigned his orders and married. Heresbach praises his gaiety of spirit, and states that he was wont to sing Homer to music. See Knod 1164; Mas. E; and Keussen ii. 724.

13. torquibus] Cf. Ep. 1127[a]. 22.

17. altero] *sc.* vtroque.

19. sacerdotio] For Quirinus; cf. Ep. 2246. 35-7.

Beatus Renanus non male diuinauit, cum diceret ludimagistrum olim fuisse Riquinum. Accaeperam in disciplinam meam Comites duos ab Isenborch, in diuersum vocante me parente; nam ille aulae Treuerensi me destinarat: a qua nonnihil abhorrebam tum, quasi male cum studiis meis quae sectabar, consona. Qui vbi grandescerent et literis non viderentur admodum dediti, coepi mihimet in ea prouincia displicere. Verti igitur consilium ad alia, interim deuitans patriam quae mihi non leues spes proponebat.

Interea conuenerunt me, nescio an fama mea pellecti (ipsi sic aiebant), Consul alter et Scriba publicus oppidi Diestensis, offerentes mihi philippaeos centum ex aerario publico; adhaec proponentes quicquid compendii ab auditoribus deradere possem, si ad illos vellem concedere, moderaturus quem consecrarant optimis studiis, ludum literarium. Arrisit conditio multarum rerum fructu dulcorata, et in ea duraui paulo minus triennio non sine laude, opinor. Tandem pertesus sordium retuli me Louanium.

Audis, ni fallor, non vulgarem sortem. Haec eo longius quo illi magis in me hoc sunt admirati. Dispeream si quid fingo. Animus mihi praesagiebat id esse quod subindicaras in prioribus tuis literis, antequam posteriores acciperem. Te obsecro vt me pergas amare et aduersum calumniantes adserere. Bene vale, Erasme iucundissime.

Colonie 29 Martii anno 1530.

Simon Riquinus medicus scribebat.

Celebratissimo viro D. Erasmo Roterodamo, theologo.
Friburgi Brisgoae.

2299. To Christopher Mexia.

Copenhagen MS. G.K.S. 95 Fol., f. 207 (α). — Freiburg.
J. p. 46: KN: Lond. xxv. 26: LB. 1103. — 30 March 1530.

[An autograph rough-draft (α), divided to denote Erasmus' first writing (α^1) and a later revision by him (α^2), which can be distinguished by a darker ink. A secretary (β) adds the heading. It answers a letter of self-introduction, dated from Seville, 4 Jan. (ll. 151–2); for its dispatch see Ep. 2294. 13n. The interpretation of the year-date is given by the Bishop of Augsburg's visit (l. 49n); which must be placed about the end of Feb. 1530.

Of Christopher Mexia of Seville I know nothing except that he was the brother of Peter (Ep. 2300). He was perhaps the person of whom L. Marineus wrote (*De rebus Hispaniae*, Alcala, M. de Eguia, July 1530, f. 173): 'Hispali sacerdotem conueni doctissimum, cui Mexias nomen erat'.]

34. mea *scripsi*: mei *MS*. 45. prasagiebat *MS*.

27. ab Isenborch] Ant. and Salentinus, sons of Gerlacus II († 1502), ct. of Ysenburg in Hesse, matriculated at Cologne 24 March 1520. In 1523 their tutor, Jo. Caesarius, dedicated to them an edition of Horace, *Epist.*, Cologne, Soter; Panzer vi. 388. Later they were taught by Medmann (Ep. 2304) and Riquinus. Antony is said (Zedler xiv. 1347) to have died in 1531 as governor of Luxemburg, Salentinus in 1534 (Stokvis iii. 359). See Keussen ii. 821.

35. Diestensis] Perhaps at the suggestion of Clenardus (Ep. 2352. 323n).

46. literis] Neither is extant.

ERASMVS ROT. CHRISTOPHORO MESIAE HISPANO S.

In me quidem nihil est, ornatissime Christophore Mesia, quod vllo pacto cum diuinis Marci Tullii virtutibus sit conferendum; ego tamen quocunque in numero sum recta studia pro viribus adiuuantium, istud tuum ingenium tam candidum, tam sanum, tam sobrii iudicii, pluris facio quam quemuis Asiae regulum. Ceterum ab ignotis ac semotis accipere litteras adeo mihi nouum non est vt pene sit quotidianum. A doctis, a magnatibus, ab episcopis, ab abbatibus, quos ego natos non noueram, subinde veniunt littere; a regibus, a principibus ac praesulibus ea dignitate vt nulli possint esse ignoti, non tantum littere veniunt sed etiam splendida munera.

A Caesare Carolo multas habeo epistolas tam honorifice, tam amanter scriptas, vt eas pluris faciam quam illius in me benignitatem: cui tamen bonam mee fortunulae partem debeo. A Rege Ferdinando nec minus crebras nec minus amicas, non sine munere honorario. A Rege Galliae quoties quam amplis conditionibus inuitatus sum! Rex Angliae et crebris litteris et muneribus vltro missis declarat fauorem ac beneuolentiam in me singularem. Nec illi facile cedit feminarum quas hec aetas habet optima, Catarina illius Regina. Rex Polonie Sigismundus misit epistolam cum ipso munere vere regio certantem. Dux Saxoniae Georgius crebris me litteris appellat, οὐκ ἄδωρος καὶ αὐτός.

Quid memorem Guilhelmum archiepiscopum Cantuariensem? quid Cutbertum nuper episcopum Londinensem, nunc Dunelmensem? quid Ioannem episcopum Lincolniensem? qui preter epistolas omnibus gemmis preciosiores, quotannis veluti tributum amiciciae mittunt, nec petenti nec expectanti? Ab Alberto cardinale Mogontino habeo praeter litteras egregium beneuolentis animi monumentum; quemadmodum et a Philippo a Burgundia episcopo Traiectino nuper vita defuncto, item a Ioanne Card. Lothoringie, fratre Ducis. Bernardus episcopus et Card. Tridentinus, preter honorarium munus idque non exiguum, crebro misit

TIT. *J*: CHRISTOPHORO MESIAE *β*. 14. mee *om. J*. fortunulae a^2: fortune a^1 *J*. 16. quotiens *J*. 17. et *ante* muneribus *a*: ac *J*. 19. aetas habet a^2: habet etas a^1. 20. Catharina *J*. illius a^1 *J*: *del.* a^2. 23. Gulielmum *N*. 24. nuper *add. J*. 27. nec petenti nec expectanti *add.* a^2. 28. Moguntino *J*. 31. et Card. *add. J*.

5. Asiae regulum] Evidently Deiotarus.
7. quotidianum] See Ep. 2295. 2n.
9. a regibus] Cf. Epp. 2029. 95–8, 2054. 4–8.
12. Carolo] See Epp. 1270, 1731, 1920.
15. Ferdinando] See Ep. 2005.
16. A Rege Galliae] See Epp. 522, 1375.
17. Rex Angliae] See Ep. 1878.
20. Catarina] Cf. Ep. 2315. 134–47.
Sigismundus] See Ep. 1952.
22. οὐκ ἄδωρος] Cf. Ep. 1691. 26n.
23. Guilhelmum] Warham.
24. Cutbertum] Tunstall.
25. Ioannem] Longlond.
28. litteras] Epp. 661, 988.
29. monumentum] See Ep. 986. 35n.
a Philippo] See Ep. 603 and I, p. 43, 29–34: Major p. 38.
30. nuper] Six years before.
Ioanne] See Epp. 997 introd., 2009. 8.
31. Ducis] Antony the Good (4 June 1489—14 June 1544), succeeded his father René as duke of Lorraine in 1508.
Bernardus] See Ep. 1357.

litteras tam amicas adeoque solatii plenas, vt quamuis deiectum animum possint erigere, amplissimis insuper conditionibus inuitans ad conuictum: a quo et hodie litteras accepi eadem pollicentes que olim detulit; ac fortassis, vt nunc res sunt, vtar illius oblatis. Archiepiscopi Toletani ad me litteras iam excusas arbitror te vidisse; quid his fingi, quid optari potest amantius aut honorificentius? Nec defuit illius vel fortuna vel animo digna benignitas. Nuper Guilhelmus Princeps, dux iunior Cliuensis ac Iuliacensis, adolescens virtuti natus, scripsit litteras amoris plenas, addito poculo magnifico. Antonius Fuggerus simul atque sensisset me Basilea moliri abitum, misit viaticum centum flor. aureorum, pollicens in singulos annos tantundem et amplius, si vellem Augustam me recipere. Vbi respondissem id mihi non esse commodum, misit poculum in primis elegans, pignus inite inter nos amiciciae. Ante paucos dies Christophorus a Stadio, episcopus Augustensis, vir tum nobilis tum apprime doctus, itinere 7 dierum, nec eo satis tuto, huc se contulit, non ob aliud, quemadmodum ipse praedicabat, nisi vt videret Erasmum, videlicet hominis vmbram. Candorem illius praedico, non mea merita. Attulit secum duo pocula regia, cum ducentis flor. aureis, deferens insuper omnium facultatum suarum communionem.

Dum haec scribo, veniunt littere a Iacobo Sadoleto episcopo Carpentoractensi, Deum immortalem, qua doctrina, qua morum integritate, qua autoritate viro! Solitus est et ante subinde nos doctissimis epistolis appellare. Exciderat ille, nisi epistola forte tum reddita commonuisset. Nec dubito quin plures nunc non veniant in mentem.

Venit interim in mentem Petrus episcopus Cracouiensis, vir summa doctrina parique autoritate, eius regni Cancellarius, qui suam erga me pietatem et litteris amantissime scriptis et magnificis donariis declarauit. In eadem Polonia est Andreas Critius, episcopus Plocensis, qui me frequenter et humanissimis litteris

38. his *add.* a^2. 39. vel fortuna vel *add.* a^2. 40. Gulielmus *N.* Princeps *add. K.* 40–41. iunior Cliuensis *add. K.* 41. ac *add. N. J*: adolescescens *a.* 43. Basileae *J.* 45. respondi *J.* 47. inter nos *add.* a^2. 49. 7 *a*: septem *J.* 50. quemadmodum ipse praedicabat *add. J.* 51. videlicet *add. J.* 51–2. hominis . . . merita *add.* a^2. 55. haec a^2: hec a^1. episcopo *om. N.* 57. nos *add.* a^2. 59. tum *add.* a^2. 62. regni *a*: regis *J.* 64. declarauit *add. J.*

35. ad conuictum] These invitations go back to 1524; see Ep. 1409. 1–5, and cf. Ep. 2097. 15–23.
litteras] Not extant.
36. fortassis . . . vtar] Cf. Ep. 2334. 5–6.
37. Toletani] Fonseca; see Ep. 1748.
litteras] Ep. 2003, printed in H.
40. Guilhelmus] See Ep. 2189.
41. litteras] Ep. 2234.
42. poculo] See Ep. 2234. 15n.
Fuggerus] See Ep. 2145.
46. poculum] See Ep. 2192. 58n.
48. a Stadio] See Ep. 2029.
49. huc se contulit] Cf. Ep. 2277. 2n.
52. duo pocula] See Ep. 2277. 4n.
55. littere] Ep. 2272; to which Ep. 2315 is the reply.
61. Venit interim] This passage, to l. 67, is written in the margin. Hence no doubt the tautology (l. 60).
Petrus] Tomiczki; see Ep. 1919.
62. Cancellarius] really Vice-Chancellor; cf. Ep. 2035. 35.
64. donariis] See Ep. 2035. 29–30.
Critius] See Ep. 1629.

et eruditissimis carminibus recreat excitatque, ne hic quidem ἄδωρος.

Habeo cubiculum epistolis differtum, ab eruditis, a magnatibus, a principibus, a regibus, a cardinalibus, ab episcopis. Habeo scrinium plenum donariis poculorum, lagenarum, cochleariorum, horologiorum, quorum aliquot ex puro sunt auro. Anulorum magnus est numerus; omnium autem longe maior futurus, nisi pleraque donata redonarem aliis studia prouehentibus. Et in his qui hec donant sunt multi non doctrina modo sed et vite sanctimonia praestantes, veluti Archiepiscopus Cantuariensis, Episcopus Londinensis, Episcopus Augustensis, et inprimis Ioannes episcopus Roffensis: qui fugerat, quemadmodum fugerat et Episcopus Vratislauiensis Ioannes Turzo, qui miserat scrinium rebus elegantissimis refertum Antwerpiam, vbi tum agebam, quum ego nunquam audissem aut somniassem Vratislauiam aut Turzonem. In huius locum successit frater, Episcopus Olmucensis. Et indies accrescit talium numerus, quum ego nullius benignitatem inuitarim, ingenue prae me ferens mihi satis esse facultatum ad hanc vite sobrietatem: cuius adeo me non poenitet vt citius sim aliquid detracturus quam additurus. Et tamen tanta est vltronea illorum liberalitas, vt si nulli sint reditus (sunt autem etiam praeter Cesaream pensionem aliquot), hec sola meis studiis alendis sufficeret. Mediocrium dona semper reieci, quoties licuit incolumi amicicia; aut sic accepi, ciuilitatis gratia, vt abunde pensarem.

Sunt, vt scribis, qui dicant me nihil contulisse studiis, sunt qui clamitent me seminarium hereseon. Et vnde hic affectus tot ac talium virorum, quos nemo non fatetur et acri iudicio praeditos et toto pectore pietati fauere? At isti gracculi studio infelices, decem iam annis nullum non mouerunt lapidem, et hodie mouent, in me apud principum aulas, apud episcopos, apud Pontificem, apud Caesarem: quid multis? apud maximos et minimos. Vbique repererunt qui Erasmum defenderent, patroni inopinati, sepe etiam ignoti. Qui sunt isti qui sic fauent impietati? qui fauent nihil conferenti studiis? imo sapiunt et intelligunt ventrium istorum maliciosam garrulitatem? Fateor esse multos qui me praecedunt in hoc argumento laudis; nec

66–7. ne . . . ἄδωρος *add.* a^2. 71. *J*: honorologiorum *a*. 73. redonarem *J*: donarem *a*. 75. velut *J*. 79. Antuuerpiam *J*: Antuerpiam *N*. 83. ingenue a^2: satis a^1. 84–5. cuius . . . additurus *add.* a^2. 89. amicia *a*: *corr. J*. 90. pensarim *J*. 91. vt scribis *add. J*. dicunt *J*. 92. clamitant *J*. 93. virorum *add.* a^2. 93–4. quos . . . At *add. J*. 94–5. studio infelices *add.* a^2. 98. Vbique *add.* a^2.

68. epistolis] Cf. Epp. 2143. 5–8, and 2328 introd.

71. horologiorum] Cf. Ep. 1047. 35–8; and, for one given by Erasmus, Ep. 463. 69–71.

Anulorum] His list of these in 1534 is printed in the *Bodleian Quarterly Record* ii. 142–4 (July 1918), and by Major, 38–40.

76. Ioannes] Fisher.

77. qui fugerat] In the list of English episcopal patrons, in ll. 23–7.

78. Turzo] See Ep. 850.

scrinium] See Ep. 1047. 34–47.

79. Antwerpiam] Cf. Epp. 1117 introd., 1137. 2–3.

81. Olmucensis] See Ep. 1242 introd.

94. gracculi] Cf. Ep. 2275 introd.

mirum est, quum ego primam inuidiam exceperim viamque munierim, quum nouale repurgare ceperim. Ac doleo non esse plures a quibus superer. In hoc enim a me sudatum est. Quod si quis conferat seculum quod fuit ante annos triginta sex apud nos, cum hoc quod nunc est, intelliget an aliquid litteris contulerit Erasmus. Ante annos viginti nullus erat princeps qui teruntium impenderet instituendo filio; nunc nullus est qui non magno conductum adhibeat formatorem peculiarem. Reclamabant initio theologi, sed seniores modo, nec hi tamen omnes: iuniores nostra amplectuntur, nunc et casci mitescunt. Nec pauci iam monachi que prius damnarant incipiunt amplecti. Duo iuuenes Franciscani prosiliunt in theatrum, non minus impudentes quam indocti; nec intelligunt quantum malum, suo vt aiunt iumento, suo accersant Ordini.

Sed hac de re plenius scribam fratri tuo; nunc tantum ago gratias vt debeo maximas, quod non tam mea quam studiorum causa non dubitaris certamen suscipere, non solum cum Franciscanis verum etiam cum aliquot magnatibus. Cum monachis, vir prudentissime, censeo non decertandum. Dodonaei lebetes sunt; si moues vnum, moueris omnes. Sed per magistratus typographus ille castigandus esset, qui contra Caesaris edictum, contra R. D. Archiepiscopi Hispalensis voluntatem, indoctos ac famosos libellos excudit, non addito suo nomine. Si primo ausu fuisset legitime punitus, non addidisset alterum facinus. Hoc si non putant dandum meritis Erasmi, dent Hispanie tranquillitati; tales enim libelli nec pietati conducunt nec eruditioni; tantum ad excitandas rixas vtiles sunt. Veri principes, quoniam ciuiles sunt et rerum periti, quanquam interdum artibus istorum pelliciuntur in errorem, praesertim quum mea non legant, tamen commodis rationibus facile reuocantur in meliorem sententiam. Id si fieri non potest, tamen non est deserenda virtutis via. Est aliquid nunc placuisse paucis, sed optimis; posteritatis erunt equiora iudicia.

Doleo gregem illum Obseruantium—sic enim vocari amant—, a simplicitate Francisci degenerare ad mundum: nec enim auderent ista duo loquaces iuuenes, nisi patrum ac fratrum applausu

106. quis *add.* a^2. 111. modo *add. J.* 112. amplectebantur *K.* nunc ... mitescunt *add. K.* 115–16. suo ... iumento *add.* a^2. 118. tam ... quam *a*: perinde ... ac *K.* 121. decertandum a^2: concertandum a^1. *J*: Dodononaei *a.* 131. legant *a*: legerint *J.* 136. a^2: Dole a^1.

106–7. apud nos] Erasmus looks back to his life in Holland before he came to Paris, and to days in which he had published nothing. Cf. Ep. 2275.
110. formatorem] For examples see Epp. 737, 1018, 1208, 1321.
112. casci] The old-fashioned.
114. Duo iuuenes] Carvajal and Titelmans; see Ep. 2275.
116. iumento] Cf. Epp. 595. 2n, 1238. 117.
117. scribam] Ep. 2300.
121. Dodonaei] See Ep. 1030. 14n.
123. typographus] It appears from BEr^1 that no printer's name is given in the Salamanca edition of Carvajal's *Apologia*: see Ep. 2110. introd.
Caesaris edictum] See Ep. 1690. 119n.
124. Hispalensis] Manrique: see Ep. 1846.
136. Obseruantium] Cf. Ep. 2275 tit.

confirmati. Nunc hoc agitur, vt citra magnam humani sanguinis effusionem hoc fatale dissidium moderatis rationibus componatur; et isti seditiosis libellis conantur nobis nouum excitare incendium. Nusquam non obtrectant quibuslibet, suo arbitrio mentientes; vociferantur apud imperitos, exemplo multum alieno a Francisco cuius titulo sese venditant. Nec hactenus tamen aliud profecerunt, nisi quod eruditorum ac bonorum odium in se vel excitant vel augent. Quoniam autem insanabiles video, suo morbo relinquendi sunt.

Vtinam detur aliquando Christophorum meum complecti coram et alloqui! Id si fortuna negabit, animis posthac erimus semper coniunctissimi; nonnunquam et litteris confabulabimur, quamuis magnis locorum interuallis disiuncti. Litteras tuas, Hispali datas postridie nonas Ian., accepi 5. Cal. April. Bene vale.

Datum apud Friburgum Brisgoae. 3. Cal. April. 1530. a Christo nato.

2300. To Peter Mexia.

Copenhagen MS. G.K.S. 95 Fol., f. 228 (α). Freiburg.
J. p. 73: KN: Lond. xxvi. 8: LB. 1102. 30 March 1530.

[An autograph rough-draft, without heading: corrected in one place (l. 112) by a second hand (β), probably the secretary's, in preparation for printing in J. Evidently contemporary with Ep. 2299.

Pero Mexia (1498—7 Jan. or 'Hebrero vispera de santo Anton' 1551) of Seville learnt Latin there and then studied law at Salamanca. He held various official positions, and was one of the 'College of 24' *regidores*. Among his friends were Fern. Columbus, and Vives, to whom he is said to have written many letters. His first publication was a miscellany entitled *Silua di varia lecion*, dedicated to Charles v, Seville, D. de Robertis, July 1540; drawn from sources ancient and modern, the latter including Rud. Agricola, Erasmus and Budaeus, Corn. Agrippa, Sepulveda, and enlarged in later editions. Next a *Historia imperial y Cesarea*, from Julius Caesar to Maximilian, dedicated to Prince Philip, Seville, J. de Leon, 30 June 1545; then a small volume of *Coloquios* on natural subjects, Seville, D. de Robertis, 7 April 1547, republished in 1548 with Isocrates *ad Demonicum* added, and further enlarged in 1551; and finally a History of Charles v, down to 1530, left in ms. at his death and first printed by J. Deloffre, *Revue Hispanique* xliv (1918). 1–556, 557–564. A letter to him from Sepulveda (Sep. E. 33: iii. 2) shows that he prepared an index for one of Sepulveda's books, and saw it through the press.

See F. Pacheco, *Libro de descripcion de verdaderos retratos de illustres y memorables varones*, Seville, 1599; with an excellent portrait, well reproduced in a modern edition. A new edition of the *Coloquios* has been issued by M. L. Mulroney, Iowa University, 1930.]

ERAS. ROT. PETRO MESIAE S. D.

Svb nundinas Francfordienses semper quidem obrui soleo, partim studiorum laboribus, ob prela tum maxime tumultuantia (feruent enim in officina Frobeniana perpetuo non pauciora sex prela); partim epistolarum cumulis ex omnibus mundi plagis aduolantibus, quibus interdum respondeam necesse est. Quo

2299. 142. quibuslibet *add.* a^2. 144. sese a^2: se a^1. 146. augent *a*: exasperant *J*. 153. Brisgoiae *J*. 2300. tit. *add. J*. 4. prela *add. J*.

2300. 4. epistolarum] See Ep. 2295. 2n.

tempore vix soleo tueri valetudinem: nunquam tamen magis degrauatus sum quam hoc tempore, adeo vt nec horulam dare licuerit diebus quindecim grauiter afflictae valetudini. Iam ad finem aspiranti, venit tuus fasciculus cum libello gracculi, postridie multo maximus etiam fasciculus ex Italia. Itaque paucis tecum agam oportet, Petre Mesia, vir animo meo charissime.

Pietatem erga me tuam abunde testantur tuae litterae, nihil aliud spirantes quam ἔνθεον quendam amorem; quem ego lubens amplector, responsurus etiam pro mea quidem virili. Ceterum quod hortaris vt Caruaiali naeniis respondeam, etiam si fuisset amplissimum spatium—nam tue littere sero venerant—, tamen verbum non eram responsurus. Sentio quantum flagitium admiserim, quod illum gloriosum iuuenem vllo responso dignatus sum. Animus hoc mihi praesagiebat, et amicus quidam candidus Alfonsus Valdesius admonuerat per litteras, ne blateroni tantum haberem honoris vt vno verbo responderem. Sed is cui tradidit litteras, sero mihi reddidit. Libellus paulo ante ad me venerat missus e Lutetia; et ibi clam excusus per Seraphicos Franciscanos contra Senatus edictum, suppresso typographi nomine. Quo magis suspicabar esse nomen fictitium. Itaque non est animus peccato peccatum addere.

Est Louanii quidam Titelmannus eiusdem Ordinis, iuuenis isto vestrate paulo doctior in sacris litteris, atque etiam modestior, tametsi prodigiose gloriae et petulantissimae loquacitatis; sed qui illis mos est, religionis fuco tam male dissimulate vt nemini non pelluceat. Is annotauit in Annotationes Vale, Fabri, et meas in Ep. ad Romanos, sed in me proprie stringit calamum. Respondi paucis absque ipsius nomine, sine conuiciis, nisi quod indicaui iuuenem nec Grece nec Latine peritum, nec instructum lectione diuersorum autorum, non esse parem ei prouinciae. Misi libellum Louanium ad amicos, vt dispicerent num expediret excudi; verebar enim ne glorioso protinus surgerent cristae. Excuderunt, pessime cessit. Ille statim quasi voto potitus, multos libellos parturire cepit, plenos indoctissimae loquacitatis. Ridetur a doctis omnibus. Ipse suorum fratrum applausu con-

11. *aN*: Moesia *J*. 15. hortaris vt *J*: *bis in a, in duabus lineis*. Caruaiali naeniis *a*: iuueni glorioso *J*. 18. gloriosum iuuenem *om. J*. 23. Seraphicos *add. J*. 27. Titelmannus *om. J*. 29. petulantissimae *add. J*. 31. Valae *J*: Vallae *N*. 35. *J*: prouinciciae *a*.

9. libello] Carvajal's *Dulcoratio* (l. 77n); perhaps in ms. (cf. Ep. 2272. 11n), as it was only just completed when Mexia wrote.
gracculi] Cf. Ep. 2275 introd.
15. Caruaiali] See Ep. 2110 introd.
18. responso] in Feb. 1529: see l. 91n.
20. admonuerat] Cf. Ep. 2126. 1.
22. Libellus] The Paris edition of Carvajal's *Apologia*: cf. Ep. 2301. 1n.
24. Senatus edictum] Apparently called forth by Erasmus' appeal in Ep. 1905. 100–115.
27. Titelmannus] See Ep. 2261. 71n.
31. annotauit] In his *Collationes super Ep. ad Romanos* of May 1529; see Ep. 2206 introd.
Vale] See Ep. 182.
Fabri] Stapulensis edited the 14 Epistles of St. Paul, in Latin, Paris, H. Stephanus, 15 Dec. 1512.
32. meas] in his New Testament.
33. Respondi] Ep. 2206; see also Ep. 2260. 123–44.
36. Louanium] It was printed at Antwerp; see Epp. 1823 introd., 2260. 123–7.

tentus est. Dices, 'Quid igitur? Patiemur illos impune triumphare?' Vinci non possunt: etiam victi ac prostrati, tamen vrgent et attrahunt aduersarium, quemadmodum solent pertinaces sed imperiti palestritae; et vtcunque res ceciderit, hoc ipsum istis abunde magnum tropheum est, extorsisse responsum ab Erasmo. Magna certe gloriae pars illis decesserit, si me quiescente fuerint tumultuati.

His remediis potius cum illis agendum est. Deferendus est typographus ad magistratum Cesareum, qui contra Cesaris edictum ausus est istiusmodi nugas edere, suppresso suo nomine. Indixerat monachis silentium et R. D. Archiepiscopus Hispalensis; monendus est et is, vt patres illos qui tales histriones subornant, autoritate sua coherceat. Vir grauis est et pius, cui tales libelli probari non poterunt, etiamsi mihi parum faueat. Sunt et alii qui mihi bene volunt, Archiepiscopus Toletanus et Don. Emanuel. Vnus typographus bene mulctatus, aliis erit exemplo. Ipse Prior adeundus est, ac rogandus vnde habeat hoc exemplum ex institutione diui Francisci, vt famosis ac seditiosis libellis praeter edicta principum incessant famam hominis cui tot Ecclesie principes reddunt amplissimum testimonium; quorum aliquot, Thrasonice fortassis sed infra verum, retuli in litteris ad germanum tuum. In litteris Cesaris ad me postremis hec inerant verba: 'Bono itaque animo te esse volumus, tibique persuadeas ⟨summam⟩ nos tui honoris atque existimationis rationem nunquam non habituros'. Et in alteris eandem sententiam multo scribit amantius, 'se non minore studio defensurum existimationem ac dignitatem mei nominis quam sui ipsius'. Vide igitur an is princeps tales libellos sit probaturus.

Erit et illud remedio, si clam admoneantur boni viri, ne quid dent talium libellorum fautoribus. Nihil habent pudoris, conscientiae multo minus: putant sibi licere quicquid libet. Si senserint aliquid decedere culine, hoc demum sentiunt; nam aures habent non in capite, sed in ventre. A me curabitur vt Cesar et ipsius Cancellarius intelligant scurriles istorum tumultus. Denique quiduis faciam patiarue potius quam vt iuuenum imperitorum neniis respondeam.

Dulcorationem illius, vt vocas, non legi, nec est animus legere; sed oculo percurri titulos aliquot paginarum. Dedicat tam prae-

51. et *om. J.* 52. est *add. J.* 53. *J*: coherceant *a.* 54. faueret *J.* 56. Prior *a*: Guardianus *J.* 61. Thrasonice . . . verum *add. J.* 66. se *J*: sed *a.* 66–7. ac dignitatem *om. J.* 69. boni *a*: et boni *N.* 77. vt vocas *add. J.* 78. Dedicauit *J.*

49–50. Cesaris edictum] See Ep. 1690. 119n.

51. Hispalensis] Manrique; see Epp. 1846, 2301.

55. Toletanus] Fonseca; see Ep. 1748.

Don. Emanuel] See Ep. 1970. 5n.

56. Prior] of Carvajal's house at Seville.

61. in litteris] Ep. 2299.

62. In litteris Cesaris] Ep. 1920. 26–8.

65. in alteris] Ep. 1731. 12: quoted by sense.

74. Cancellarius] Gattinara; see Ep. 1150.

77. Dulcorationem] Carvajal's reply; see Ep. 2110 introd.

clarum opus principi nescio cui, et in initio decantat encomium pacis, multa suffuratus ex Querimonia mea Pacis. Hinc digressus facit Erasmum Behemoth, et exemplo hereticorum omnium sub titulo pacis bellum Christo inferentem. Ego nolim me hodiernum diem totum esse superstitem, nisi Christi glorie synceriter et ex animo faueo. Deinde recitat nobis orationem cuiusdam, qui in synodo summatim enarrasset errores meos horrendos. De quo mihi scripserant quidam; et omnino, si bona fide recitat hic, expedite proposuit sed mendacissime, et a doctis tum habitus est pro insano monacho, vt erat reuera. Mox expatiatus in laudes Principis, rogat vt componat bellum per me meosque seditiosis libellis in monachos excitatum, meque adigat ad palinodiam. Quos seditiosos libellos narrat? Apologia mea nihil habet seditiosi, et probata est a Mercurino Cancellario. Quis adegit Caruaialum ad sic ineptiendum? Eum irrisi non vt monachum, sed vt esse putabam, ludionem subornatum.

Hec in praefatione. Deinde, vt probet nobis suam eruditionem, recitat nobis aliquot loca ex epistolis quorundam, a quibus fortassis extorserat commendatiunculam, quod isti solent—nam et sic mendicant: quorum nemo tamen, quod sciam, theologus est, certe nec Viues nec Leus est. Quod si talibus testimoniis res agitur, quos epistolarum cumulos a qualibus viris scriptarum possim proferre! De Termino quum fuerit stolidissima cauillatio, tamen non accipit excusationem meam: quasi ego fuerim vnquam tam insanus vt—non dicam in vniuersis, sed in vna quapiam disciplina—me praetulerim omnibus. Et tamen hic referuntur 'Plus vltra', et alia quaedam nugatoria. Quid multis? vicit Caruaialus. Alicubi argumentans dico, 'Posset hoc videri in Christo quedam infirmitas': colligit ille, 'Fuit in Christo infirmitas, audistis blasphemiam'.

Multa huius generis colligit hinc atque hinc ex libris meis nullo ordine. Illud ex eo didici, quid sibi vellet quod de 'scorto meo' meminerat: nam ipse nunquam quiui diuinare. Est Colloquium scorti et adolescentis; hoc ille vocat 'Scortum Erasmi'. Vtinam non sint scorta turpiora inter eos quibus hoc Colloquium videtur

80. suffurans *J*. 82. *J*: bellam α. 88. vt *add. J*. 96. nobis *om. J*. 97–8. nam et sic mendicant *add. J*. 105. nugaciora *J*. 106. Caruaialus α: Cacalalus *J*. 107. hoc α, *necnon Apol.*: hic *J*. 110. de scorto meo *add. J*. 112. adolescentis β: puelli α.

79. principi] Lodouico Cordouae, demarcho Comariensi.

79–80. encomium pacis] *Dulc.* f. 2.

81. Behemoth] *Dulc.* f. 4.

84. recitat] *Dulc.* f. 4 v°.

85. synodo] at Valladolid in 1527; see Ep. 1791.

89. rogat] *Dulc.* f. 6 v°.

91. Apologia] *Aduersus febricitantis cuiusdam libellum*: see Ep. 2110 introd.

92. Mercurino] Gattinara.

96. epistolis quorundam] Vives, Lee, Franc. Castellus and Peter Carvajal: *Dulc.* ff. 18–20.

101. De Termino] See Ep. 2018.

102. non accipit] *Dulc.* f. 68.

105. Plus vltra] Charles' motto; see Ep. 411. 8n.

106. Alicubi] In the *Apol. adu. libellum Stunicae*, 13 June 1522 (see vol. iv, p. 622): LB. ix. 362EF.

107. colligit] *Dulc.* f. 66 v°.

113. Colloquium] First printed in the *Fam. Colloq. Formulae*, Basle, Froben, Aug. 1523.

impudicum! Docet et illud nos, Cesarem et plerosque Hispanie principes esse monachos, alba cuculla, Cesarem abbatem: nec hoc indignum videri debet, quum et Christum faciat abbatem, et Apostolos monachos, et Virginem matrem monacham. Dixeram, 'Mihi vt quisque ad Francisci pietatem proxime accedit, ita fuit, est, et erit semper charissimus'. Hinc ita colligit, 'Franciscus pauper fuit, lauda paupertatem. Franciscus celebs et castus fuit, lauda coelibatum'. Sic potius colligere debuerat, 'Ergo qui velit [ab] amari ab Erasmo, ad Francisci vitam se conferat'. Tales enim reuera semper amaui, et adhuc amo.

Louanii cum Franciscanis mihi fuit amicicia Christiana. Leus primus clam inspersit aliquid mali seminis; id post excitarunt alii, donec prodiret iste gloriosus, quem vulgus appellat 'Dei corniculam'. Basilee coniunctissimus fui Franciscanis, donec tenerent rectum cursum. Hic Franciscanos habeo tam vicinos vt in cubiculo audiam canentes perinde atque si essem in templo. Summa est inter nos amicicia, quia nulla est inter eos malicia. Habent concionatorem probum ac modestum, qui Erasmum interdum etiam honorifice citat in concionibus.

Sint pauperes qualis erat Franciscus, nemo non amabit. At isti nomine pauperes sunt, re diuites. Habent scrinia sua, habent procuratores, habent assignationes. Quanquam hec non insector; nemo inuidet illis victum et vestitum, modo ne insultent in capita hominum. Franciscus fuit celebs; etiamne putat idem esse celibem et castum? Castitatem quis vnquam damnauit? Illa non absque risu legi, 'Franciscus fuit modestus, humilis, abiectus, iniuriarum patientissimus, Christi crucifixi sectator incomparabilis, feruentissimus praedicator, et Ecclesie semper obediens. Extolle, commenda, suscipe, non modo Franciscum, sed et illos qui per vestigia Francisci sequuntur principem Christum'. Equidem Franciscum semper existimaui bonum virum, nec inuitus amarim illos quos viderim per illius vestigia sequentes principem Christum.

Tales igitur se exhibeant, et mecum expostulent si non laudaro. Sed opinor, si viueret Franciscus, Caruaialum non agniturum pro germano filio, nec ab illo laudari velle; nihilo magis quam Paulus voluit a puella Phythonissa. Magis tamen

115. nec . . . 117. monacham *add. J.* 120. fuit et castus *J.* 122. ab *ante* amari *om. J.* 129. atque *a*: ac *N.* 148. Caruaialum *a*: Cacalalum *J.* 150. quam *add. J.* Pythonissa *N.*

---

114. Docet] 'Caesarem aliosque Hispaniae nobilissimos, qui Cisterciensis ordinis monachi sunt, et cucullas habent, et monachi vocantur et fratres': *Dulc.* f. 74.

115. Cesarem abbatem] 'ordinis diui Iacobi et ordinis Calatrauae et ordinis Alcantarae': ibid., f. 72 v°.

116. Christum . . . abbatem] *Dulc.* ff. 87 v°, 88.

117. Dixeram] *Adu. febricit. cuiusdam libellum*: LB. x. 1683B.

119. colligit] *Dulc.* ff. 93 v°, 94.

124. Louanii] See Ep. 1174. 15n.

128. tam vicinos] The Franciscan church stands just across the street, almost opposite the 'Zum Wallfisch'; see Ep. 2112. 15n.

139. Illa] *Dulc.* f. 94.

150. Phythonissa] Acts 16. 16–18.

laudarim qui per vestigia Pauli sequatur Christum, qui suum Euangelium voluit esse ἀδάπανον. Postremo terret nos fulmine Pontificis. Ipsi ledunt Ordinem, qui mala vita fatuisque libellis dedecorant Ordinem. Audacter mentitur quod multi libris editis pronunciarint me hereticum. Hoc nec Beda, nec Hoechstratus, nec Latomus, nec Leus, nec Sutor fecit, quod sciam; et si quis fecisset, conuicium est, non iudicium. Nulla legitima sententia vllus librorum meorum pronunciatus est hereticus.

Sed nimis multa, mi Petre, de istius iuuenis ineptiis, qui nihil adfert nisi indoctam arrogantiam et effrenem lingue volubilitatem. Vtere commonstratis remediis, aut si qua potes comminisci rectiora. Ego si quid potero, non dormiam. Ad respondendi certamen non proliciar posthac, nisi scribent aliter: quod a Franciscanis non expecto. Qui docti sunt ac pii, nolent; stolidos et gloriosos nihil moror. Ego interim pergam pro mea virili pietati litterisque consulere; tu cum germanissimo germano suauiter viuito in Musarum viridariis.

Datum apud Friburgum Brisgoie. 3. Cal. April. An. 1530.

2301. To Alfonso Manrique.

Copenhagen MS. G.K.S. 95 Fol., f. 209. — Freiburg.
J. p. 45: KN: Lond. xxv. 25: LB. 1104. — 31 March 1530.

[An autograph rough-draft (a^1), corrected at some time by Erasmus himself (a^2), and later by a second hand (β), probably the secretary's. Erasmus' writing, which in places is very rapid, has been made clearer by the same hand, evidently in preparation for printing. Clearly contemporary with Epp. 2299, 2300.]

ALFONSO MANRRHICHO ARCHIEPISCOPO HISPALENSI.

Reverendissime Praesul, pridem huc e Lutetia missus est libellus titulo Lodouici Caruaiali, illic excusus furtim, suppresso loci typographique nomine; nam per Senatus edictum non licet illic quicquam excudere non approbatum. Ego quum nec nomen agnoscerem, et libellus miram leuitatem ac petulantiam prae se ferret, suspicatus sum rem esse iocularem, et per subornatum iuuenem agi fabulam. Respondi sic vt riderem potius quam

2300. 151–2. qui suum . . . ἀδάπανον *add. K.* 154. Ordinem *a*: suum sodalitium *J.* 155. Bedda *J.* Hochstratus *N.* 160. nisi *a*: praeter *J.* 163. scribant *J.* 164. nolent *a*: fauent *J.* et *a*: ac *J.*
2301. TIT. a^2: ALFONSO EPISCOPO HISPALENSI a^1: ERASMVS ROT. ALFONSO MANRICO ARCHIEPISCOPO HISPALENSI S. D. *J* (*K*: MAVRICO *J*). 1. Reuerendissime *a*: Ornatissime *J.* pridem *a*: pridie *J*, *lapsu notabili.* 2. Ludouici *J.* 3, 13 ędictum *β.* 6. rem *om. N.* 7. vt *add. β.*

2300. 152. Postremo] *Dulc.* f. 94[a], where part of a Brief of Nicholas III (1277–81) is printed.
164. nolent] *sc.* scribere in me. The editors of J solved the difficulty by a bold emendation.
2301. 1–2. libellus] The Paris edition of Carvajal's *Apologia*; see Epp. 2110 introd., 2126. 4–8, 2300. 22–5.
3. Senatus edictum] Cf. Ep. 2300. 24n.
7. Respondi] *Adu. febric. cuiusdam libellum*, March 1529; see Ep. 2110 introd.

redarguerem. Aliquanto post venit libellus Hispanicus, cum litteris amicorum admonentium ne dignarer hominem vllo responso. Vehementer dolui me sero fuisse monitum. Nunc idem iuuenis mittit nobis librum multo petulantiorem, similiter excusum absque loci typographique nomine, videlicet praeter edictum Cesaris.

Cum tam ineptis libellis colluctari mihi non est animus, etiamsi prodeant sexcenti: demiror tamen ab illo sodalitio Obseruantium prodire tale scribendi genus, quum regula quam sub veste gestant plerique, pauci in animo, serio deterreat illos ab omni detractione. Mihi quidem praeter bonam conscientiam, tot sunt principes, reges, cardinales, episcopi, docti, qui non litteris tantum sed et honorariis muneribus vltro delatis gratulantur studiis meis, vt istos tenebriones facile possim contemnere: ad vestre tamen Hispaniae tranquillitatem pertineret, si clancularius ille typographus daret poenas, ne subinde peccet grauiora, expertus felicem audaciam. Ab istis iuuenibus nihil expectandum nisi stultum ac seditiosum. Si seniores habent quod adferant pro defensione veritatis, exhibeant libellos suos antequam edant.

Non ero tibi pluribus molestus, clarissime Praesul. Si Erasmus tibi videtur dignus ista contumelia, tu tamen pro tua aequitate publicae tranquillitatis curam non depones, sat scio. Dominus clarissimam celsitudinem tuam seruet incolumem ac bonis omnibus florentem. Domino meo Lodouico Coronello S. plurimam.

Datum apud Friburgum Brisgoiae. prid. Cal. April. Anno a Christo nato. 1530.

2302. To Baptista Egnatius.

Epistolae Floridae p. 135. Freiburg.
K. p. 139: N. p. 1055: Lond. xxvi. 62: LB. 1105. 31 March 1530.

[In sequence with Ep. 2249.]

ERASMVS ROTEROD. BAPTISTAE EGNATIO S.

De Budaeo tam male sentio, tamque male odi hominem, vt etiamsi palam in me stringeret calami mucronem, non possim non fauere de studiis tam praeclare merenti. De collatione qua quidam suspicantur illum offensum, mitto epistolam; quae si tibi satisfecerit, non est opus pluribus verbis. Quanquam hoc ipsum incommodum collationis posteriore sublatum est aeditione. Mihi quidem nihil minus in animo fuit quam Budaeum laedere. Sed in praesentia de Budaeo deque Ciceroniano verbum non addam.

2301. 8. Hispanicus *α*: idem apud vos excusus simili fuco *J*. 16–17. quum . . . detractione *add. K.* (detractione *KN*[3]: obtrectatione *N*[2]). 21. vestrę *β*. 26. ędant *β*. 31. *αN*[2]: Cornello *JN*[3]. 32. Aprilis *J*.

2301. 8. Hispanicus] The Salamanca edition, 1528; see Epp. 2110 introd., 2126. 8.
9. amicorum] A. Valdes was one; see Epp. 2126. 1–2, 2300. 19–21.
11. librum] The *Dulcoratio*.
13. edictum Cesaris] See Ep. 1690. 119n.
15. Obseruantium] Cf. Ep. 2275 tit.
31. Coronello] See Ep. 1274.
2302. 3. collatione] with Badius: see Epp. 1948, 2021 introd.
4. epistolam] Perhaps a copy of Ep. 2046.
6. posteriore . . . aeditione] of the *Ciceronianus*, March 1529.

De miserando ac prope deplorato Christianae religionis dissidio video consentire nostros animos. Id indicat mea ad Vulturium Epistola, quam nunc ad te mitto. Nonnullam tamen spem mihi facit Caesaris non tantum autoritas, potentia, pietas, prudentia, lenitasque summo digna imperio, verum etiam genius quidam. Vtinam res citra magnam humani sanguinis effusionem confici queat, et victoria denique cedat Christo! Diuinat opinor tua prudentia quid indicem. Sed mutanda est in melius vita, et Numen exorabile flagrantibus votis fatigandum.

Felicitatem istam, mi Egnati, sane dignam istis tuis virtutibus eximiis tibi magnopere gratulor: mihi in harena gladiatoria moriendum est, sic meum est fatum. Ego tamen vel pertinaci silentio aduersus prouocatores conabor aliquantum ocii parare mihi.

Carolus Vtenhouius, iuuenis apud suos re lauta et clara gente, non eget admodum opera tua. Si quando dignaberis hominem alloquio tuo, erit aliquod calcar ad studiorum amorem. Heruagius praedicat humanitatem tuam; oro, si quid potes, adiuta vt Chrysostomus exeat plenus. Autor est cum primis pius, et magnis impendiis res agitur. Ego praeter laborem nihil meto. Est vnde viuam, gratia superis. Resalutat te Zasius, vir priscorum morum et antiquae virtutis rarum exemplar. Rhenanus abest in patria. Henricus Glareanus, omnium bonarum disciplinarum perpetuus altor, huc nobiscum demigrauit, cum Basileae nouarentur omnia. Is hic profitetur publico salario: quem opinor tibi non ignotum esse. Vale.

Datum Friburgi Brisgoiae pridie Calend. April. anno a Christo nato M.D.XXX.

2303_{2314} To Conrad of Thuengen.

Epistolae Floridae p. 136. Freiburg.
K. p. 141: N. p. 1056: Lond. xxvi. 64: LB. 1107. 2 April 1530.

[The year-date is confirmed by that of Ep. 2322, written after Stibarus' departure.]

ERAS. ROT. CONRADO HERBIPOLENSIS ECCLESIAE EPISCOPO ET ORIENTALIS FRANCIAE DVCI S. D.

Qvoniam, vt accipio, non infeliciter cessit audacia mea, quod celsitudinem tuam per R. D. Marium appellarim, non sum veritus idem nunc facere, praesertim nactus tam commodum latorem vt commodiorem optare non possim, Danielem Stibarum, quicum

2303. TIT. HERBIPOLENSIS . . . DVCI *J*: HERBIPOLENSI EPISCOPO *N*.

2302. 11. Epistola] *contra quosdam qui se falso iactant Euangelicos*: see Ep. 2219. 11n.
25-6. Heruagius] See Ep. 2249. 40n.
27. Chrysostomus] See Ep. 2359.
30. Rhenanus] His correspondence shows him at Sélestat in Sept. 1529 and Feb. 1530: BRE. 267, 270—the latter from Christann. Herbort, 3 Feb.
31. Glareanus] See Ep. 2098. 1n.
32. nouarentur] See Ep. 2101. 31n.
2303. 1. audacia mea] See Ep. 2164.
2. Marium] See Ep. 2321.
4. Stibarum] See vol. iv, p. 615.

mihi quondam Basileae, nunc etiam Friburgi menses aliquot domestica fuit consuetudo; et quod olim in praecipua amicitiae parte ponebatur, mensa communis nos aliquandiu iunxit. Nec antehac vnquam expertus sum quenquam sanctioribus, purioribus aut commodioribus moribus iuuenem. Itaque quemadmodum vnius conuictus ad omne vel studiorum vel molestiarum vel senii taedium abunde magno solatio, ita discessus illius mihi fuit tristissimus: quem tamen hoc nomine fero moderatius, quod suo bono reuocatur in patriam.

Isti celeberrimo Collegio non possum non vehementer gratulari tot egregiis animi dotibus ornatum contubernalem: cui si liberum esset vnum adhuc aut alterum annum honestissimarum disciplinarum studio dare, tanto plus et decoris et vtilitatis adferret, quum suo Collegio, tum tuae R. Celsitudini; erga quam, sicuti par est, et amanter et reuerenter affectus est. Non sumam operam in eo tibi commendando; neque enim quisquam commendat eximias gemmas diuitiarum admiratori. Ita virtus insignis apud tam egregium probitatis amatorem non eget commendatione. Ostendisse modo, commendasse est. Si quid erit in quo nostra opella posset amplitudini tuae gratum facere, senties eam ad omnia iussa paratissimam. Dominus E. A. T. seruet incolumem.

Datum apud Friburgum Brisgoiae postrid. Calen. April. anno a Christo nato. M.D.XXX.

2304. From Peter Medmann.

Leipzig MS. Strasburg.
EE. 122. 2 April 1530.

[An original letter, autograph throughout. The year-date is sufficiently confirmed by the contents.

Peter Medmann of Cologne (†18 Sept. 1584) matriculated at Wittenberg in the summer of 1526, and at Cologne on 20 Dec. 1527. Later he acted as tutor, first to Ant. of Ysenburg (Ep. 2298. 27n) in succession to Caesarius; then in 1539 to the young counts of Wied. In 1549 he appears (Krafft p. 91) as councillor to Herm. of Wied, the deposed Elector-abp. of Cologne. Melanchthon, to whom he became an intimate friend, dedicated to him his *De coniugio piae commonefactiones*, Wittenberg, Jo. Krafft, 1551 (ME. 4884). In 1555 he was burgomaster of Emden (Gabbema 56); and also acted as ambassador for Ct. Christopher of Oldenburg. Gabbema prints 12 letters written to him by Melanchthon, 1543–1558 ? (see ME. 2662, 2695, &c.) and one by Camerarius.

See H. Hamelmann's *Werke*, ed. Detmar and Löffler 1908–13, i. 217, ii. 206, with a description of a visit to his copious library at Emden in 1553; Keussen ii. 893; and EE.]

S. D. Has literas D. Caesarii et Riquini, tui nominis studiosissimorum, ipsus ad te perlaturus eram, et certe eo animo Colonia abii; sed multa obstiterunt quo minus id fieri potuerit. Interim tu, vir doctissime, pro insigni tua humanitate, quam ex

2303. 5. Basileae] in 1528: see Epp. 2036, 2069 introd.

7. mensa communis] This perhaps implies that the young men whom Erasmus admitted to his house, did not always share his table.

14. Collegio] Wurzburg Chapter.

25. E. A. T.] eandem amplitudinem tuam.

2304. 1. Caesarii] See Ep. 374. The letter is not extant.

Riquini] Ep. 2298.

tuis doctissimis scriptis mihi perspexisse videor, me tuis literis apud D. Riquinum purgabis, quod literas tibi non reddiderim. Dici non potest quam doleam quod ad te proficisci integrum non fuerit. Sed quia spem habeo non paruam te aliquando ad nos venturum, aequiore animo fero. D. Ioannes a Reidt, vnicum nostrae vrbis ornamentum, multum tibi salutis exoptat: qui nae dignus est vt tuis elegantissimis scriptis ad posteritatem transmittatur.

Argentinenses iniquissimo in te sunt animo propter tuam ad Nouiomagum epistolam. Multa hic audiui hac de re; quae lubentissime ad te perscripsissem, si per tempus licuisset. Vale, virorum doctissime, ac tibi persuade me toto pectore tuum esse.

Argentinae altero die Aprilis 1530. Iterum vale. Raptissime.

Petrus Medmannus Coloniensis, ex animo tuus.

Da veniam huic ineptissimae braeuiloquentiae. Aliter fieri non potuit.

Maximo eruditionis antistiti, D. Erasmo Roterodamo suo, S. D. in Christo.

2305. To John Alexander Brassicanus.

Epistolae Floridae p. 136. Freiburg.
K. p. 140: N. p. 1055: Lond. xxvi. 63: LB. 1108. 4 April 1530.

[Answering a letter brought by a servant of Brassicanus, charged to carry Salvianus (l. 16n) to Froben. The year-date is sufficiently confirmed by the books mentioned. For Brassicanus see Ep. 1146.]

ERASMVS ROTERODAMVS IOANNI ALEXANDRO BRASSICANO IVRECONSVLTO S.

Libellvs Adagiorum sine litteris tuis pridem redditus, mihi fuit magnopere gratus; gratissima fuit et epistola quam reddidit famulus tuus, nisi quod iocandi de mortuis et viuis ibi nullum facis modum. Non hoc in Ciceroniano susceperam, omnes referre qui scriptis innotuissent: alioqui quis fuisset voluminis modus, aut quid omnino fuisset ineptius? Tui me admonuit Vrsinus, sed sero. Nec tui quicquam videram praeter versiculos aliquot. De te vero iam annis aliquot nihil inaudieram. Absit vt omnes mortui sint qui illic non recensentur. Praeteritus est Beatus Rhenanus, praeteritus Bonifacius Amerbachius, cuius phrasis mea sententia non ita multum cedit Politianicae. Scio te iocari, sed per totam epistolam eius ioci non potes obliuisci; quae res nonnullam stomachi significationem praebet. Atqui non pertexui, vt modo dicebam, catalogum scriptorum: in quo tamen

2304. 8. ad nos] Cf. Ep. 2159. 20n.
9. Reidt] See Ep. 2058.
13. Argentinenses] See p. 303.
14. epistolam] *in Pseudeuangelicos*: see Ep. 2219. 11n.
2305. 1. Libellus Adagiorum] *Prouerbiorum Symmicta*, Vienna, H. Vietor, March 1529: 127+1 adages, and 18 *Pythagorae Symbola* collected by Brassicanus.
2. epistola] Not extant.
3. de mortuis et viuis] Evidently Brassicanus' jest was that men of letters whose names did not appear in the *Ciceronianus* might be considered dead.
4. in Ciceroniano] See Ep. 1948, and cf. Epp. 2008. 11n, 2108. 5–7.
6. Vrsinus] In a letter of c. 28 June 1528; cf. Ep. 2008. 24–6.

si quis esset praeteritus, ignorantiae potius aut obliuioni dandum erat quam maleuolentiae. Saluianum mihi tuus famulus non exhibuit, quum tamen Frobenius ea in re nihil facturus sit nisi ex meo iudicio.

Maiorem in modum gratulor tibi, mi Brassicane, qui tam feliciter in vtriusque litteraturae peritia progressus sis. Nam Graeca bona fide, nec sine dignitate, reddis, neque quicquam est in tota phrasi quod offendat legentem. Illud operae mihi videris propemodum frustra sumpsisse, quod in praefatione deprecaris culpam, qui post me tractaris prouerbia. Quis enim vnquam tam iniquus fuit vt cuiquam legem praescriberet, ne tractaret argumentum ab alio tractatum? Quanto igitur sit iniquius idem praescribere in hoc argumento, quod suapte natura infinitum est! praesertim quum quotidie prosiliant vtriusque linguae scriptores hactenus sepulti. Caeterum quod addis me post alios scripsisse prouerbia, si de Graecis loqueris, non inficior. Nemo tamen Latinorum attigit hoc argumentum ante me. Et vtinam extarent Graecorum monumenta qui tractarunt paroemiologias! Mihi primum aggredienti nihil erat a Graecis subsidii, praeter Diogeniani commentaria manu descripta, sed tum mutila tum mire deprauata. Post nactus sum Zenobii collectanea, non multo feliciora. Nam quod Polydorus contendit videri prior, manifesto ludit, quum ipsi ostenderim aeditionem meam primam antecessisse primam illius tribus mensibus: quum id temporis neuter alteri cognitus esset. Optarim autem, charissime Brassicane, vt meas etiam Chiliadas superes, et Erasmi nomen obscures. Refers tamen aliquot ceu noua quae sunt in meis; velut illud, 'Si tibi non molestum, et mihi iucundum est', recensetur a me Chiliad. II, centur. I, prouerb. XXXIII. Item illud 'Echinus parturiens' est Chiliad. II, centur. IIII, prouerb. LXXXII. 'Tunc canent cygni' et caetera extat Chiliad. III, centur. III, prouerb. LXXXXVII. Sunt et alia quae obiter citantur in meis Chiliadibus.

Non haec commemoro vt te a pulcherrimo instituto deterream—amicorum communia sunt omnia—, sed vt aliorum vites

42. non *add. N, sec. Prouerb. Symmicta.* 45. LXXXXVII JN^3: LXXXVII N^2.

---

16. Saluianum] Brassicanus had sent, to offer to Froben, a text of Salvianus of Marseilles († c. 484), founded on a MS. given to him by Louis II of Hungary at Buda, from the library of Matt. Corvinus. His preface, to Chr. of Stadion (Ep. 2029), is dated from Vienna, 1 March 1530. Froben published the book in August. On tit. v°. are verses by Vrsinus, 'Hortus siue bibliotheca Brassicani'.

17. Frobenius] For the firm's dependence on Erasmus cf. Epp. 1437. 222n, 2157. 486–523, 2315. 114–16, 2328. 12–13, and VE. 520.

23. in praefatione] to Bern. of Cles (Ep. 1357), Vienna, March 1529: 'Quippe nec superuacaneum nec inutilem laborem me suscepisse ⟨puto⟩, dum post Erasmum Roterodamum principem paroemiographum, virum mihi ac vniuersae Germaniae perpetuo colendum, sed qui et ipse post alios prouerbia scripserit, haec quae vides Adagiorum Symmicta digessi'.

36. Polydorus] Vergil: see Ep. 1175 introd.

38. tribus mensibus] See Ep. 1175. 59.

40. obscures] Cf. Ep. 1146. 22.

41. aliquot] Brassicanus' nos. 120, 113, 105.

42. recensetur] *Adag.* 1033 is 'Si tibi amicum, nec mihi inimicum'.

43. Echinus] *Adag.* 1382 is 'Echinus partum differt'.

44. Tunc] *Adag.* 2297 is 'Tunc canent cygni cum tacebunt graculi'.

calumniam. Velio non scribo, parum alacri valetudine. Eum meis verbis salutato tum amanter tum reuerenter, et si qui sunt alii qui nobis non male cupiunt. Datum apud Friburgum Brisgoiae prid. Nonas April. a Christo nato M.D.XXX.

2306. From John Lotzer.

Breslau MS. Rehd. 254. 98. Heidelberg.
EE^2. 82. 4 April 1530.

[An original letter, autograph throughout. The year-date is confirmed by the matriculation of the two young men. For correspondence with Lotzer in the previous year see Ep. 2116.

Young Lotzer's companion (ll. 28–9), John Fichardus (23 June 1512—7 June 1581) was son of a Frankfort schoolmaster. On 17 May 1528 he matriculated at Heidelberg; and now on 20 June 1530 at Freiburg, in order to study under Zasius. In the autumn the pair fled from the plague to stay with Cratander at Basle; and in Dec. Fichardus translated some small works of Galen, dedicated to the Lotzers, father and son, for inclusion in Cratander's Latin Galen, 1531. In the spring they returned (ZE. p. 507); and on 28 Nov. 1531 he was promoted I.V.D. at Freiburg. After practising as an advocate in the Reichskammergericht at Spires, he was appointed syndic of Frankfort. In April 1536 he went to the Imperial Court with a letter of commendation from Viglius (VZE. 80); on 12 May he was at Augsburg, where he wrote the preface to his *Vitae illust. virorum* (see Ep. 1946 introd.); after a visit to Naples he was studying in Dec. at Padua, and continued there till Sept. 1537. Returning to Frankfort he was reappointed syndic in 1538; and the rest of his life was spent in active practice there as a lawyer, of great reputation.

Besides the Galen he made some translations from Chrysostom. In continuation of *Veterum iurisconsultorum Vitae* by B. Rutilius, Strasburg, C. Mylius, March 1538, he added some lives of later lawyers, from Irnerius (†1190) to Zasius (†1535), Basle, *s.a.*; and he wrote a life of Sichardus (Ep. 1660. 95n) for vol. ii of Sichardus' *Praelectiones*, 1586.

See his life by H. Petreius Herdesianus, in a posthumous volume of his *Consilia*, 1590; Stintzing in ADB. vi. 757–9; and Mayer.]

S. P. Quanquam vereri poteram, doctiss⟨ime⟩ vir Erasme, ne importunus adeo ad te, seriis alioqui sanctisque negociis occupatiss⟨imum⟩, darem literas, fecit tamen humanitas tua, qua non minus quam ipsis literis excellentiss⟨imus⟩ semper habitus es, vt beneuolentiae erga te meae quale quale apud te specimen ederem. Quod enim ad te scribo, nihil me Hercle aliud sibi vult quam vt cognosceres propensiss⟨imam⟩ tibi inseruiendi et gratificandi voluntatem meam animumque tibi deuinctiss⟨imum⟩. Neque vero est quisquam huius saeculi virorum doctorum cui vel faueam magis, vel quottidie fere quem admirer magis.

Fuit profecto haec mihi vna pene et sane maxima causa, quam propter filium meum (quem vt vnicum vnice amo) istuc ad vos Friburgum mitterem; ablegans illum a me, vt istic esse et Erasmum illum, illum inquam Erasmum, et videre et cognoscere vel audire etiam interdum posset. Sane illa mihi vel praecipua foelicitas videtur, eum virum cuius nunquam interitura et diuina apud gentes omnes opera lubentiss⟨ime⟩ legantur, aliquando cognouisse. Quod si illud esset tempus quo demittere te aliis et

2305. 52. Aprilis *N*.

2305. 49. Velio] For communication between Erasmus and him at this time see Ep. 2313.

2306. 12. filium meum] Jo. Locerus Haidelbergensis matriculated at Freiburg 20 June 1530.

vacabat tibi et lubebat, quam nullis ego sumptibus eram parsurus, vt ille a viro tanto mihi rediret institutus! Nunc vero vel alterum hoc satis duco magnum, cuius ille gratia annos aliquot a me absit.

Sed detineo te, humaniss⟨ime⟩ Erasme, nugis meis diutius, iam dudum harum fortasse pertaesum. Vale igitur optime, vir opt⟨ime⟩, et Locerum inter praecipuos tibi amicos collocandum et habendum noris.

Venit in mentem iam obiter quod te rogem etiam, praestantiss⟨ime⟩ vir, vt, si adulescentibus illis, filio eiusque comiti, Ioanni Fichardo, tuo foeliciss⟨imo⟩ suffragio aliquando possis ad mediocrem aliquam conditionem auxilio esse, id in meam gratiam libenter facias; praesertim vero Fichardo, qui et ad illud otium literarium eius opus habet, et conditione aliqua indignus non est. Ea re gratiss⟨imum⟩ mihi praestiteris officium, etc. Vale iterum.

Edelbergae Anno Salutis MDXXX pridie Nonarum Aprilis.

Ioannes Locerus, Med. D.,
illus. Co. Pal. Lud⟨ouici⟩ Archiprincipis a cura medica.

Pietate et eruditione viro clariss⟨imo⟩ Desyderio Erasmo Roterodamo, domino et amico suo obseruandiss⟨imo⟩.

[2273]2307. FROM ANTONY FUGGER.

Breslau MS. Rehd. 254. 67 (*a*). Augsburg.
LB. App. 357. 7 April 1530.

[An original letter, written and addressed by a careless secretary; signed by Fugger. The year-date needs no confirmation.]

S. P. D., Erasme, doctorum doctissime. Hodie cum prolixioribus tuis gratissimis litteris ego quoque prolixius respondissem, superuenit amanuensis tuus, Liuinus Panagathus, qui mihi abs te gratissimum cum litteris tuis reddidit munusculum, Xenophontis scilicet Tyrannum meo dicatum nomini: pro quo tuo erga me officio ingentes tibi ago et habeo meritas gratias, et eo nomine potissimum, quod tu mihi sponte prestiteris quod postulare ego abs te sine rubore vix ausus fueram. Agnosco igitur lubens hoc tuum studium atque exosculor: quod, quia sponte fuerit a te profectum, magis gratum extitit. Libelli vero isti tui vt a limine conspecti sunt, valde mihi probantur; nihil enim ex tua officina proficisci potest quod laude careat aut improbari possit. Et idcirco plane illos beatos diiudico quos egregia tua Musa posteritati comendarit, nullo vnquam tempore intermorituros.

De rebus autem nostratibus hodie altera hac epistola satis abunde te certiorem reddidimus. Nihil praeterea noui occurrit,

2307. 9. quod *LB*: quo *a*. furerit *a*. 12. improbati *a*.

2306. 36. Ludouici] See Ep. 1356. 53n.

2307. 2. litteris] Not extant: perhaps cf. Ep. 2269. 91–4.

3. Liuinus] See Ep. 2294. 13n.

4. Xenophontis] See Ep. 2273.

10. Libelli] Evidently a second book was sent with the Xenophon: perhaps the *Enarratio* on Ps. 22 (Ep. 2266), which was published about the same time. Cf. Ep. 2310. 1–7.

15. altera . . . epistola] See ll. 1–2.

nisi quod Caesarem ad crastinum diem Tridentum venturum ferant; inde mox Brixinam, vbi per hos sacros dies ad Pascalem vsque celebritatem permansurus esse dicitur. Quando autem huc Augustam sit venturus, adhuc incertum est. Res Italicae satis pacatae esse feruntur, nisi quod Florentini, obsidione adhuc cincti extrema, cuncta prius subire statuerunt quam conceptam animo et persuasam libertatem relinquere.

Haec, mi Erasme, sunt quae prioribus meis litteris adiungere visum mihi est: valere te nobis et Musis pleno voto optamus. Christus te incolumem quam diutissime conseruet, amice charissime.

Data Auguste Vindelicorum Septimo Idus aprilis M.D.XXX.

tuus Antonius Fuggar ss.

Clarissimo theologie professori D. Erasmo Roterodamo, amico meo selectissimo.

[2269]2308. To John Choler.

Vienna MS. 9737c, f. 7. — Freiburg.
Horawitz i. 15. — 13 April 1530.

[An original letter, autograph throughout, except the address which is by a secretary. The year-date is sufficiently confirmed by the contents. Choler notes on the MS. that he replied on 5 May 1530. His letter does not survive.
The paucity of Erasmus' own letters at this period is no doubt mainly due to the serious illness which fills his correspondence through the summer; beginning in March and breaking out more virulently on 18 April (Ep. 2322. 3).]

S. P. Quas ex Italia reuersus ad me dedisti recepi: nihil potuit illis accidere gratius, tantum adferunt voluptatis ac solatii. Vtinam in effingendo ornatissimo Antonio vel Apellem prestare queam! sed illi doleo propemodum contigisse Cherylum. Qua de re nonnihil attigi proximis litteris, quas huius vrbis tabellario publico nuper dedi; qui et tuas, ni fallor, attulerat.

Maius dicitur inauspicatus pangendis matrimoniis, vnde prouerbium 'Mense Maio nubunt malae'; vtinam sit Germaniae tranquillande felix! Cesar nimium heret in Italia, ac plus satis indulgere videtur animo Pontificis; in cuius gratiam vrget florentissimam Italiae ciuitatem. Germanicae tragoediae nullam video catastrophen, ni deus quispiam inexpectatus sese proferat e machina. Si legisti nostram epistolam ad Vulturium, illic ostendi viam finiendis hisce tumultibus: quanquam ea epistola mihi magnos tumultus excitauit Argentorati, quum nec ciuitatem atti-

2307. 21. peccatae *a*. 24. mi *scripsit LB*: mihi *a*. 29. prefessori *a*.
2308. 3. vel Apellem *bis in* MS, *in fine et initio versuum*.

2307. 17. Caesarem] See Ep. 2294. 13n. He was at Trent 24–28 April, at Brixen 30 April—2 May.
18. Pascalem] 17 April 1530.
21. Florentini] They held out till 12 Aug. in their long struggle to avert the restoration of the Medici. See Pastor x, ch. 3, and cf. Epp. 2308, 2371, 2375.
28. Fuggar] For this form cf. Epp. 2192, 2193, 2195, 2196. 141.
30. selectissimo] Cf. Ep. 2269. 102.

2308. 3. Antonio] Fugger: see Epp. 2145, 2273.
4. Cherylum] The inferior Carian poet who attached himself to Alexander: see Hor. *Epp.* 2. 1. 232–4.
5. proximis litteris] Not extant; cf. l. 39.
8. Mense Maio] See *Adag.* 309.
11. ciuitatem] Florence; cf. Ep. 2307. 20–23.
13. epistolam] See Ep. 2219. 11n.
15. Argentorati] Cf. Ep. 2304. 13–14.

gerim nec sectam ipsam, sed quosdam qui iactantes Euangelium, sua vita ledunt causam cuius videri volunt propugnatores; nec minus libere partem alteram admoneo.

Venio nunc ad alteras litteras tuas. Si Liuinus meus vera narrauit, audisti miserabilem historiam. Venit huc pridem R. D. Christophorus, episcopus Augustensis, non ob aliud nisi vt videret Erasmum, quemadmodum aiebat. Attulit duo pocula magni precii et in his ducentos florenos. Demiror si virum non et itineris et benignitatis poenitet. Certe ego nihil illo vidi vel humanius vel moribus commodioribus.

De Italia accedo tuae sententiae, nisi quod hinc aliquo migrare libet in ciuitatem frequentiorem. Vbi typographi redierint e mercatu Francfordiae, statuetur aliquid. De Augusta adeunda nihil decerni potest nisi finitis comitiis. At quando hoc futurum est? Et interim an hic tuto sedere liceat nescio, maxime si Caesar, quod minantur, vti ceperit austerioribus remediis. Quanquam ab illo non minus sibi metuunt sacerdotes quam a Luteranis.

Antonio nostro tantillum officiolum tam fuisse gratum magnopere gaudeo: daturus operam vt illius candidissimo ingenio pro mea virili respondeam. Meretur hoc hominis eximia probitas, vt etiam gratis ametur ac celebretur.

Quoniam mihi visus sum animaduertisse tuum ingenium non prorsus abhorrens a meo, proximis litteris quedam liberius effudi in sinum tuum: quae sic interpretaberis, vt non ab vlla maleuolentia sed a syncero amore, quum in Luscinium, tum in Antonium, profecta. Bene vale, vir candidissime.

Friburgi, 13 die. April. An. 1530.

Erasmus vere tuus, manu propria.

Non relegi; ignosce si quid delirauit calamus.

Clarissimo viro D. Ioanni Cholero, praeposito Curiensi. Augustae.

[2230]2309. FROM JOHN HENCKEL.

Leipzig MS. EE. 123. — Linz. 13 April 1530.

[An original letter, autograph throughout; delivered with the Queen's (l. 11n) on 7 July. Erasmus' reply (Ep. 2350. 14n) is not extant. For Henckel's life at Linz at this time see Ep. 2313. 46–53.]

TOTO fere hoc anno non licuit quidquam ad te scribere, Erasme modis omnibus optime, eo quod pulsi patria nullo certo loco subsi-

2308. 19. litteras] Not extant; probably contemporary with Ep. 2307.
Liuinus] See Ep. 2294. 13n.
vera] About Erasmus' health.
21. Augustensis] See Ep. 2277. 1–5.
26. De Italia] Perhaps a reflection on the insecurity of life there: cf. Ep. 2269. 1–2.
28. Augusta] In response to Fugger's invitation.
29. comitiis] On 21 Jan. Charles had summoned the Diet to meet on 8 April. He himself entered Augsburg on 15 June.
34. officiolum] in the dedication of Xenophon; see Ep. 2273.
39. litteris] Cf. l. 5.
41. in Luscinium] Evidently trouble with him had now begun; cf. Ep. 2310. 36–7.
2309. 2. pulsi] The construction is changed at the end of the sentence.

dere licuerit. Vagati sumus incertis sedibus, et in alieno solo tandem consedimus, paucis eciam diebus hunc quoque locum mutaturi. Nam Carolum in Germaniam venientem salutatum proficiscimur.

Literae tuae Lincii nos offenderunt, quas ex manibus herae meae accepi; nam per postam, vt aiunt, vnacum aliis ad eandem peruenerant. Quas cum intellexisset a te missas, peciit a me vt legeret. Gratum fuit quod sui quoque in eis memineris. Quod autem huius optimae Principis singulare erga te studium certius intelligere possis, en tibi ab illa literas quas sua manu scripsit, quod non nisi summis principibus et sibi dilectissimis facere consueuit. Quae cum a tali manu et tam tui studiosa anima profectae sint, non dubito quin charas sis habiturus. Mittet, vt spero, propediem et alias; vel, quod magis optamus, in hiis comiciis coram te alloquetur et animi gratitudinem in te testabitur. Si quis enim tuorum libellorum et grate acceptus et in honore habitus est, is est profecto quem huic viduae donasti et consecrasti. Sic enim et amatur et tractatur, vt plerique mirentur nullum ex eius tam crebro repetita lectione tedium oboriri. Quin eciam virgines forma, opibus, genere, pudicicia conspicuae, quae in Reginae officiis sunt, hoc exemplo commotae, etsi Latine nesciant, tamen libellum habere et manibus tractare gaudent. Denique a me serio contendunt vt Germanice vertendum curem; quod equidem me facturum recepi. Hic est profecto amabilis tuarum lugubracionum genius, vt, quemadmodum de Homero scribit Plutarchus, nulla vnquam legenti tua scripta capiet sacietas.

Mitto tibi poculum quoddam, exile quidem illud, sed quod summo quondam Principi, horum videlicet Marchionum a Brandenburg parenti, in deliciis fuit; id oro vt placere tibi sinas. Antoninus noster, vt ex literis eius accipio, a mania, qua grauissime laborauit, prorsus est liberatus, itaque valet vt cum rectissime: quod gaudebis, sat scio, non mediocriter. Faciat Deus optimus vt tu quoque a calculo liberatus incolumis diu studiis et omnibus bonis feliciter valeas. Podagra mea hoc anno tribus aut quatuor diebus tantum me deiecit. Virum egi, a tergo tamen sequitur, monetque me fidei, quam dato libello repudii velim violatam fore. Vale vt opto, et valebis quam feliciter.

Ex Lincio Idibus Aprilis Anno Christi 1530.

Tuus Ioannes Henckel.

Doctissimo et modis omnibus optimo viro D. Erasmo Roterodamo, theologiae syncerioris principi ac assertori maiori suo obseruando.

---

7. postam] Cf. Ep. 2089. 9n.

11. literas] A short autograph letter, which was delivered to Erasmus on the evening of 7 July: see Ep. 2345. 11–12. He replied with Ep. 2350.

15–16. comiciis] At Augsburg: see Ep. 2308. 29n.

18. viduae] See Ep. 2100; and cf. Epp. 2230, 2339.

24. Germanice] No such translation is known. A Czech version was printed in 1595; a Dutch in 1607.

27. Plutarchus] *De Garrulitate* 3. 5.

28. poculum] 'exiguum ex cornu vnicornis, cum laminis inauratis. Donum Ioannis Henkelli': Major p. 42. It had been destined for Erasmus already in July 1529: see OE. 14.

29–30. a Brandenburg] See Ep. 1297. 54n.

31. Antoninus] See Ep. 1602.
mania] Cf. Ep. 1958. 7–8.

2310. From John Botzheim.

Leipzig MS. Ueberlingen.
EE. 124. 13 April 1530.

[An original letter, autograph throughout. The year-date is confirmed by the contents.]

S. Recepi, chariss. preceptor, duos a te fasciculos litterarios. Primus habebat 'Responsiones Erasmi ad Collationes cuiusdam', iuncta 'Epistola contra quosdam qui se falso Euangelicos iactant': quam legi diligenter semel atque iterum, querens aconitum mixtum quod a quibusdam tribuitur ei epistole, facile coniectans veritatis libertatem illud esse quod offendit. Secundus habebat 'Enarrationes in Psalmum .22. Dauidis', diuinas ac plane Erasmicas: quas communicaui cuidam docto et tui studiosissimo syncerique pectoris in bonas litteras homini. Qui, cum remisisset Enarrationes tuas, respondit hac epistola: quam ad te mitto, vt videas esse apud nos qui te venerentur vt dignus es. Hic flagitat a me epistolam Erasmicam, vt aliqua ex parte mitigetur desiderium illius. Rursum sunt ex his qui publice pro concionibus auocent studiosos a lectione tralationis tuae in Testamentum Nouum; sumpta proxima occasione in solenni Annunciationis Marie, dum angelica salutatio fuerat enarranda populo. Illic quantum detestatus fuerit interpretationem eius nominis 'Aue gratiosa, Dominus tecum', vix credas; admonens subinde cauendum esse a nouis tralationibus peruertentibus et corrumpentibus vniuersam Scripturam sacram. Scolia Nouiomagi in Epistolam tuam non vidi. Liuinus tuus scripserat tuo nomine se mittere: que non misit. Errorem accidisse coniitio; misit Epistolam tuam synceram Friburgi excussam sed absque scoliis, quam antea a te receperam.

Proximis litteris scripseras theologos Parisinos mitescere; nunc scribis eos quiddam contra te emisisse. Inuida mens nunquam quiescit. Dulcorationes nascuntur in Hispania, nec dissimilia in Gallia; peiora etiam in Germania. Sed hoc reficit animum meum, cum recordor; virtutem, quanto sit laudabilior, tanto plus a malis impeti, idque certissimum esse verae virtutis inditium, quo magis sit iniquorum calumniis exposita. Solet etiam virtus post multos arietes clarescere potentius ac tryumphare. Episcopum nostrum

8. studiossimo *MS.*

2. Responsiones] to Titelmans; see Epp. 1823 introd., 2206, the latter addressed to Botzheim.

3. Epistola] See Ep. 2219. 11n.

7. in Psalmum .22.] See Ep. 2266.

17. gratiosa] This is Erasmus' translation, introduced in 1519, for Vulg. *gratia plena*, = κεχαριτωμένη, in Luke 1. 28. His note, 1516, gives as the literal meaning *gratificata*, 'quod sonet amatorium quiddam'; but in the 1527 edition, deferring to criticism, he altered *amatorium* to *blandum*.

18. admonens] This preacher is wrongly identified by K. Walchner, *Joh. Botzheim*, 1836, p. 192, with Jo. Schlupf, pfarrer of Ueberlingen, † 12 April 1527: for whom see Ep. 1739^{a}. 17n.

20. Scolia Nouiomagi] See Ep. 2293. 2n.

21. Liuinus] Algoet.

22. Epistolam] See l. 3.

24. litteris] Probably Ep. 2277 is meant; in spite of the difference of University.

24–5. nunc scribis] The letter is not extant.

26. Dulcorationes] See p. 69.

Balthazarem electum et confirmatum expectamus indies. Cesarem aiunt esse in Oeniponte: a quo pendemus omnes, expectantes redemptionem Israel, vtinam non frustra!

Certo decreui me auulsurum a pistrino meo tui visendi gratia, nisi me fallat omnis industria. Luscinium miror esse talem qualem non putaram. Cupio aliquando scire causas, si quas diuines. In Aula non quiescunt aduersarii tui. Eccius vocauit omnes Lutheranos in consilium principum Augustam, illic propugnaturus articulos fidei et Ecclesiam catholicam. Dux Saxonie et Hessorum Princeps parauerunt sibi hospitia Auguste magno aere, vt audio, adducturi omnes doctos suos. Antesignanum concionatorum Augustensium, Michaelem, dicunt profugisse Tygurum, metuentem aduentum Cesaris. Nürenbergenses atque Vlmenses aiunt iam tandem assensisse ac consignasse decretum Imperiale quod ante menses aliquot Spyre conceptum erat. Huiusmodi multa referuntur apud nos: que tutumne sit credere an non, tu scis; exitus acta probabit. Multi et principes et ciuitates simulabunt ac dissimulabunt, donec Cesar redeat in Hispaniam, grauioribus post se relictis periculis quam ante fuerant. Deus det gratiam et prudentiam Cesari et principibus, vt omnia circumspecte agant, pro gloria diuina et totius reip. Christiane salute. Amen. Optime vale, chariss. preceptor: quem Christus nobis quam diutissime conseruet incolumem.

Ex Vberlingen. 13. Aprilis. An. 1530. Cursim, in apotheca aromataria, propter importunitatem abeuntis.

Toto pectore tuus Io. Botzhemus.

Vere theologiae ac optimorum studiorum vindici incomparabili, domino D. Erasmo Roterodamo, preceptori et patrono suo modis omnibus obseruando, Friburgi Brissgoici.

41. erę *MS.*

---

32. Balthazarem] Mercklin: see Ep. 1382. 25n.

Cesarem] This report was false: see Ep. 2294. 13n.

35. tui visendi] Ep. 2316 shows that this visit was carried out.

36. Luscinium] Cf. Ep. 2308. 41n.

40. articulos] See Ep. 2365.

Dux Saxonie] The Elector John (Ep. 1670), who with Philip of Hesse (Ep. 2141. 14n) was one of the leaders of the 'Protestants'.

43. Michaelem] Cellarius († Feb. 1548: Roth, iii. 480, 506–7), a Bavarian priest who had been drawn to reform. After visiting Wittenberg he settled at Augsburg, 23 Nov. 1524. Urban Rhegius (Ep. 386 introd.) gave him the Franciscan church; where by his fiery preaching against the mass he wielded great influence. In 1526 he married, and later gave his support to Zwingli. In 1539 he had a stroke, but recovered enough to introduce the Reformation into Kaufbeuren in 1545. See ADB. iv. 82; Zw. E^{2}. 527; and F. Roth, *Augsburgs Reformationsgeschichte*, 1901–11.

The present report may have been false; for in May he was at Augsburg being vigorously attacked by the Lutherans. See Zw. E^{2}. 1031.

44. Nürenbergenses] With Ulm and Strasburg they had formed a 'particular secret agreement' with the Elector and the Landgrave on 22 April 1529, to follow up the 'Protest'. But after the Conferences of Marburg in Sept. (Ep. 2219. 35n) and Schwabach in Oct., the cities fell off; being, with Luther, definitely opposed to resistance to the Emperor.

45. decretum] The Resolution adopted by the Catholic majority at Spires on 7 April 1529.

55. apotheca aromataria] A spicery. For similar use of shops cf. Epp. 854. 96–7, 2069. 24n.

2311. From Gerard Morrhius.

Leipzig MS.
EE. 125.

Frankfort.
16 April 1530.

[An original letter, autograph throughout. The year-date is confirmed by the contents.

Gerard Morrhe or Morre of Campen in Overyssel was B.A. at Paris in 1525–6, and proctor of the German nation there in 1527. In 1530 he began to print 'apud Collegium Sorbonae'; and in the brief period of two years published thirty small volumes, a high proportion of which are Greek texts. See H. Omont in *Bull. Soc. Hist. Paris* xviii, 1891, 133–44; xxii, 1895, 13–17. In 1532 he was again in friendly correspondence with Erasmus (EE[2]. 101, LB. App. 366). Later he retired to Campen, where he was a member of the town-council 1536–48, and was still living in 1556. See BWN. xii. 1063.]

S. P. Polydorus Vergilius superioribus diebus misit ad Cyprianum, collegii Italorum apud Parisios primatem, D. Io. Chrysostomi libellum De comparatione principis et monachi Christiani, tuo hortatu, vt scribit, in Romanam linguam a se translatum tibique dicatum; quam rem vbi mecum pro sua familiaritate communicasset, curaui vt quam nitidissime meis impensis excuderetur, quo nimirum in mille exemplaria diffusus ad manus Hierony. Frobenii tandem perueniret, quem audiueram monumenta omnia Chrysost⟨omi⟩ quae translata sunt, sub incudem suam impressoriam reuocasse. Demirabar equidem Cypriani hac in re diligentissimam curam, vt qui non grauabatur oculos iam senio lippientes huic rei accommodare, quo castigatior prodiret libellus ac omnibus modis amiciciae leges absolueret. Mitto ad te exemplar per hunc bibliopolam, si fortassis nondum adhuc istuc perlatum est. Dedi aliud item Hierony. Frob.: id quod omnino praeter opinionem accidit, nam non statueram tum hisce nundinis Francfordiam proficisci.

Comes Carpensis aciem haud ita pridem a te fusam instaurare nititur, teque rursum animo plusquam gladiatorio aggredi; quid tandem fiet diuinare nequeo. Habet suos *ὀφθαλμοδούλους* eosque conducticios, qui scripta tua non ad Aristophanis verum ad Momi lucernam oculatissime expendant, rimenturque gnauiter si quid sit quod posset conuelli aut, si mauis, *συκοφαντεῖσθαι*. Iam nosti satyricum illud,

Scis comitem horridulum trita donare lacerna.

Narrauit mihi haec Gerardus quidam Phrysius, optimae spei adulescens. Is cum illo ad menses aliquot domesticam egit consuetudinem. Pellexerat enim hunc splendidis promissis hoc animo vt eius ingenio aduersum te abuteretur, maxime in conferendo Nouo Testamento. Cuius rei initio nulla facta fuerat mentio;

1. superibus *MS.* 16. staturam *MS.* 20. tandum *MS.*

1–2. Cyprianum] Taleus; see Ep. 768. 2n.

4. tuo hortatu] Cf. Epp. 1734. 10–11, 2019. 1.

9. Chrysostomi] See Ep. 2359.

18. Carpensis] A. Pius; who was now composing his elaborate rejoinder to Erasmus' *Responsio* of 13 Feb. 1529. See Epp. 1634 introd., 2110. 31–6, 2112. 45–7, 2261. 69–71, 2328. 40–51.

24. satyricum] Pers. 1. 54.

26. Gerardus] Hardly the writer of Ep. 2232.

verum vbi sensit se ingratum fore Comiti nisi prouinciam hanc quo iure quaque iniuria strennue obiret, honesta abeundi ac sese ab eius famulitio extricandi ansa reperta, tempestiue recessit, conditionem satis tolerabilem nactus deinceps apud nescio quem Tornaci: quemadmodum superioribus diebus ad me scripsit.

Repperi hic forte fortuna Epistolam tuam ad Gerardum Nouiomagum. Qua perlecta indolui, quod memini quam tibi fauebat quum apud Philipp. a Burgondia piae memoriae ageret. Satius profecto foret, mi Erasme, Musarum mystas inter se συγκρητίζειν aduersus reipub⟨licae⟩ literariae deuotissimos hostes, qui nullum non mouent lapidem vt mundum relictis frugibus ad glandes reuocent. Ah quam male me habet inauspicatissima haec tragoedia! Geruasius theologus Sorbonicus te plurimum salutat; scripsisset ad te epistolam bene longam, nisi consilium meum de hoc itinere faciendo tam fuisset repentinum. Non parum doluerunt item eo nomine Philippus Montanus, Iacob. Omphalius et Ioachimus Gandauus, qui literas alioqui ad te scripsissent. Ioachimus Galeni libros de alimentis a se translatos hisce diebus in lucem emisit; Philip⟨pus⟩ strennue docet Graecas literas, Omphalius Latinas. Quod ad me attinet, dabo operam apud quendam Germanum, qui nouum instituit praelum in vico Sorbonico, vt libri quam castigatissime imprimantur. Christianus Vuechel se

---

36. Epistolam] *contra Pseudeuangelicos*; see Ep. 2219. 11n.

43. Geruasius] Wain; see Ep. 1884.

46. Montanus] See Ep. 2065.

Omphalius] (11 Feb. 1500—25 Oct. 1567) of Andernach came to Louvain in 1524 from Utrecht. In 1529–30 he was M.A. at Paris (Lib. rec. nat. Alaman., f. 261) and in Nov. 1529 edited for Colinaeus a new edition of Politian's Latin Herodian. He taught in the Collège de Lisieux (Ep. 2065. 9, 10nn) in 1531, and made the acquaintance of Sturm about that time. In 1532 he was intimate with Erasmus (Lond. xxvii. 6, LB. 1241). An autograph letter to Oporinus from Paris is at Basle (G. II. 33. 202). Later he moved to Toulouse; where in Aug. 1535 he published a commentary on Cic. *Caec.* (Paris, S. Colinaeus) which he had composed for two pupils. Colinaeus also printed for him in 1537 *De elocutionis imitatione*.

After proceeding LL.D. at Toulouse on 1 Dec. 1535 he turned to practice of the law, and to public affairs. In Nov. 1537 he was at Spires as assessor to the Imperial Court, representing the Abp. of Cologne (Epp. 829. 15n, 1976); whose sympathy with reform he shared and whom he served with devotion till his death in 1552. Then after some service to Duke Wm. of Cleves (Ep. 2189) he became legal adviser to the town of Cologne; retiring at intervals to his estate at Büchel near Wiesdorf on the Rhine.

In his later years he composed large treatises on political science: *De vsurpatione legum*, addressed to Edward VI, and *De principis functione*, Basle, Oporinus, Sept. and Aug. 1550; *De ciuili politia*, Cologne, Quentel, 1563 and 1565. See ADB. xxiv. 352; a life by J. J. Höveler, Andernach, 1900; and J. Nève in *Revue belge de Philologie*, ix. 1930. Some autograph letters from him to Boniface Amerbach, 1537–50, are at Basle (G. II. 253–64); and about 70, of 1533–1566, are printed in editions of his *De eloc. imitatione*, Cologne, 1591, and Lyons, 1613.

47. Ioachimus] See Ep. 2049.

51. Germanum] He seems to have been absorbed by Morrhius; whose books are published in his own name.

52. Vuechel] The founder of a firm of printers which later in the century attained to a great name at Frankfort. Christian, who is said to have been of Basle, is first found in 1522, working in Paris for Conrad Resch; whom he succeeded in 1526. He quickly expanded the business, and by 1544 had produced more than 300 books. His last book is dated 1553; after which nothing is known of him. See ADB. xli. 364–6.

tibi plurimum commendat, praecaturque obnixissime vt sui aliquando velis meminisse. Bene vale, Erasme doctiss., et si qua in re mea tibi opus fuerit opera, vtere me non secus ac mancipio tuo. Francfordiae pridie Paschae Anno M.D.XXX.

Tuus ad omnia Gerardus Morrhius Campensis.

Eruditiss. viro D. Erasmo Roterodamo, preceptori suo obseruandiss. Friburgi.

2312. From Boniface Amerbach.

Basle MS. C. VI^a. 73. 174. v° (β). ⟨Basle.⟩
Basle MS. C. VI^a. 54. 32 (α). ⟨c. 16 April 1530.⟩

[There are two autograph drafts of this letter, both hastily written and much corrected. The emendations of α, written above the line, form the first text of β, which was subsequently emended further. It is clear therefore that β is nearer to the letter actually sent than α. With such rapid writing the text of one often helps out the other. A few variants are given here; but most of them are of no importance. In Am. E. 57 the text of α is adopted.

An approximate date may be assigned from the contents. The information about Oecolampadius is repeated by Erasmus on 22 May (Ep. 2321); an interval of time which no doubt indicates the severity of his illness.]

Salve, clariss. Erasme. Certior factus sum a Bebelio nescio quid Bucerum in te moliri, idque iam Georgii typographi Argentoratensis prelo vt publicum accipiat commissum. Tuae erit prudentiae quid ad improbum huiusmodi facinus cohercendum facto opus putaueris dispicere. Quid non audet improbitas? Oecolampadius noster minis et terroribus nullum non, quod aiunt, mouit lapidem, quo vniuersam Basileam sua coena dominica acciperet: ἀσυμβόλους diris deuouens, et pro canibus habendos, omnium munerum honorumque incapaces, aut si quibus praesint, mouendos—quid plura? ciuitate pellendos pronuncians.

Quae, malum, hominis pietas? quae Euangelii mansuetudo? Multos certe, quod exilium timerent, contra conscientiam tacere coegit. In die Coenae suam de Eucharistia doctrinam multis argumentis asserere adnixus, tandem epilogum adiecit: 'His' inquit 'nec Lutherus nec Erasmus nec totus orbis respondere poterit'. Io triumphe! O hominem inuincibilem! Bene vale.

2313. From Gaspar Ursinus Velius.

LB. 1109. Linz.
20 April 1530.

[For this letter we have found no earlier source than LB. It came no doubt to Leclerc from one of the private collections he mentions. The year-date is sufficiently confirmed by the contents.]

2311. 54. memisse *MS.*
2312. 1. a Bebelio *add.* β. 2. Georgii β: Aegenolphi α. 3–4. vel ad Sturmium scribere, quo improbus ille conatus reprimatur, aut alioqui *post* prudentiae α: *om.* β.

2312. 1. Bebelio] See Ep. 1508. 12n.
2. Bucerum] The *Epist. apologetica*; see Ep. 2238 introd.
7. sua coena] Cf. Epp. 2281. 7–9, 2321. 44–9.
9. incapaces] This expulsion from offices was carried out on 18 June; cf. Am. E. 60, Zw. E². 1049.
13. In die Coenae] The Thursday before Easter; 14 April 1530.

DESIDERIO ERASMO G. VRSINVS VELIVS S. D.

Ex quo Polyphemus ille tuus mihi reddidit a te literas, fateor me non rescripsisse. Primum, non erat cui recte darem; deinde id temporis egi procum, cum tuas acciperem, quae quidem cura omnes alias et vincit et exterminat; postea vero, cum ducenda erat vxor, iam ingruebat bellum, et erat supra caput hostis, qui prius in Austriam ruebat quam venire crederetur. Itaque pro cithara ac reliquis iocularibus quae solent nuptiis adhiberi, exaudita mihi sunt ea nocte Turcarum arma, quae prope sub ipsis clarissimae ac pulcherrimae vrbis moenibus concrepuerunt. Et nihil sane affuit celebrandis nuptiis earum rerum quas tu vehementer ac mea quidem sententia recte damnas in tuo libello ad Reginam Britanniae; neque ego eas magnopere concupiui, immo detestatus sum meras illecebras et instrumenta prauae atque inhonestae cupiditatis. Verum, quae res mihi acerbissima fuit, vix noctis maritus vnius prima statim luce cum propinquis vxorem dimittere sum coactus; quam tertio post die consecutus, vix euasi arma teterrimorum hostium, iam a tergo omnia ferro igneque vastantium.

Post vero solutam obsidionem, iam profectis hostibus, vbi Viennam redii, inueni res vxoris ac meas, tum hostium maleficio foris, tum iniuria defensorum domi grauiter accisas. Atque haud scio vtrum perniciosior fuerit crudelitas illorum in agro, an auaritia horum intra moenia et insolentia ac feritas inaudita: qui inquieti inter suos ac violenti, apud hostes ignaui et fugaces, omnes prope rerum vrbanarum copia, sed praecipue vini, corrupti, omnia diuina atque humana foede promiscuerunt. Inter quos parua admodum manus Hispanorum pro sua portione plus verae laudis meruit quam egregiae illae cohortes vsque ex vltima Germania Viennam missae.

Atque equidem de his neque nunc liberius neque possum copiosius ad te perscribere, quia vereor ne edantur in publicum literae meae, aut alioqui proferantur; et minime vacat in epistola talia exsequi quae vix vna librorum decade possent explicari. Sed et antea te rogaui ne quid ederes mearum literarum, quoniam saepenumero ea scribimus quae aut inepta videri possint, aut sunt eiusmodi vt prolata fraudi sint auctori; et plerumque sumus

---

1. Polyphemus] In March 1529; see Ep. 2130.

8. Turcarum arma] The siege of Vienna began on 20 Sept. 1529.

10. nuptiis] See Ep. 1756. 100n.

11. libello] *Inst. Christiani matrimonii*; see Ep. 1727.

19. solutam] on 15–16 Oct. 1529.

23. intra moenia] Cf. Brassicanus' preface, dated from Vienna, Dec. 1530, to pt. ii of his Eucherius, Basle, Froben, Aug. 1531, f^o. aa^2 v°.: 'cum interea nostri milites intra moenia libros omnes discerperent, omnia volumina corrumperent, ita vt vix a publicis etiam bibliothecis diripiendis aut vi prohibiti aut autoritate submoti fuerint. Vides, optime vir, quam vnico nomine tantum, non etiam moribus, a Turcis hae belluae differunt'; with a marginal note, 'Germanorum militum atrox facinus'. See also ll. 44–5; and the *De bello Pannonico* (l. 43n), p. 133.

27. Hispanorum] A band of 700, who displayed great valour during the siege; see the *De bello Pannonico* (l. 43n), pp. 112, 123.

33–4. et antea] There is something of this in Ep. 851.

intenti magis rei qua de scribitur, quam vt inseruiamus sermonis elegantiae et oratoriis ornamentis. Proinde iure meo iterum atque iterum a te peto, vt premas quidquid epistolarum hactenus ad te misi, ac mittam in reliquum: scribam vero ad te prolixius vbi Augustam cum Rege ventum erit. Heri primum Vienna huc redii, vbi per tres menses multum laboris operaeque insumsi in describenda obsidione nobilissimae illius quondam ac pulcherrimae vrbis, nunc vero et hostium et nostri militis incendiis ac rapinis misere deformatae.

Hencelii cum morum optimorum suauitate ac consuetudine iucunda maiorem in modum delector, tum eius concionibus mirabiliter animus meus accendi solet ac recreari. Vtitur non illo spiritu quo plerique Germani in concionibus vtuntur, accusatorio et bilioso, verum docet recte, monet breuiter, reprehendit modeste ac raro; et cum vitia praeterita corrigi nequeant, praesentia emendare, ac futura ab hominum mentibus auertere, accurate studet. Vtinam huius similes essent *δέκα μὲν συμφράδμονες*! facile quidem expugnaretur arx et ciuitas impiorum, neque ederentur tot ac tanti inter Christianos tumultus.

Ostendit mihi Brassicanus aliquot epigrammata Gallorum aduersus te pro Budaeo, etiam Lascaris: quae tu nimirum, vt es singulari vir sapientia ac animi virilis et erecti, non flocci feceris. Neque vero magnopere laboraueris, quid Galli rauci occinant Philomelae, aut quid Graeci obiiciant Germano: qui si intelligunt quo sensu scripseris Ciceronianum tuum, impie et iniuriose alteri maledictis, alteri nugis in te inuehuntur. Bene vale, optime et doctissime Erasme. Bonifacio nostro, beneficentissimo viro, salutem meis verbis dices, itemque Beato et reliquis amicis.

Ex Lintio Austriae superioris 20. Aprilis, Anno 1530.

^{2303}2314$_{2361}$ FROM CONRAD OF THUENGEN.

Leipzig MS. — Wurzburg.
EE. 126. — 9 May 1530.

[An original letter, by a secretary throughout: not signed.]

CONRADVS EPISCOPVS VVIRCEBVRGENSIS DES. ERASMO ROTERODAMO S. P. D.

In ea epistola, quam praeterito anno D. Augustino Mario, dum a Friburgo huc Vuirceburgum commigraret, ad nos dederas, inter alia Marium commendans, scribebas Marium te nobis non commendare, quum scires hunc pro suo merito esse commendatissimum; quin potius te optare ac sperare futurum vt tu per illum

2313. 41. Rege] Ferdinand.
43. obsidione] His narrative is in bk. vi of his *De bello Pannonico*, 1762, pp. 110–127: see Ep. 1917. 17n.
46. Hencelii] For his residence now at Linz see Ep. 2309.
53. *συμφράδμονες*] Cf. Hom. *Il.* 2. 372.
56. Brassicanus] For his contact with Ursinus at this time cf. Ep. 2305. 16n, 49–50.
epigrammata] See Epp. 2021 introd., 2027. 26n.
57. Lascaris] Cf. Ep. 2027. 27.
61. Ciceronianum] See Ep. 1948.
63. Bonifacio] Amerbach.
64. Beato] Rhenanus.
2314. 1. epistola] Ep. 2164.

fieres commendatior. Ea res quam pro voto successerit, interim liquido cognouimus. Nam Marius sua integritate, virtute ac doctrina, quarum nobis hactenus egregium saepe exhibuit specimen, et commendatione se ostendit dignissimum, et Erasmum, quem admirabilis eruditio eloquentiaque toti etiam orbi commendatum et gratum fecere, suo preconio multo reddidit commendatiorem; tuam scilicet naturam, conuersationem, mores et ingenium, humana, candida, iucunda omnia, tam graphice demonstrans, vt nobis iam te haud minus notum esse arbitremur quam eum qui non vno aut altero congressu colloquioue sed longi temporis conuictu cognitus est.

Quod autem nunc Danielem Stibarum huc redeuntem tuis commendas literis, idem ante ab aliis quibusdam quoque factum est, qui adolescentis indolem ac vehemens in bonas literas studium non mediocriter laudarunt. Verum tuum encomium plus caeteris apud nos fidem habet, qui scilicet neminem facile commendas aut probas quam qui commendari optime meritus sit. Proinde non modo ipsi Stibaro nobis ob animi sui dotes dilecto, sed nostro etiam Capitulo plurimum gratulamur, quod istiusmodi accessione collegae decoratum sit. Vterque nobis charissimus est, et Marius et Stibarus, cum propterea quod tales sint qui pro merito commendantur, tum etiam ob id, quod per hos contigit duas nos tam doctas ac eruditas ab omnium longe doctissimo eruditissimoque Erasmo accipere epistolas. Quare factum vt, licet ipsi Erasmo, qui vltro, non prouocatus, amiciciae foedus nobiscum iungere voluerit, non parum deuincti simus, tamen ambobus illis per quos eius initae necessitudinis occasio data est, nonnihil etiam debere nos ingenue fateamur.

Psalmum, quem per Stibarum dono nobis misisti, auide legimus; nihil in eo est non Erasmicum, hoc est politum, splendidum, tempestiuum. Caeterum vt aliqua ex parte nostram vicissim experiare gratitudinem, mittimus tibi praesentibus poculum, obnixe rogantes, exiguum hoc munus non ex materiae aut operis precio sed donantis animo aestimare, ac quasi aliquod amici tui *μνημόσυνον* habere velis. Vale, mi doctissime Erasme, et nos, vt facis, ama.

Vuirceburgi septimo idus Maii Anno M.D.XXX.

Clarissimo viro eruditissimoque theologo Des. Erasmo Roterodamo, amico suo charissimo.

^{2272}2315$_{2385}$ To Jacopo Sadoleto.

Epistolae Floridae p. 8. Freiburg.
K. p. 28: N. p. 960: Lond. xxv. 11: LB. 1085. ⟨c. 14 May 1530.⟩

[Ep. 2272 reached Erasmus on 30 March; see Ep. 2299. 55. He put it aside to read at leisure, but then could not find it (ll. 9–11); so that he was obliged to answer it without having it before him. A date may be assigned in the middle of May; for on 17 May Boniface Amerbach wrote to Sadoleto

30. vltro] Cf. Ep. 1124. 2.
34. Psalmum] See Ep. 2266.
37. poculum] 'ingens', of gold, having the Bp.'s arms: Major p. 41.

(Basle MS. C. VI[a]. 54. 55) that he had received a packet of letters from Erasmus to forward to him. Delay occurred, and the letters were not delivered to Sadoleto till 8 Sept. He replied to both his friends on 17 Sept. (Ep. 2385 and Basle MS. Ki. Ar. 18[a]. 354). To Boniface he wrote: 'Erasmum meum incredibiliter amo : qui mihi humanissimas misit litteras. Eius cupio causa omnia : vtinam quam ille me sibi beneuolum, tam beneficum etiam posset experiri!']

ERASMVS ROTER. IACOBO SADOLETO S.

Tot epistolarum acerui ex omnibus mundi plagis ad me deferuntur, praesertim bis in anno, sub mercatum Francfordiensem vernum, rursus sub autumnalem, vt hisce temporibus aegre tuear valetudinem, dum plerisque rescribere conor: nam omnibus qui possim? Atque inter has sunt quaedam nugales ac friuolae loquacitatis, quaedam amarulentae, quaedam plurimum et voluptatis adferunt et solatii. In his tamen postremi generis vix vlla fuit, si quid mihi credis, tua gratior, insigne praesulum huius aeui decus. Eam igitur a turba semotam alicubi seposui, per ocium accuratius relegendam. Sed quod non raro nobis vsu venit, hoc ipso mihi periit, quod anxie studuerim ne periret: quanquam opinor aliquando ad manum non quaerenti venturam, et repertum iri quae nunc inueniri non potest.

Hoc praefari visum est, quo mihi sis aequior, si forte ad elegantissimas tuas litteras parum apposite respondero. Pro Psalmo tuo vix dici possit quantopere te amem; qui me legentem sic affecit, vt exordio gustato non conquieuerim donec ἀπνευστὶ ad calcem peruenissem. Ea lectione factus sum primum alacrior, dein aduersus quorundam improbissimos tumultus animosior, postremo ad pietatis studium inflammatior, et omnino meipso melior. Manifesto sensi spiritus energiam per te loquentis. Non sic inflammares, nisi flagrares ipse; non sic raperes, nisi raptus afflatu numinis. Haud quaquam haec dantur auribus tuis, ornatissime Praesul; nec enim te tibi laudo, sed numinis eximiam benignitatem in te veneror atque exosculor. Quin et in spem bonam erigor fore vt aliquando Christus nostri misertus, Ecclesiam suam magna ex parte conuulsam pristino vigori restituat, posteaquam tales exoriuntur episcopi.

Equidem sic existimo, vnicum hoc tuum commentarium, si quis attente legat ediscatque, ad omnem vitam recte pieque instituendam sufficere. Nam quae tandem pars est Christianae philosophiae quam ibi non accuratissime tractas? Quam validis rationum machinis retundis impios qui negant esse Deum, item qui negant illi curae esse res mortalium! Quo fulmine territas eos qui spreto numine prauis animi cupiditatibus obsequuntur! Deinde qua moderatione laudas philosophorum de beate viuendo praecepta, sed ita vt non patiaris nos illic iacere felicitatis ancoram! Rursus commonstrato quid Iudaeis etiam defuerit, adducis nos ad

14. forte *add. K.* 15. respondero *J*: respondere videbor *K.* 17. ἀπνευστὶ *add. K.*

1. epistolarum acerui] See Ep. 2295. 2n. 9. seposui] Cf. Ep. 2367.

Christum vnicum verae felicitatis autorem. Quam graphice ponis ob oculos, qui se totos dediderunt impietati, etiam in summa felicitate esse infelicissimos! contra, qui se plena fiducia Christo tradiderunt, in summis quoque cruciatibus ac mortibus esse felicissimos. Quam vero Christiane omnem vindictae libidinem penitus ex animis hominum reuellis! Quanta mansuetudine nullum, quamuis scelerosum, submoues a spe veniae! sed deploratissimis etiam ostendis viam qua possint cum Deo redire in gratiam. Ad haec, quam prudenter temperata libertate, declaras quanto in discrimine versentur principes et episcopi, si, contempta pietate numinis, neglectis populi commodis, ad tyrannidem animum adiiciant! In his nimirum dogmatibus constat totius Christianae religionis tum prora tum puppis, quod aiunt: quae tu tanta perspicuitate, tanta copia, tanta denique δεινώσει disseris, exprimis, inculcas, vt lector non oscitabundus facile deprehendat tibi ista non in primoribus nasci labris, sed ab intimis animi recessibus proficisci. Iam et Scripturarum testimonia tum crebro, tum apte et in loco adhibita, faciunt vt te credam in adytis coelestis philosophiae nec obiter nec oscitanter versari.

Quid enim nunc praedicem illum vere Tullianum orationis fluxum, vbique purum, limpidum, vberem et amoenum? Quoties optaui vt coelestis illa sapientia talem aliquem nancisceretur oratorem, qualis Cicero contigit vel causis forensibus vel Graecorum explicandae philosophiae! in quo syncera pietas animi cum eloquendi virtutibus paria faceret. Eum tu nobis, si quis alius, vt praestare coepisti feliciter, ita constanter praestaturus videris. Quod Apostoli Christi mysteria impolitiore verborum tectorio nobis prodiderunt, peculiarem habet causam; nimirum ne quid tum eius laudis quae tota numini debebatur, hominum viribus decideretur. Nunc alia est ratio. Nonnulli theologiam immodico prophanae philosophiae admixtu propemodum obruerunt, ac verborum sordibus nonnihil conspurcarunt: tu sic aspergis subinde quaedam e philosophorum libris vt ancillentur pietati, non imperent, condiant non vitient, illustrent non obscurent. Sic adhibes felicissimum orationis nitorem, vt veluti morigera pedissequa seruiat religioni, nec sese ostentet sed reginae suae maiestatem officio suo commendet.

Quantum pietatis habent illae tuae frequentes apostrophae, nunc ad Deum, nunc ad leges diuinas! Ad haec, vehementer arrisit mira quaedam dexteritas in concinnandis versiculis, quod tu facis tam molliter, vt non linum, quod aiunt, lino connecti, sed naturali perpetuoque fluxu sermo totus sibi cohaerere videatur. Super omnia vero me delectauit ista singularis ingenii tui sanitas, quae nihil vsquam hiulcum aut abruptum aut inconcinnum, aut frustra repetitum aut alieno loco positum residere patitur. Hae nimirum sunt dotes animi puri nullisque prauarum cupiditatum tumultibus irrequieti, in qualibus coelestis ille spiritus gaudet vim suam exerere.

Quare, Praesul egregie, non dubito quin alii qui largissimam Christi in te benignitatem rectius me perspiciunt, sint tibi gratias

86. exercere *N.*

vberiores acturi; ego certe meo nomine me tibi profiteor semperque profitebor debere maximas. Decem Nestores optabat Agamemnon; nos ardentioribus votis decem Sadoletos optamus Ecclesiae Christi. Nec desperamus id fore; neque enim est abbreuiata manus Domini, nec in totum abiecit viscera misericordiae, vtcunque nos ad tempus destituisse videatur, quo suos electos redderet probatiores.

Quod opellam meam in Psalmum LXXXV. non improbas, non minus amo candorem istum tuum singularem quam admiror incomparabilem eruditionem. Et antea mihi totus ibi displicebam; verum vbi meam inconditam balbutiem cum ista tua facundissima sapientia confero, liberet ad laqueum confugere, nisi hoc essem ingenio, vt voluptati sit in honestis atque vtilibus a quamplurimis superari. Atque vtinam ea esset studiorum felicitas vt Erasmus aut rideretur Mysorum vltimus, aut cum Megarensibus nullo loco neque numero haberetur! Nos si quid istiusmodi damus, alieno fere damus affectui, idque obiter, velut a grauioribus operis redintegrantes animi vigorem.

Nemini procliue sit aestimare quantum sudoris fuerit in recognoscendis ac locupletandis Adagiis; quantum in emaculando Seneca, qui magno mei nominis dedecore fuerat antea per indiligentes amicos, me absente, aeditus; quantum in Augustino, nunc in Chrysostomo; quantum in vertendis Graecis, et in conferendis quae vertimus; quantum tedii in recognoscendis nostris, quae subinde reuocantur ad praelum; vt omittam alios minutos libellos, quos identidem extorquent a nobis amici. Imo nihil est tam sordidum quod mihi non obtrudat officina Frobeniana, nimium familiariter abutens ingenii mei facilitate. Et hoc mihi vitium est maximum, cuius nec ipse mihi gratiam facere possum. Nihil pario, sed aborsu eiicio foetus ingenii omnes. Isti commentario quem dignatus es legere, vix dati sunt dies septem, nec hi tamen toti, nec ab integro, sed a defatigato. Vbi sex aut septem praela feruent, non licet vni vacare negocio. Et si quid talium est libellorum, fere incidit sub nundinarum tempus, quum in officina tumultus plena sunt omnia. Quae res in causa est vt multis fere mendis obliti prodeant. Effugi quidem Basileam, sed me, velut vmbra corpus, sequuntur officinae negocia. Eoque sum ingenio natus vt aegre quicquam amicis pernegare valeam; quanquam hic animus iam pridem quietem optat, aetas ac valetudo etiam flagitat ocium.

Pro tuo gemmeo libello mitto commentariolum in Psalmum XXII; vere, quod abs te modeste dictum est, *χρύσεα χαλκείοις*

90–91. Agamemnon] Hom. *Il.* 2. 372.
96. opellam meam] See Epp. 2017–18.
103. Mysorum vltimus] See *Adag.* 577.
103–4. Megarensibus] See *Adag.* 1079.
108. Adagiis] See Epp. 2022, 2023.
109. Seneca] See Epp. 2091, 2092. antea] See Ep. 325.
110. Augustino] See Ep. 2157.
111. Chrysostomo] See Ep. 2359.
113. minutos libellos] See Epp. 2266, 2273–4, 2282, 2284–5.
115. Frobeniana] See Ep. 2305. 17n.
118. aborsu] Cf. Ep. 235 8. commentario] See l. 96.
129–30. Psalmum XXII] See Ep. 2266.

repensans. Eum petiit a me vir cum primis eruditus, praesertim philosophiae, quod rarum est inter nobiles; pater eius puellae quam Angliae Rex destinasse fertur sibi in Reginae locum asciscere. Hoc quo consilio fecerit nescio. Regina vix a me impetrarat Matrimonium Christianum, prorsus ignaro quid ageretur: post subodoratus sum iam tum agi de repudio, sed clam. Id quanquam me prorsus latebat, tamen in eo libro tot modis astringo nodum coniugii indissolubilem, quasi repudium dissuadere decreuissem. Fieri potest vt diuersa pars aemulatione quadam hoc a me ambierit. Eoque diu haesitaui num esset illi mos gerendus; nec omnino gesturus eram, nisi vidissem et Psalmum perbreuem et argumentum nihil ad repudii negocium pertinere. Nam ei causae, quanquam non semel rogatus, nunquam animum induxi memet admiscere. Quae supra nos, nihil ad nos. Nunc vtrunque habeo mihi pariter fauentem; vtinam essent in caeteris omnibus aeque concordes Rex optimus et Regina sanctissima!

Citas Hesychium quendam, cui primas in hoc genere tribuere videris. Is hactenus mihi prorsus fuit ignotus. Hilarium habemus, sed mutilum; quem arbitror ex Origenis commentariis hausisse fere quae nobis tradit. Qui tum mihi quum enarrarem Psalmum LXXXV, nescio quo pacto non venit in mentem, quemadmodum nec Pomerianus: non quod omnino fidam huiusmodi scriptoribus, sed quod sapienti quaeuis occasio efficiat interdum vt fiat sapientior. Hieronymi commentarios in Psalmorum opus habemus indigne contaminatos ab improbissimo quopiam impostore, cuius naeniae sunt et in eum Psalmum tuum. Augustinus non indiligenter tractauit hanc prouinciam; nisi quod permulta dare cogitur auribus populi quem instituebat, occupato doctoque lectori non admodum necessaria, nonnunquam et onerosa. In quosdam Psalmos non scripsit commentarium, sed breuissima modo scholia: quod accidit in hoc Psalmo quem nunc mitto. Cassiodorus maluit omnia scribere quomodocunque quam pauca exacte. Extant et Brunonis in Psalmos commentarioli, pietate verius quam eruditione commendabiles. Arnobii enarratio nonnunquam ipso breuior est Psalmo. Quin officit interdum scripturienti tam varia lectio. In hoc Psalmo praeter Hieronymum et Augustini scholia nihil a quoquam mutuati sumus. In priore Psalmo quem nobis dedisti, video te non parum multa hausisse ex lucubrationibus Ambrosianis.

131. Eum ... 147. sanctissima *J*: Eum mihi quidem ipse non desumpsi, sed a quodam ex aulae Britannicae proceribus designatus est *K* (proceribus *add. N*). 153. Pomeranus *N*. omnino *add. K*. 154. efficiat *J*: praestet *K*. 162. modo *add. K*.

131. vir] Thos. Boleyn; see Epp. 2232, 2266. The removal of this very plain-spoken passage in K is noticeable.

135. Matrimonium] See Ep. 1727.

143. rogatus] Cf. Epp. 2256, 2267.

148. Citas] on Ps. (*Vulg.*) 93. 20.

Hesychium] In Ep. 2385 Sadoleto explains.

149. Hilarium] His commentary on about 50 Psalms, in three series, fills the second volume in Erasmus' edition (Ep. 1334).

153. Pomerianus] Bugenhagen: see Ep. 1539. 77n.

155. Hieronymi] See Ep. 1427. 49n.

163. Cassiodorus] Cf. Ep. 2143. 14–34.

164. Brunonis] See Ep. 2143. 28n.

165. Arnobii] See Ep. 1304.

168–9. priore Psalmo] See ll. 178–80.

Non semel rogatus sum, quum ab aliis, tum ab Anglorum Rege, vt in omnes Psalmos aederem commentarios; sed deterrebant me, quum alia multa, tum illa duo potissimum, quod viderem hoc argumentum vix posse pro dignitate tractari, nisi quis calleat Hebraeorum litteras atque etiam antiquitates, partim quod verebar ne turba commentariorum obscuraretur sermo propheticus citius quam illustraretur. Quis enim non scripsit in Psalmos? Et quinquagesimus ille in quo nobis primum dedisti specimen facundissimae tuae pietatis, a quo non contrectatus est? quanquam tu superiores omnes longo post te interuallo reliquisti.

Porro, quum ea sit tua autoritas, dignitas ac sanctitas, vt abs te aequo animo non solum amicam admonitionem verum et colaphum accipere possim, tamen praestaturus praecipuum amicitiae officium, quanta vteris προθεραπεύσει! non alia lege tibi sumens admonendi ius, nisi mihi id ex aequo facias mutuum. Ego vero, vir incomparabilis, tales heroas suspicere soleo, non admonere. Displicere tibi videtur quod in scriptis meis taxem ordines aut viros dignitate praeminentes—nisi tamen me fallit memoria; nam verba tua tum in transcursu lecta non satis exacte teneo. Quid mihi exciderit alicubi nescio; certe nunquam fuit animus gentem vllam aut ordinem scripto laedere: nisi forte laedit ordinem, qui monet ea quibus ordini sua cuique paratur et augetur tum autoritas tum dignitas. Velut ordinis theologici dignitas est, vt praetermissis friuolis argutationibus diuinas litteras sobrie tractent ac reuerenter, vtque mores professioni respondeant. Monastici ordinis dignitas est, vt vere mortificatis affectibus humanis declarent se syncera pietate vulgus antecedere. Principum dignitas est, vt quam longissime absint a tyrannide. Episcoporum dignitas, vt ad Christi et Apostolorum virtutes quam proxime accedant.

Haec qui monet, taxans eos qui dedecorant professionem suam, adeo mea quidem sententia non laedit ordinem, vt ordinis honori commodisque vehementer consulat. Ac ne quis quod in degeneres aliquot dictum est, rapiat in omnium contumeliam, frequenter obtestor lectorem ne quod in malos paucos dicitur, existimet ad omnes pertinere. At in hoc fortasse pecco, quod id facio vel nimium crebro vel aequo vehementius. Verum huius culpae partem in diuinos libros possim reiicere, qui nusquam non ministrant occasionem talia monendi. Et si ego pecco nimium sedulus et acer admonitor, illi multo magis peccant, qui sic moniti adeo non corriguntur vt indies vergant in deterius, nec se purgare sed monitorem conspurcare studio habent. Nusquam tamen attingo flagitiorum mysteria, quae populus in illos decantat.

Porro, quibus technis, quibus imposturis, quam impudentibus mendaciis, quam scurrilibus libellis me nunquam cessant impetere, si tibi ordiar recensere, historia fuerit indigna tuis castissimis auribus: cuius et ego non illibenter obliuiscor. Videmus ac dolemus, quod tu quoque deploras, Ecclesiam vndique collapsam:

214. cessent *K.*

---

176. propheticus] See Ep. 1381. 145n.

178. quinquagesimus] Ep. 1586. 1n.

189. in transcursu] Cf. ll. 9–10.

sed in confesso est nullum esse genus hominum corruptius hodie quam monachos. Augustinus dicit in monasteriis aut rectissime viui aut quam periculosissime errari. Posterius hoc nunc perspicit ac suspirat orbis. Nec illi confugiunt ad vitae correctionem sed ad fucos ac tyrannidem; tantaque multos habet caecitas, vt quum experiantur se suis molitionibus nihil aliud assequi quam quod indies optimo cuique redduntur magis ac magis inuisi, tamen nullum faciant tumultuandi finem. Scripsi multas Apologias, fateor, sed bene habet quod nullam inuectiuam. Multorum tamen petulantissimis libellis non respondi; et quibus respondi, eos omnes multis parasangis modestia ciuilitateque superaui. Et tamen lacessito solet ignosci potius quam lacessenti.

Quum adolescens versarer in bonis litteris, illud vehementer amabam in Nasone, quod illius stilus nullius vnquam cruore maduisset; idque statueram imitari. Diuque in eo perstiti proposito, licet a multis odiose lacessitus, donec ad pietatis calumniam est ventum; ibi mutus esse nec debui nec potui. Nec alia res peius habet quosdam monachos quam quod in ipsorum gratiam nolim esse haereticus.

Iam si narrem quas amarulentias patiar ab his qui latitant sub Euangelii falso titulo, nec tibi nec cuiquam facturus sim fidem; at ego qui sentio, nec mortem arbitror acerbiorem. Quumque mihi ab altera parte permulti tam malam referant gratiam, tamen constanter ad vnum Christum spectans, nunquam a recto dimoueri potui; vel decies emori paratus citius quam ad vllam me sectam deflectam ab Ecclesiae consortio. Atque vt fateor inter hos esse nonnullos pia mente praeditos, ita manifestum est huius miserrimae fabulae qua nunc laborat orbis, et protasin et epitasin a quorundam eius ordinis improbitate fuisse profectam; atque adeo nonnihil vereor ne per eosdem stet quo minus contingat catastrophe qualem volumus. Olim Dominicani quidam intolerabili impudentia concionabantur de indulgentiis; Lutherus suo more reclamauit. Haec erat πρότασις. Respondit odiose Prieras, odiosius se defendit alter. Iacobus Hoghestratus, veluti campum quaestus et gloriae nactus, nusquam non tumultuabatur. Nicolaus Ecmondanus in Brabantia seditiose vociferabatur apud populum: quisquis bene monebat, is protinus audiebat 'Fautor haereticorum'. Haec erat ἐπίτασις.

Si initio Martinus fuisset neglectus, aut non extitisset hoc incendium, aut certe non tam late fuisset diuagatum. Nunc demum prosiliunt in harenam e sodalitio Franciscanorum quidam, Obseruantiae titulo commendati vulgo. Quod ad me quidem attinet, optarim quouis modo sopitam hanc Ecclesiae pestem; sed vt actionem instituunt, vereor ne nihil aliud quam malum exacerbent. Quos tumultus excitarunt in Hispania, contemptis

225. *K*: faciunt *J*. 251. Hogstratus *N*.

219. Augustinus] *Ep.* 78. 9; cf. Ep. 2037. 202–3.
250. Prieras] See Ep. 872. 16n.
251. Hoghestratus] See Ep. 290. 10n.
253. Ecmondanus] See Ep. 878. 13n.
258. Franciscanorum] See Ep. 2275.

etiam principibus! Nunc iuuenes duo scribunt libellos simpliciter scurriles, contra Caesaris aedictum et Archiepiscopi Hispalensis autoritatem. Oportet, inquiunt, obedire Deo magis quam hominibus. Sed ista cantio est autoritati praesulum ac summi Pontificis oppedentium. Apud Senatum Parisiensem, apud episcopos Angliae, in aula Caesaris Brabantica quoties moliti sunt vt libri Erasmi vetarentur vendi! Vbique repererunt aureis surdas. Habent Louanii iuuenem quendam etiamnum imberbem, qui quicquid audet in suorum sodalium conuiuio garrire, non veretur committere litteris, et singulis mensibus effutit nobis nouos libellos; quumque rideatur ab omnibus, tamen sibi displicere non potest, tanta est philautia. Aduersus huiusmodi naenias decreui in posterum pertinax silentium, quando nihil est inuictius indocta garrulitate. Leuius esset certamen tamen cum quouis cardinali quam cum quoquam illius sodalitatis gregario.

Caesaris aduentus quid allaturus sit nescio. Dominus nutu suo potest scenam rerum humanarum subito in diuersum vertere. Id ni faciat, nihil video nisi cruentos tumultus in Germania. Populus fere et agricolae aut lutherissant aut odio sacerdotum inhiant ad omnem occasionem. Iam ecclesiastici cordatiores non minus metuunt sibi a principibus ac militibus quam ab haereticis. Adde quod sub hoc Euangelii nomine latitant quidam deploratae maliciae et ad omne facinus parati homines. Duae quaedam res nonnullam praebent spem; vna est genius Caroli Caesaris mire felix, altera est quod isti in dogmatibus suis inter se dissentiunt.

De me, qui hic inter sacrum et saxum sto, viderit Dominus. Nullum portum mihi tranquillum video, et corpusculum hoc tantum non senio fractum iam dudum abhorret a vertendo solo. Equidem video quanta cautione quantaque dexteritate sermonem temperas, quoties monarchas aut episcopos admones officii sui. Verum hoc est istius felicissimi ingenii peculiare donum; et quanquam sapiens ac moderata admonitio probum lectorem magnopere delectat, tamen improbos et altum vitiis indormientes non perinde excitat.

Tametsi hac in re nolim prorsus esse tergiuersator. Agnosco nonnullam culpam meam. Abusus sum illius tranquillitate seculi. Morem gessi studiis et applausibus amicorum; et vtinam liceret omnia ab integro retexere! Non suspicabar hominum ingeniis tantum morosae teneritudinis inesse. Sed interim molior efficere ne quem offendam, praesertim in his operibus quae tractant pietatis

290. non tantum *K*. 302. in *om*. *N*.

263. iuuenes duo] Carvajal and Titelmans; see Epp. 2299–2301.
264. Caesaris aedictum] See Ep. 1690. 119n.
Hispalensis] Manrique; see Ep. 1846.
265. Oportet] Acts 5. 29.
267. Apud Senatum] See Epp. 1721, 1902 introd., 1905.
apud episcopos Angliae] Cf. Epp. 1697, 1704.
268. in aula] See Ep. 2134. 160n.
270. iuuenem] Titelmans; see Ep. 2261. 71n.
278. Caesaris aduentus] See Ep. 2294. 13n.
288. inter . . . sto] See Plaut. *Capt.* 617, *Cas.* 970, and *Adag.* 15.
290. senio fractum] But contrast Ep. 2275. 21–34.
298. culpam meam] Cf. Ep. 1887. 11–14.

ac fidei negocium; tuae moderationis exemplar mihi proponens. Coniicio vero istos tuum quoque placidissimum ingenium tentasse suis querelis. Quo enim non penetrant? Cuius non sollicitant animum? Cuius aures non fatigant suis delationibus, plerunque vanissimis? Vtinam Dominus det illis mentem meliorem, vt mutatis in diuersum moribus praestent sese tales orbi quales haberi volunt!

Verum ipse iamdudum de his nimium multa apud te. Illud certo sciat tua charitas, mihi tuam admonitionem aliquanto gratiorem fuisse quam laudes tuas; etiamsi non sum nescius vtrunque ab animo syncero beneuoloque proficisci. Bene vale.

Aliquot errata typographi notaui in scheda, de quibus tute statues quid fieri velis. Friburgi Brisgoiae. Anno †M.D.XXIX.

2316. From John Botzheim.

Leipzig MS. Ueberlingen.
EE. 127. 18 May 1530.

[An original letter, autograph throughout: in sequence with Ep. 2310.]

S. Nescio profecto, doctiss. preceptor, quinam contigerit vt, cum nunquam ardentius cupierim affatim colloqui tibi, id preter solitum etiam parcissime et non, quo solebam, animo libero et vix mutire datum sit. Tametsi mala valetudo tua, qua laborabas, potissimum fuerit impedimentum primo colloquio, quod sentiebam esse molestissimum tibi, dederat tamen Deus reualescentiam aliquousque dum iterum colloqueremur, ita tamen vt hereret expectationis, soliti et iam assueti doloris propinqui metus et lassati corpusculi languor, cui graue videbatur omne colloquium; vnde factum est vt omnis loquacitas vna cum animi libertate collapsa sit. Volebam agere gratias pro epistolis accuratissimis in Epistolarum Opere mihi ascriptis, atque alia pleraque tractare preter suaues confabulationes. Hec omnia sustulerat iniquitas male valetudinis tuae, que suggesserat animum moerore turbatum. Non est itaque cur suspiceris alia. Id ipsum Bonifatio nostro contigit: quod priuato colloquio testati sumus inuicem.

Caesar in Oeniponte, stipatus multis regum et principum legatis, negotiosus est. Equites Burgundiaci, iniuria quadam intollerabili a plebe Campidonensi affecti, denunciarunt se hostes Campidonae oppidulo: cuius senatui, quesitis vndequaque consiliis a ciuitatibus vicinis idque frustra, tandem missis legatis ad Cesarem, frigide responsum est, ita vt latentem Cesaris indignationem facile intellexerint. Equites ducenti vicinia occuparunt illic, nec tuta

2315. 315. Anno *add. N.* 2316. 21. senatus *MS*: *corr. EE.*

2316. 12. Epistolarum Opere] H; which contained Epp. 1331, 2205-6, besides Ep. 1103 already printed in F.

17. in Oeniponte] He had arrived on 4 May: see Ep. 2294. 13n.

19. Campidonae] Kempten, a free city of the Empire, capital of the Algäu; NW. of Innsbruck, on the route to Augsburg. K. Walchner, *J. Botzheim*, 1836, p. 192, states that after this affray the district was occupied and blockaded for some years.

est migratio cuiuis a Campidona. Quid sibi velit hoc preludium, nescio.

Nouus confirmatus Episcopus noster, Balthazar, nihil scribit ad nos preter intollerabiles negotiorum procellas, quas ait imminere, ita vt egre spiritum trahat, spem leuiter pollicens. Nihil presagit animus boni, preter inania quedam et fumos triduanos. Christus omnia prosperet in nostram salutem! In presidio principum parum spei est. Bene vale, chariss. preceptor.

Ex Vberlingen. 15 Cal. Iunii. Anno. 1530.

Tuus, quantulus est, Ioannes Botzhemus.

Doctiss. et vero theologo ac oratori disertiss., domino D. Erasmo Roterodamo, preceptori obseruando. Friburgi.

2317. From Ferdinand to the Town Council of Freiburg.

Basle MS. Erasmiana. Innsbruck.
Breslau MS. Rehd. 254. 63. 18 May 1530.

[An original document, by a secretary; examined by Ferdinand's chancellor, the Cardinal of Trent (Epp. 1357, 2326), and signed by the King himself. In the Breslau MS. is a contemporary copy, hastily written, headed, 'An die von Fryburg Ferdinand'; but its variants are trifling, and as the original exists, this may be neglected.

Erasmus made his first will in 1527: see App. 19 in vol. vi. Now, for evident reasons, he was thinking again of his final dispositions. In response no doubt to requests from him, Ferdinand wrote on his behalf to the Town council of Freiburg to engage their interest; and two days later the Emperor vouchsafed a complete dispensation from any obstacles (Ep. 2318). That this document survives among Erasmus' papers at Basle instead of in the Archives at Freiburg, probably shows that it was delivered to him by his messenger, together with Ep. 2318, and that for some reason he made no use of it.

In spite of his present intention (Epp. 2320, 2324) Erasmus, so far as is known, took no further step at this time. Four years later he had an inventory of his possessions drawn up (Major pp. 38–47); but it was not till 1536 that he made his final will, 'fretus diplomatibus Caesaris, summi Pontificis ac magnifici magistratus inclytae ciuitatis Basiliensis' (Q. pp. 121–7; Major p. 48).

The year-dates of Epp. 2317, 2318 sufficiently confirm one another.]

FERDINAND VON GOTS GNADEN ZV HVNGERN VND BEHAIM ETC. KVNIG, INFANT IN HISPANIEN, ERZHERZOG ZV OSTERREICH ETC.

Ersamen weisen besonnder lieben vnnd getrewen!

Es hat vns der ersam gelert vnnser lieber andechtiger Erasmus von Roterodam angezaigt vnd bericht wie er in ansehung seines alters, auch täglichen kranckhait, bedacht vnd furgenomen das er ain Testament seines letsten willen, vnd wie es mit seinen puechern auch anndrer seiner hab gehalten werden soll, aufzurichten; vnnd deshalb seine Executores darzueuerordnen vnd se⟨t⟩zen wölle. So besorg er doch das von wegen ainer freyhait oder statrecht vnd brauch an solhem durch Euch verhindert werden möcht.

Dweil er dann zu euch als ain gast komen vnd gern seinen letsten willen, von wegen seiner gueter nach seiner andacht vnd

2316. 26. Balthazar] See Ep. 2310. 31–2.

wolgefallen verordnen wolt, vnnd dann wir im mit sonndern gnaden genaigt, auch solh sein furnemen fur guet auch Cristenlich achten: hierauf ist vnser beger, ir wellet vns vnnsern willen auch aus oberzelten vrsachen gedachten Erasme von Roterdam vergönnen vnd zuelassen; auch im deshalb vrkhundgeben, damit er mug ain Testament aufrichten, vnd zu volziehung etlich Executores, so im gefellig, ernennen lassen. Daran thuet ir vns guet gefallen vnd vnser maynung.

Geben in vnnser stat Ynnsprugg den xviii^{den} tag May. Anno etc. im xxx^{den}, vnnser Reiche im vierten.

Ferdinandus.

$\overset{t}{\mathrm{V}}$

B. Car^{lis}. Trid. Ad mandatum domini Regis proprium R. Wising.

Ersamen weisen vnsern besonndern lieben vnd trewenn Burgermaister vnd Rat vnser Statt Freyburg im Prewsgew.

2318. Letter Patent of Charles V.

Basle MS. Innsbruck.
Basle MS. C. VI^{a}. 71, f. 56 v°. 20 May 1530.

[An original document, written by secretary Schweiss and signed by the Emperor, and sealed with a plain seal. Hidden in the fold are the inscriptions '$\overset{t}{\mathrm{V}}$ ⟨=vidit⟩ Waltkirch', an attestation by an official (perhaps Mercklin, Epp. 1382. 25n, 2310, 2316) that the document had been examined; and 'Facultas testandi pro Erasmo Rotherodamo'. Outside is a bold endorsement 'Taxa nihil, quia pro magno Erasmo'; and in the centre 'Sta ⟨=sigillata⟩ Obernburger', another official attestation.

There is also a copy on fine vellum, made no doubt at the order of Boniface Amerbach, in the bound volume which contains copies of Ep. 1588 and other documents connected with Erasmus' will. Another contemporary copy is in the Staatsarchiv at Basle, Rathsbücher C. 6, f. 132.

The year-date is confirmed by Charles' presence at Innsbruck; where he halted from 4 May to 6 June on his way to Augsburg.]

CAROLVS DIVINA FAVENTE CLEMENTIA, ROMANORVM IMPERATOR SEMPER AVGVSTVS, AC GERMANIAE, HISPANIARVM, VTRIVSQVE SICILIAE, HIERVSALEM, HVNGARIAE, DALMATIAE, CROATIAE ETC. REX, ARCHIDVX AVSTRIAE, DVX BVRGVNDIAE, BRABANTIAE ETC., COMES HABSPVRGI, FLANDRIAE AC TIROLIS ETC.

NOTVM facimus tenore presentium vniuersis. Tametsi vniuersos et singulos nostros subditos et fideles gratia et beneuolentia prosequi consueuerimus, illos tamen praecipuo fauore dignos censemus, qui nobis ac reipublicae sano prosunt consilio, et suo studio illustrant orbem. Hinc est quod cum honorabilis deuotus nobis dilectus Desiderius Erasmus Rotherodamus, noster consiliarius, exponi nobis fecerit vt desideret rebus suis testamento prouidere, petendo facultatem a Maiestate nostra quo sibi id integrum fiat ratumque habeatur; nos attenta rei aequitate,

2317. 22. vierten] He had been King of Hungary since early in 1527: see Ep. 2295. 18n.

24. V] *sc.* vidit.

2318. 6–7. consiliarius] See Ep. 370. 18.

cupientesque prefato Erasmo non modo in his sed multo maioribus gratificari, motu proprio ex certa scientia ac de absolutae potestatis nostrae Caesaree plenitudine omnique meliori modo, ipsi concedimus et impartimur licentiam, auctoritatem, facultatem et potestatem legandi, testandi et disponendi de bonis ac rebus suis quibuscunque, tam inter viuos quam in vltima voluntate et alias, prout sibi videbitur et placuerit; Approbantes ex nunc prout ex tunc et econtra, motu, scientia, et plenitudine predictis, omnia quae prefatus Erasmus super bonis suis ordinauerit ac disposuerit, in his omnibus non obstantibus quibuscunque iuribus, constitutionibus, legibus, ordinationibus, decretis seu statutis, et precipue ciuitatis Friburgensis in Brisgoia vbi ipse inpresentiarum residet, in contrarium disponentibus. Quibus omnibus et singulis de plenitudine potestatis nostrae, quantum ad haec et pro hac vice, derogatum esse volumus et intendimus; etiam si talia forent de quibus habenda esset in presentibus specialis mentio. Que omnia hic pro plenarie expressis haberi volumus et declaramus; mandantes omnibus et singulis nostris et Imperii sacri atque in terris nostris hereditariis subditis et fidelibus dilectis, cuiuscunque dignitatis, status ac conditionis fuerint, quatenus hanc nostram graciam et concessionem firmiter obseruent et inuiolabiliter obseruari faciant, sub poena nostrae et Imperii sacri indignationis grauissima, et decem marcarum auri puri, pro vna fisco nostro Imperiali, pro altera partibus iniuriam passo applicandarum: harum testimonio litterarum, manu nostra subscriptarum et sigilli nostri appensione munitarum. Dat. in Insprug die vigesima mensis Maii Anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo, Imperii nostri decimo ac Regnorum nostrorum decimo quinto.

Carolus. Ad mandatum Caesareae et Catholicae Maiestatis proprium
Alexander Schweis.

2319. From Boniface Amerbach.

Basle MS. C. VI^a. 54. 33 v°. Basle.
〈c. 20 May 1530.〉

[There are two autograph drafts of this short note on the same half-page, both clearly written. The first (α) has only two lines, but contains a useful variant. A date may be assigned shortly before Ep. 2323.]

S. P. Litterarum fasciculum, clariss. Erasme, ex Gallia acceptum mitto: tardius fortassis quam velis, sed nunciorum improbitati acceptum feras oportet. Postridie quam accepissem, in nuncium incidi recta ad vos iter instituentem.

An valetudinis infirmitate liberatus sis scire cupio. Nuncio sane qui te firmum denuo annunciabit, euangelia debebuntur. Nihil audire potero iucundius, nihil aeque gratum. Bene vale, clariss. Erasme.

Basileae.

2319. 1. ex Gallia β: e Dola α.

2318. 37. decimo] Charles dated his imperial year from his coronation at Aachen on 23 Oct. 1520.
40. Schweis] See Ep. 1192.

2320_{2323} To Boniface Amerbach.

Basle MS. G. II. 13ª. 50. ⟨Freiburg.⟩ 20 May ⟨1530⟩.

[A xvi^c copy, by a hand which, from comparison with Basle MSS. G. II. 1. 128, 129 and G. II. 13ª. 89-90, 94-6, can be identified as that of Basil Amerbach the younger (1533-91), son of Boniface. The same hand copies on the same sheet another letter of Erasmus to Boniface, 21 June 1533; and on f. 74 of the same volume a letter of Reuchlin, 1 Dec. 1510 (RE. 124). As none of the three originals are known to survive, the existence of these MSS. may be explained by supposing that either Boniface or his son presented the originals to friends, after taking the precaution to preserve copies.

There is some verbal resemblance to Ep. 2332; but the connection with Ep. 2322 is closer, and confirms the month-date.]

S. Stomachus vtcunque reuiuiscit, lassitudo decreuit, sed molae manent sub vmbilico, stimulique perpetui, interim mitiores, interim acriores; vereor ne malum sit perpetuum futurum. Medicus est vir perhumanus, nec indoctus; sed hoc corpusculum est singulare et malum ignotum. Si quis sit isthic medicus peritior, qui conficere possit vnguentum aut emplastrum aut malagma talibus apostematibus discutiendis efficax, mitte per meo aere conductum nuntium, si forte non continget homo certus. Et medico et pharmacopolae satisfaciam. Hac nocte sumam pharmacum soluendae aluo, sed misere timeo ne rursus corruat stomachus. Libens hoc corpusculum hinc abduxerim. Vbi Zasius redierit ex thermis, agam de testamento.

Scribit ad te Claudius, qui nunc serio adiecit animum ad Graecas literas. Opto tibi cum tuis omnibus prosperam valetudinem. Hic pestilentia scintillat aliquot locis, et nonnullos corripuit sudor. Nihil illis ventis sceleratius qui pomeridianis horis spirabant in Aprili. Erant Etesiae, qui in Italia non flant nisi in Iulio et Augusto, nec id nisi circa tertiam a prandio, quum aestus est intollerabilis. Vale 20 Maii.

Doctissimo viro D. Bonifacio Amerbachio iurisconsulto, amico suo charissimo.

2321. To Augustine Marius.

Epistolae Floridae p. 76. Freiburg.
K. p. 88 : N. p. 1011 : Lond. xxvi. 9 : LB. 1110. 22 May 1530.

[The year-date is amply confirmed by the contents.

Augustine Marius (c. 1485—25 Nov. 1543) was the son of John Mayer of Läher near Ulm. In 1502 he entered a house of Austin canons, refounded in 1215 on the Wengen island of the river Blau, in 1399 brought within the city. In 1511 he was given leave to study in Vienna, where he became D.D. in 1520 and dean of the faculty in 1521. Thence he went to Ratisbon as preacher in the cathedral, and in 1522 was appointed suffragan to Bp. Philip of Freising.

6. umguentum *MS.* 16. spirabat *MS.*

11. Zasius] Cf. Ep. 2321. 4-8.
12. testamento] See Epp. 2317-18.
13. Claudius] Perhaps Janandus; see Ep. 2141.

In Dec. 1525 he matriculated at Basle, and received tentative advances from Oecolampadius (Oec. E. $177v^{o}$–178). After attending the Disputation at Baden in June 1526 (Ep. 1708), he was invited by the Chapter of Basle to help against the Reformers; who quickly engaged him in controversy (Oec. E. 178, 1526: Stähelin no. 150). In 1527 he replaced Telamonius Limpurger (Ep. 1883. 17n) as Suffragan bp., taking the title 'Salonensis'. By Aug. 1528 he had made Erasmus' acquaintance (Ep. 2029). In March 1529 he was at Neuenburg with the fugitive Basle Chapter (Basle MS. Ki. Ar. 18^{a}. 281; cf. Am. E. 39). When Erasmus arrived at Freiburg in April, he found Marius installed in the house 'zum Wallfisch' (Lond. xxx. 20, LB. 1210); and there he remained till the end of the year, although in May he had been appointed cathedral preacher at Wurzburg (Epp. 2161, 2164). At that time he dedicated to his new Bp. an edition of Guimund; see Ep. 2284. 32n. In 1536 he was appointed Suffragan bp. of Wurzburg; and in 1541 represented his Bp. at Charles v's Colloquy at Ratisbon.

He was a friend of Nausea; to whom on 11 March 1538 he addressed an open letter on Lutheran errors. See also NE. 93, 114, 280.

See N. Reininger in *Archiv d. hist. Vereins von Unterfranken und Aschaffenburg* xviii, 1865, pp. 111–158.

The large excisions made in K are noticeable.]

ERASMVS ROTER. AVGVSTINO MARIO S. D.

IAM vltra mensem mihi res est cum tenacissimo malo, torminibus alui. A medico nihil opis, de Domini misericordia nunquam desperandum. Laborauit et Berus, sed reualuit, licet totus adhuc languens vt metuat recidiuum. Glareanus triumphat. Zasius iturus ad thermas clystere proluit aluum, vnde habuit duodecim sedes maximas, si mihi vera narrauit medicus. Ita purgatus, in balneis explet se fragris, lacte, vino maluatico, ne vacuus sit aqualiculus.

Nae felicissima mihi fuit illa tui commendatio, per quam ego tanto Principi factus sum et notus et charus. Pro mea commendatione nihil mihi debes; habes in teipso pharmacum quo bonos omnes tibi concilias. Mitto aliquot exemplaria Epistolae ad graculos, quo gratificeris amicis. Vt autem isthic aedatur vel ob id non probo, quod hac occasione sollicitantur homines, vt cupiant videre libellos graculorum, atque ita fiunt vendibiliores. Imo meipsum poenituit illius epistolae. Multa illic magnifice praedico de mea valetudine; eam magniloquentiam audisse videtur Nemesis, quae me in hoc malum coniecit. Nec satis idoneam video causam quur meam vel ad te vel ad R. Praesulem excudi cures. Si dabitur valere, reperietur aliud argumentum aeditione dignius. Etiam atque etiam te rogo ne me desinas optimo Principi

4. JN^3: recidiuam N^2. 4. Glareanus . . . 8. aqualiculus *om. K.*

1. vltra mensem] On 28 April Zasius wrote to Pirckheimer (ZE. 225): 'Erasmus noster grauiter aegrotat; speramus tamen eum a morbo euasurum. Multum affligitur ab insolentia suorum aduersariorum.'

3. Berus] Cf. Ep. 2322. 19–20. He had now come over from Thann: Ep. 2225.

4. Glareanus] Cf. Ep. 2302. 31–3.

7. fragris] strawberries.

maluatico] Malvoisie; see Ducange *s.vv.* malfaticum, maluaticum.

9. commendatio] in Ep. 2164. 45–52.

10. Principi] Bp. Conrad: see Epp. 2303, 2314.

12. Epistolae] 2275.

13. isthic aedatur] This proposal was not carried out: nor a similar proposal at Louvain. Cf. Ep. 2352. 303–6.

16. magnifice] See Ep. 2275. 21–34.

19. meam . . . ad te] Not extant; probably contemporary with Ep. 2303, which apparently Marius proposed to print in enlargement of the *Epist. ad gracculos.*

tuo commendare. Theologum istum cuius nomen me nescire maluisti, nisi forte est Vemgus, meis verbis salutabis et amanter et diligenter.

Vulturius furtim Argentorati curauit Epistolam meam aedendam cum scholiis, hoc est scurrilibus conuiciis. Id per litteras significaui magistratui Argentinensi. Emmeus dicit typographum e nundinis reuersum coniectum in carcerem. Nunc prodiit cum nomine typographi, sed tacito nomine vrbis, prolixum nugamentum; cuius nihil legi praeter titulos, nec est animus legere. Dicit Basileae omnia facta citra omnem tumultum summaque tranquillitate. De imaginibus sic excusat, quendam hastili casu tetigisse statuam, mox concidisse. Idem quum baculo tentasset alius atque alius, omnes attactae conciderunt. Quo ex miraculo quum perspicerent manifestam Dei voluntatem, caeteras quoque demoliti sunt. Tam improbae vanitatis sunt fere omnia. Addiderunt titulum 'per ministros verbi'; quum opus sit duorum grammatistarum, quorum vnus est Scopegius, vt narrant. Suspicor opus extra ciuitatem excusum, ne inciderent in poenam. Euge simplicitas euangelica!

Liberet pluribus tecum agere, si valetudo pateretur. Pridie Parasceues Oecolampadius propositis argumentis suis haec adiecit (audita narro) 'His nec Luterus nec Erasmus nec totus mundus poterit respondere'. Summa vehementia egit vt qui nollent ad ipsius mensam accedere, vrbe pellerentur. Magnus numerus sumpsit Eucharistiam in pagis vicinis, quorum singuli multati sunt tribus libris. Octingenti in totum abstinuerunt a communione. Haec praesagia non placent Oecolampadio. Quidam tamen metu, contempta conscientia, illius mensae communicarunt. Bene vale. Datum Friburgi Brisgoiae XXII. Maii, anno M.D.XXX.

31. Dicit . . . 40. euangelica *om. K.* 44. Summa . . . 49. communicarunt *om. K.* 50. Datum *om. K.*

---

23. Vemgus] Perhaps an inmate of Marius' house on the Wengen at Ulm. The provost at this time, Ambr. Kaut, 1521–1552, was driven out by the Reformation in 1531.

25. Vulturius] Geldenhauer; see Ep. 2238. 3n.

Epistolam] See Epp. 2219. 11n, 2238 introd., 2293.

26. litteras] Ep. 2293.

27. Emmeus] Jo. Faber Emmeus of Julich printed at Basle 1526–9, and then migrated with the unreformed party to Freiburg. He printed there, perhaps as late as 1540, many of his books being for Erasmus. Of these the *Epist. Palaeonaeoi* (K) was the most important. See C. C. Bernoulli, *Basler Büchermarken*, 1895, p. xxix. At Basle in 1528 he printed a new issue of the *De constructione* (Ep. 341).

29–30. nugamentum] Bucer's *Epist. apologetica*; see Ep. 2238 introd.

31. Dicit] *sc.* Bucer; in *Epist. apologetica*, ff. I^8 v°–K v°.

37. titulum] The *Epist. apolog.* is described on its title-page as 'Per ministros Euangelii Ecclesiae Argentoratensis'.

38. Scopegius] The name of 'Michael Scopegius exsul', addressing verses to Vadianus from Innsbruck c. 1526, is found in VE. S^4. 11: see also, for the name in another form, Ep. 2216. 35.

41–2. Pridie Parasceues] 14 April. For the source of this news see Ep. 2312. 13–16.

44–5. ad ipsius mensam] Cf. Epp. 2248. 15–17, 2281. 7–9, 2312. 5–8.

2322. To Daniel Stibarus.

Epistolae Floridae p. 73. Freiburg.
K. p. 85: N. p. 1009: Lond. xxvi. 7: LB. 1111. 23 May 1530.

[The year-date is confirmed by the contents.]

ERAS. ROT. DANIELI STIBARO S. D.

Posteaqvam tu nos reliquisti, Stibare charissime, omnes bonae felicitates me deseruerunt. Nondum redierat vigor ex morbo quo me salutarat Martius. Postridie Paschae ventuli quidam sceleratissimi, qui toto pene Aprili spirarunt hic, sed a prandio duntaxat—Etesiae videbantur, nam ante prandium spirabat Aquilo aut Eurus—, occuparunt aluum infra vmbilicum, vnde tormina crudelissima. Quum duraret malum, accersiui medicum, virum humanum nec indoctum; sed quoniam nec corpusculum hoc nec mali naturam nouit, nihil hactenus attulit opis, imo quae dedit, fere nocuerunt. In hoc statu iam vltra mensem ago, non aliunde spem habens quam a misericordia Domini. Multi hic laborant peste et sudore pestilenti, torminibus alui non pauci.

Si tibi sunt res ex sententia, est quod vehementer gaudeam. De rebus nouis puto vos omnia melius scire. Bene vale, Stibare charissime.

Friburgi xxiii. Maii. anno M.D.XXX.

Periit ille doctor Hieronymus, qui te vidente ex equo nos inuitauit ad actum solennem, quum et vos locustarum specie toti virides obequitaretis. Laborauit et Lodouicus Berus, sed vtcunque reualuit. Saluta mihi D. Huttenum amanter.

10. ago *K*: ego *J*. 20. D. *J*: Philippum *K*: Mauricium *N*.

---

3. Postridie Paschae] 18 April.

17. Hieronymus] Jud of Pforzheim matriculated at Freiburg 14 Nov. 1515, was lecturer in law 1527, rector 1528–9, dean of the Law Faculty 1529. He offered in July 1529 to bring over doctors from Freiburg to enable the depleted University of Basle to hold a 'promotion' (Basle MS. G. II. 20. 76). The Acta of the Law Faculty (in ms.) mention his name in 1522; in May 1528 a payment to his wife at child-birth; on 11 June 1530 a payment for his funeral. Schreiber ii. 324–5; and Mayer.

18. actum solennem] See a letter of ⟨Christannus Herbort⟩ to B. Rhenanus, from Freiburg, 3 Feb. 1530 (BRE. 270); asking him 'vt proximum diem solis ⟨6 Feb.⟩ cum tribus sequentibus Friburgi ageres: videres equidem *actum* Musarum, in xx annis a nostris non visum. Dominica die *inuitabimus* ornato ac honestiss. *equitatu*; die Martis Zasius noster in summo templo Musam aget, dignam prebendo lauream magistro Theobaldo Bapst...' For such University festivities at Freiburg in xvi^c. see Schreiber ii. 77–8.

19. Berus] Cf. Ep. 2321. 3–4.

20. Huttenum] Maurice (25 Nov. 1503—6 Dec. 1552), a cousin of the famous Ulrich: cf. Ep. 2116 introd. At the age of 13 he held a minor office at Wurzburg; on 18 Oct. 1527, when he matriculated at Basle, he was a canon. His friendship with Stibarus there is shown by a joint-invitation to Boniface Amerbach (Basle MS. G. II. 26. 103). On 20 Dec. 1529 he matriculated at Freiburg, being then also canon of Eichstädt. In 1536 he was appointed provost of Wurzburg (cf. NE. 221), on which Melanchthon congratulated him (ME. 1471); in 1539 bp. of Eichstädt. See Mayer i. 277, and Cam. E.

The name wrongly given in K arose from his having a brother Philip, who is mentioned now and then in Cam. E.: once (ii. 144–5) in 1536, as sailing with the Welser fleet (Ep. 2153) to the Indies.

[2320]2323. From Boniface Amerbach.

Basle MS. C. VI^{a}. 54. 57 (β), 61 (α). Basle.
⟨c. 23 May 1530.⟩

[There are two autograph rough-drafts in the same volume: one (α) begun twice over and very rapidly written, the other (β) written out fair as though for dispatch, but afterwards so much corrected that another fair copy must have been necessary. The two texts agree so closely that only one variant is worth recording.

Shortly after the arrival of Carlstadt in Basle on 22 May (l. 19n); and at no great distance from 20 May, the date of Ep. 2320.]

S. Fasciculum litterarum ex Gallia nuper ad te misi; quin redditus sit dubitare nolo, quando nuncius tum fortefortuna oblatus optima se fide eum istuc delaturum promisit. Adieci meas litteras, de tua, vt res solliciti plena timoris amor est, valetudine certior fieri desiderans. Verum interea commodum tuas accepi, ex quibus stomachum reuiuiscere, lassitudinem cessare, atque adeo bonam de postliminio valetudinem redire intellexi: quo sane nuncio nihil potuit esse iucundius gratiusue. Faxit Christus Seruator vt in horas melius habeas.

Mandatum tuum de medicis diligenter impleui. Inter alios quoque sum allocutus Holtzachium; cui corpus tuum ante aliquot annos credere non dubitasti. Tametsi mirum in modum, dum pro se quisque docti videri cupiunt, in morbo aestimando varient, in hoc consentiunt ad vnum omnes; negant operae precium consuli posse, nisi in rem (liceat verbo iuris in re medica vti) praesentem ducatur, tuique vel coram contemplandi, vel ex vrina diiudicandi mali facultas detur. Alioqui si quid concinnassent vel emplastrorum vel malagmatum, euestigio misissem.

Venit nuper huc cum coniuge et liberis Carolostadius, homo, si Melanchtoni credimus, in doctrina sua 'Ιουδαίζων καὶ στασιάζων; reuerenter tamen ab Oecolampadio hospicio est acceptus. Felicem Basileam quae subinde bonis viris augetur! De balatrone Franciscano Hieronymus coram. Bene vale, clariss. Erasme.

Basileae.

Tuus Bonifacius Amerbachius.

13. videriri β: *deest in* α. 19–20. homo . . . στασιάζων β: quo homine, si talis est qualem Melanchton in libello nuper de Eucharistia edito depingit, nihil pestilentius, nihil aeque tumultuosum α.

1. Fasciculum] Cf. Ep. 2319. 1.
4. litteras] Ep. 2319.
solliciti] Cf. Ov. *Her.* 1. 12.
11. Holtzachium] Eucharius Holzach (1486–1558), town physician; who matriculated at Basle in 1500.
19. Carolostadius] He had been ejected from Strasburg, and left that town c. 15 May with letters of commendation to Zwingli from Bucer and Capito: on 22 May he had arrived at Basle. See Zw. E[2]. 1023, 1025, 1028.
20. Melanchtoni] See ME. 674; which is the preface to his *Sententiae veterum . . . de coena Domini*, Wittenberg, Jo. Clug, 1530.
22–3. Franciscano] Perhaps Titelmans; of whose critical activity at Louvain Jerome Froben may have brought back news from the Frankfort fair. See Ep. 2261. 71n.

2324. To Boniface Amerbach.

Basle MS. AN. III. 15. 21. ⟨Freiburg.⟩
Q. 8. ⟨c. 25 May 1530.⟩

[An original letter, autograph throughout; except the address, which is by a secretary. A conjectural date may be supplied, after the arrival of Ep. 2318.]

S. P. Si legisti naenias Ecclesiastarum Argentin⟨ensium⟩, velim annotes vbi maxime mentiuntur. Nam mihi pleraque sunt ignota, presertim que gesta sunt Tiguri aut Bernae aut apud S. Gallum. Nam iste asseuerat nihil vsquam factum per tumultum. Respondi obiter, nisi quod · in codice meo finis abest: quod illi fortasse studio fecerunt, quod illic Nouimagus more scorpiorum in cauda gestarit venenum. Non sum editurus, sed mittam aliquot amicis in aulam, vt agnoscant quales sint artifices. Nolim tamen istis subolere quod ipsorum naenias vel lectione sim dignatus. Augustae rumorem sparserant eum librum ⟨me/ tam male habuisse vt in phrenesim versus perierim. Nec dubito quin Epph⟨endorpius⟩ per subornatos hoc sparserit. Scripsit Carlewicius illum 20 dies ambisse colloquium cum Duce, nec datum responsum. Non dubito quin aliquid moliatur summo ingenio, instructus a Nouimago. Cesar misit diploma satis instructum de condendo testamento, non obstantibus quibuscunque.

Praestantissimo viro D. Bonifacio Amerbachio, ll. Doctori.
Basileae.

2325_{2364} To Erasmus Schets.

British Museum MS. Add. 38512, f. 44. Freiburg.
1 June 1530.

[An original letter, autograph throughout. It reached Schets, through Goclenius, on 20 July; see Ep. 2364. 1–2.]

S. Amice singularis, Hayo Caminga Phrysius debet mihi mutui nomine quadraginta coronatos aureos solatos; item pro mensa florenos aureos viginti sex. Eam summam debet in aureis iisdem iusti ponderis reddere; quanquam ne sic quidem absque damno discedo. Mandaui illi vt, si forte huc non rediret, et eam tibi numeraret, me pro soluta habiturum.

2324. 10. me *addidi, in fine versus.*

2324. 1. Argentinensium] Bucer's *Epist. apologetica*; see Ep. 2238 introd.
4. iste asseuerat] Bucer; cf. Ep. 2321. 31–6.
Respondi] Evidently with a draft of what later became the *Resp. ad fratres Germaniae inferioris*, Freiburg, Jo. Emmeus, *s. a.*; the letter being dated 1 Aug. 1530.
6. Nouimagus] Geldenhauer.
12. Carlewicius] See Epp. 2010, 2342. The letter mentioned here is not extant.
13. Duce] Geo. of Saxony.
15. diploma] Ep. 2318.
2325. 1. Caminga] See Ep. 2073.
debet] Cf. Epp. 2352. 298–302, 2356. 44–5, 2364.
2. coronatos aureos] The comparative value of these (1 = roughly $1\frac{1}{3}$ golden florins) may be calculated from Ep. 1750.
solatos] Cf. Ep. 2113. 3.

Cesar et principes conuenerunt; nondum quid agant scimus. Metuimus bellum; huc prouocant sacerdotes et Pontifex. Ego abominor. Omnia hic quadruplo emuntur, et vix haberi possunt necessaria; quid fiet si bellum incidat?

In Anglia ex superiore anno ad festum Pasche proxime preteritum de pensionibus restant viginti libre sterlingorum. Scripsi Archiepiscopo vt eam pecuniam tradat Lodouico a Castro. Curabis igitur vt Archiepiscopus accipiat suas litteras, et cum tuis bene valebis. Friburgi primo die Iunii 1530.

Erasmus Rot. tuus.

Ornatiss. viro Erasmo Scheto. Antwerpiae.

2326_{2334} To Bernard of Cles.

Copenhagen MS. G.K.S. 95 Fol., f. 235 (*a*). Freiburg. 6 June ⟨1530⟩.

[An autograph rough-draft, with a heading added by the secretary (β). The year-date to be assigned is evident.]

BERNARDO EPISCOPO ET CARD. TRIDENTINO.

S. Reuerendissime domine. Noue dignitatis accessionem tuis eximiis ⟨meritis/ debitam non tam tibi gratulor quam Ecclesiae Dei: cui hoc efficacius poteris opitulari quo maiore polles autoritate. Ego tenacissimo affligor malo dies iam plus quinquaginta. Primum erant alui tormina, nunc vrget ingens apostema sub vmbelico. Pharmaca nocuerunt. Corpusculum exaruit. Stomachus collapsus est. Cogitabam de Italia. Fortassis Deus auocaturus est me in suam patriam. Quod vtinam dignetur!

Maiorem in modum rogo celsitudinem tuam vt quod hactenus candidissime fecit, aduersus calumniosos qui nusquam desunt, agat amicum patronum. Franciscanus quidam in Hispania, iuuenis audacia plusquam gladiatoria, emisit libellum plenum furiosis et indoctis neniis. Typographus tamen nec suum nec loci nomen ausus est addere. Moliuntur et alios libellos. Hoc animi addit illis Cesaris absentia. Sed stat sententia posthac tales nenias ne⟨c⟩ lectione dignari nec refutatione. Concionatores Argentinenses emiserunt in me duos libellos adeo vanos et ineptos vt ne legere quidem sustineam: tantum abest vt cogitem de respondendo.

Hic Henricus, opinor, aliquando apud te fuit: cuius tamen

2325. 8. hunc *MS.*
2326. TIT. *add. β.* 2. meritis *addidi, in fine versus.* 5. erat *a.* 16. ne *a.*

2325. 7. conuenerunt] at Augsburg.
9. quadruplo] Cf. Ep. 2192. 118n.
11. Pasche] 17 April 1530.
12. pensionibus] See Ep. 2159. 26n.
12–13. Archiepiscopo] Warham.
13. Lodouico] Schets' agent in London: see Ep. 1764. 5–7.
14. litteras] Not extant.
2326. 1. Noue dignitatis] He had been created Cardinal on 19 March.
11. Franciscanus] Carvajal; see Ep. 2110 introd.
17. duos libellos] Geldenhauer's *Annot. de haereticis* (Ep. 2219. 11n) and Bucer's *Epistola apologetica* (Ep. 2238 introd.).
20. Henricus] See Epp. 1689, 1690. 151n; cf. also Epp. 2331, 2344.

commendatione nolim ⟨te⟩ vel pilo grauari. Multi multis egent. Mihi cum homine nihil est familiaritatis.

Dominus R. A. T. seruet incolumem.

Friburgi postridie Pentecostes.

2327_{2336} TO CORNELIUS SCEPPERUS.

Hudig MS. (α). Freiburg.
Epist. clar. virorum, 1617, p. 347 (β). 6 June ⟨1530⟩.
O^1. p. 238 (138): Lond. xxx. 76: LB. App. 477.

[An original letter, autograph throughout: in the collection of the late Mr. D. Hudig, of Rotterdam, who allowed Dr. Molhuysen to make a copy for us in 1905. On 24 March 1922 Mrs. Hudig kindly permitted us to examine the MS. An inscription by de la Faye at the head, and the figure 229 at the foot of the page, show that the MS. was at one time in the Deventer Letter-book; see vol. i, p. 603. The letter was first printed by Merula in O^1, with the address converted into a heading; and then later in Daniel Heinsius' Elzevir volume (β: see Ep. 2295 introd.). Lond. and LB. reprint from Merula, but a note in LB. shows that Leclerc had seen the original.

The year-date can be assigned without hesitation.]

S. Mihi cum tenacissimo malo res est, non sine vitae periculo. Rogo fac sciam quid acciderit Alfonso Valdesio. Tot menses non scribit verbum. Aut egrotat, aut ablegatus est, aut totus alius in me factus est. Aueo et de Liuino nostro cognoscere. Tantum aegre potui, mi Corneli.

Friburgi. postrid. pentecostes.

Eras. Rot.

Eruditiss. viro D. Cornelio Sceppero, Cesaris a secretis.

2328. TO ⟨LORENZO CAMPEGIO⟩.

Basle MS. AN. III. 15. 18^a. Freiburg.
Q. 61. 24 June 1530.

[The MS. is a contemporary copy on two folio leaves bearing the watermark of the paper which Erasmus was using early in 1531, e.g. in Q. 2, 23, 49, 59, 60, 64. The leaves are bound up with the collection of Erasmus' letters to Boniface Amerbach: Basle MS. AN. III. 15. It is most probable therefore that they were at one time in Boniface's possession. Towards the foot of the second leaf, recto, the same hand copies Ep. 2341, in which the writer, evidently Erasmus, writes (ll. 1–3) of sending a copy of an earlier letter dispatched—not dated—four days before. It may be inferred therefore that the two letters were addressed to the same person: who is clearly not Boniface Amerbach, but an ecclesiastical dignitary who had recently been appointed to an important and responsible task, and who had consulted Erasmus as to the political situation.

The clue to his identity is given by an autograph letter from Erasmus' servant, Quirinus Talesius (Ep. 1966), to Boniface, dated from Freiburg, 6 Jan. 1531 (Basle MS. Ki. Ar. 18^a. 380), which says: 'Epistolam de bello non suscipiendo ⟨Ep. 2366⟩ ad Campeg. aeditam esse nunquam audiuimus, neque

2327. 1. S. αO^1: S.P. β. 7. Eras. Rot. α: Tuus Erasmus β: *om.* O^1. 8. αO^1: Scippero β. secretis αβ: consiliis O^1.

2327. 2. Valdesio] Cf. Ep. 2292. 4. Liuino] He had gone to the Emperor's court at the end of March; see Ep. 2294. 13n.

D. Er^m^. puto ea de re peculiarem epistolam ad Camp. scripsisse; certe eam in libro vbi litterae ad familiares et magnates seruantur, non inuenio. Fortassis obiter illud argumentum paucis versibus in epistola quadam attigit; quod fere ad Camp. scribens semper solet. Et si verus est ille rumor quem de epistola aedita scribis, non parum ea re, sat scio, mouebitur Eras.; qui non in hoc Camp^o^. scripsit subinde litteras, vt aederentur. Visum est itaque nihil domino ea de re dicere. Est penes me vna epistola ⟨Ep. 2328⟩, quam Er. statim in principio Concilii Aug. ad Camp. scripsit. In ea varia tractat, et est duarum paginarum; ita vt mihi nunc eius exemplar ad te mittere sit impossibile, et alteri committere vel ob cacographiam non possum. Polliceor tamen me quamprimum potero, etiam si totas noctes (noctas *MS.*) scribendum esset, eam ad te missurum.'

Five days later Talesius wrote again to Boniface (Basle MS. AN. III. 15. 18^b^, autograph: Q. 63): 'Quod proximis meis litteris pollicitus eram, praestiti. Tuae igitur fuerit humanitatis boni consulere nostram opellam, qua neglectius propter occupationes nostras absolui quod petieras. De prudentia tua nihil dubitamus, qua curabis ne vnquam mihi obsequium inscio Erasmo praestitum adferat poenitentiam. Sunt enim in ea epistola ⟨Ep. 2328⟩ quaedam quae fortassis nollet ab omnibus legi: quare magis mirabor si eam impressam videro'.

From these two letters of Talesius it is clear that the two leaves containing this letter and Ep. 2341 were written by Talesius for communication to Boniface Amerbach in Jan. 1531; and that the person to whom they are addressed is Campegio. The handwriting has considerable resemblance to Talesius', but there are some noticeable differences: possibly arising from the pressure under which the copies were made, or from an attempt, not very successful, to disguise his handwriting in case the MS. should come to Erasmus' eyes.

It is evident further that the two friends had not seen a printed copy of Ep. 2366, and were still under the idea that it was this letter, Ep. 2328, which had appeared in print.

The year-date needs no further confirmation; but the letter must have been begun earlier in the month, some time after 6 June (cf. l. 6 with Ep. 2326. 4). It was not actually dispatched till 3 July (Ep. 2341. 1nn): its messenger carrying also Ep. 2338 (cf. Epp. 2342, 2344). For the letter which this answers see Ep. 2332. 36–8.

The evidence in Talesius' letter of 6 Jan. as to Erasmus' mode of preserving his letters is notable.]

VIDETVR in fatis esse tuis vt difficillime legationes tuis humeris obtrudantur; tametsi solent eximiis ducibus laboriosissimae prouinciae delegari. Ac earum quidem difficultas animi virtute superatur; caeterum istius animi vim aduersa corporis valetudine impediri, magnopere dolendum est.

Mihi tertium iam mensem cum tenacissimo malo res est, adeo vt nec scribere possim, nec dictare, nec attentius auscultare recitantem, indies magis ac magis exarescente corpusculo. Ita visum est Domino. Hodie tamen ferro ruptum apostema prebet aliquam salutis spem.

Nulla res me coëgit Basileam relinquere, nisi palam profligata vetus religio, et res subinde illic nouae. Nam officina Frobeniana propemodum ex me pendebat; et qui mihi ob dogmatum dissensionem male volebant, tamen vel ob hoc cupiebant me illic

1. legationes] See Epp. 1552 introd., 1673. 23n, 2215. 52n.

9. Hodie] In Ep. 2332. 20–26, also dated 24 June, the operation is past, 'ante pauculos dies', and Erasmus already recovering. Evidently therefore this letter to Campegio was begun some time before the date given to it on dispatch. Cf. also l. 131.

11. Basileam relinquere] For Erasmus' departure see p. 137.

12. Frobeniana] Cf. Ep. 2305. 17n.

manere, ne discessu meo conflarem ipsis inuidiam, velut odio sectae profugiens. Idque tum Oecolampadius, tum Tribunus plebis, qui totius illius negocii coryphaeus est, mecum egit accurate, ne meo recessu ciuitatem grauarem inuidia. Tandem venabantur ansam quocumque pacto retinendi mei; sed nullum inuenerunt. Nulli eram vllo nomine obnoxius. Nec clam me subduxi, sed meridie a ponte, loco frequentissimo, solui, diu cum amicis ibi confabulatus. Is recessus me non admodum discruciat. A tali rep. libenter profugi. Doleo tamen ciuitatem et celebrem et elegantem, cuius hospitio tam diu fueram vsus, in hunc rerum statum deductam esse. Sed vtinam hanc solam liceret deplorare!

Migratio mihi damnosa fuit, sed valetudini profuit. Quomodo me sit excepturus orbis, nescio. Iampridem circumspicio sedem aliquam tranquillam, vbi quietus ac mecum viuens expectem diem supremum. Sed nondum obtigit. Hoc corpusculum multis eget, presertim vino generoso. At non vbiuis suppetunt omnia. Nec tamen desunt qui mihi male velint in vtrisque castris. Qui sese dogmatibus improbatis addixerunt, neminem peius oderunt quam me: in quibus nullos patior hostes infestiores quam quibuscum olim mihi fuit arctissima consuetudo. Sunt rursus ex altera parte morosi quidam, precipue monachi, qui me velim nolim contendunt facere Luteranum. Itaque vtrinque proscindor linguis, lapidor petulantissimis libellis. Verum a damnatis vituperari mihi propemodum laudi duco.

Monachorum naenias facile negligo; ridentur a cordatis omnibus. Illud demiror, quae res permoueat Albertum Pium, olim Carporum principem, vt in me stringat calamum. Iam Lutetiae libellum vnum euulgauit, cui respondimus ciuiliter. Nunc, vt significant amicorum litterae, molitur aliud volumen, et, quod mirum est, abutitur ad haec stipendiatis aliquot, presertim Sepuluela quodam Hispano. Argumenti summa est me fuisse occasionem, autorem ac principem totius huius prodigiosae tragoediae. Loca colligit quae videntur cum Luteri dogmatibus conuenire, quum ne vna quidem sententia sit cum Lutero consentiens, si absit calumnia. Quasi sit obscurum vnde malum hoc primum extiterit! Quanto fuerit labor vtilior, si colligat e libris meis loca quae pugnant cum Luteri dogmatibus: quorum infinitus est numerus. Sed si haec sunt fati mei, bonorum iudiciis et recti conscientia me ipsum consolabor.

Interdum cogito Italiam, sed pudet senem peregrinari. Arrisit enim coelum Patauinum, delectauit Italicae gentis humanitas. A Brabantia mea vt multa alliciunt, ita multa deterrent; in quibus est ipsum coelum, cuius an hoc corpusculum iam patiens

16. Tribunus] Jac. Meyer: see Epp. 2158, 2196.
40. Albertum Pium] Cf. Ep. 2261. 69–71.
42. libellum] His *Responsio paraenetica*, Paris, Badius, 7 Jan. 1529: see Ep. 1634 introd.
respondimus] on 13 Feb. 1529.
43. litterae] Cf. Ep. 2311. 18–35.
aliud volumen] See Ep. 2311. 17n.
45. Sepuluela] See Ep. 2261. 69n; where the form of the name is the same. Cf. also Ep. 2329. 100.
55. Patauinum] See Ep. 2209. 30–31.
57. coelum] But ten years before Erasmus had high praise for the climate of Brabant; see Epp. 1111. 78n, 1208. 1n, 1221. 17, 1224. 8–10.

futurum sit nescio; tum aula Caesaris, quam si colo, actum sit de hoc corpusculo, si negligo, non possum illic subsistere, et videbor contemptu facere quod coactus necessitate facio. Verum super hac re, si valetudo contingat prosperior, deliberabitur.

Postremo, quod petit T. R. D. vt significem quid in presenti reip. statu sperem metuamue; video viros me longe perspicatiores, quibusque Germaniae res tum publicae tum priuatae penitius cognitae sunt quam mihi, qui hic plane peregrinor. Nullum dispicere possum huius monstrosissime tragoediae exitum, nisi Deus veluti de machina subito apparens vertat animos hominum: quod vtinam nobis per Caesaris potentiam ac pietatem largiri dignetur ipsius misericordia! Haec vnica mihi spes est. Alioqui quoties animum conuerto ad humana consilia presidiaue, nihil omnino video spei. Imo, quo diligentius contemplor huius mali partes omnes, hoc magis mihi inhorrescit animus, demiranti quid hoc portentoso tumultu parturiat mundus. Optabile erat si pestis haec citra sanguinem ac mortes sanari posset; et spes esset si se remitteret factionum pertinacia. Quod si ferro res geratur, vereor ne conspiciamus miserandam Germaniae faciem: vt ne commemorem incertum esse belli euentum, maxime quum tam late sparsum sit malum, vt vsturis aut sectionibus velle mederi, sit totum pene corpus perdere. Proinde, si e rebus pessimis eligendum sit aliquid, fortasse consultius sit res in hoc libramine relinqui in quo nunc sunt, donec Deus nostri misertus suam adhibeat medelam.

Qua in re illud persaepe miratus sum, quod quum tot fuerint in ciuitatibus tumultus, toties foras vtrinque procursum sit ad arma, tamen hactenus guttula sanguinis non ceciderit, semperque hactenus seruata sit inter eos commerciorum ciuilis concordia. Multa sunt hulcera, querelae seruorum in dominos, non omnino, vt ferunt, iniustae: quod fuit primum rusticani tumultus seminarium, cuius cineres metuo ne etiamnum viuant. Deinde plebis aduersus principes querimoniae; ad haec odium in Ecclesiasticos omnes, quod Luteranis proprium non est, sed fere laicorum omnium commune. Atque huic inuidiae noster fastus, luxus, et palam impudica vita non minimam causam dedit; neque quenquam tamen videmus qui tot malis admonitus se verterit ad vitam emendatiorem. Iam apud Germanos etiam hi qui sectas detestantur, non sunt tamen admodum propensi in Pontificii nominis fauorem; adeo vt, ni suprema potestas istic adesset, fortassis expedierit non adesse legatum Apostolicum. Accedit huc Turcarum rabies, quae quo progressura sit nescio. Non enim dubium est quin metuat duorum fratrum indies crescentem potentiam. Quid nunc commemorem rerum omnium non modo caritatem summam sed penuriam? Denique, vt consentiant

62. quod petit] A similar request came from Gattinara in Ep. 2336. 20–25: see also Epp. 2339, 2341–4, 2346, and cf. Ep. 2373. He felt that he had already spoken: see Ep. 2308. 13–18. 162–4.

85. guttula sanguinis] Cf. Ep. 2196.

94–5. ad vitam emendatiorem] Cf. Ep. 2177. 67n.

100. duorum fratrum] Cf. Ep. 2249. 30–31.

102. caritatem] Cf. Ep. 2192. 118n.

principum Germaniae voluntates, quomodo succedet bellum quod maxima ex parte geretur inuito milite? Nam quemadmodum in ciuitatibus noua dogmata profitentibus sunt nonnulli Catholici, ita in ciuitatibus Catholicis permixti sunt plurimi diuersae mentis. Quod si semel datum sit belli signum, tam perierit Erasmus quam extrema, quod aiunt, faba. Nam hic locus minime tutus est.

Malo tam multiplici, tam vndique exulcerato, non video quis mederi possit nisi Deus: cui in manu est repente rerum humanarum scenam in diuersum vertere. Id autem fore, maior spes esset, si principes vtriusque status, caeterique omnes, consentientibus animis ad Christum oculos suos intenderent. Quod si ad suam quisque rem spectabit, vt hactenus factum est, precandum est vt diuina bonitas hominum inconsulta consilia vertat in laetum exitum. Solus enim ille qui sceleribus hominum offensus passus est hanc fatalem luem in Ecclesiam suam irruere, potest eam vbi velit tollere. Quid enim aliud quam supremi Numinis iram interpretari possumus, quod per homines humiles et contemptos tam cito tam ingens facta est defectio? Impius de Eucharistia error quanta celeritate quam late diuagatus est! Iam infelices Anabaptistae quanta coecitate in mortem ruunt! Atque ita videtur affectus Germaniae populus vt, si quis exoriatur qui dogma aliquod absurdius proferat, ilico sint amplexuri. Det Dominus vt omnes concordibus animis ad Christum pastorem conuertamur; precorque vt Christi spiritus Caesaris ac principum animos dirigat ad salutifera consilia. Libentius hinc emigrabimus, si conspexerimus tantam rerum tempestatem in tranquillitatem esse versam.

Haec aegre diebus aliquot dictaui per afflictissimam valetudinem. Scripsi liberius fretus tua humanitate: cui vehementer commendatus esse cupio. Eam Dominus sospitet ac prosperet in omnibus.

Apud Frib. Brisgoiae. Natali diui Ioannis. Anno 1530.

[2276]2329[2394] To Andrew Alciati.

Copenhagen MS. G.K.S. 95 Fol., f. 210 (α). Freiburg.
J. p. 48: KN: Lond. xxv. 27: LB. 1148. ⟨c. 24 June⟩ 1530.

[An autograph rough-draft (α^1), corrected later by Erasmus (α^2). As in Epp. 2330–1, the secretary (β) adds the heading and improves the writing. At its first dispatch the letter failed to reach Alciati; so a copy was sent in September (see Ep. 2378).

The date of composition is not easy to determine. As the operation (Ep. 2328..9n) is successfully over, it cannot be earlier than June. In the other direction a considerable interval must be placed between the first and the second dispatch, to allow time for the arrival of news from Bourges, possibly in an answer to Ep. 2356, that the letter had not been received. The passage about A. Pius and Sepulveda gives no clear guidance, for it recurs throughout the year; see Epp. 2261, 2328, 2371, 2375, 2379. But there is close resemblance

122. diuagatum *MS.*

132. tua] This is erased in the MS.; perhaps with the intention, not fulfilled, of correcting to T.R.D. (cf. l. 62).

on this topic to Ep. 2328; contact too with Ep. 2330 in the complaints about wine, and with Ep. 2362 about the fleas. It may be noted that he speaks here (ll. 73–4), as in Epp. 2328. 6, 2330. 6, of his illness being in the third month. In Ep. 2326. 4 it has passed the seventh week: in Epp. 2343, 2348 the fourth month has been reached.

These considerations corroborate the conjecture that it is of the same date as Epp. 2330–32, which follow it immediately in the MS.]

ANDREAE ALCIATO.

S. Equidem pro meo erga te studio, quod eximiis animi tui dotibus debetur, Alciate clarissime, non mediocrem ceperam dolorem ex tanta fortunarum tuarum calamitate vel naufragio potius. Ceterum postremis tuis ad me litteris effectum est vt intelligam meam consolationem prorsus tibi superuacaneam fuisse, quippe quem illa Rhamnusie procella, tam atrox vt multos Diagoras ἀθέους reddere posset, non solum non deiecerit, sed e iureconsulto philosophum fecerit, imo, vt melius dicam, non fecerit sed declararit. Erat in te nimirum ista vis animi, sed eam antea latentem fortunae iniquitas reddidit illustrem. Sic dum ignis vim suam exerit in aurum, et melius reddit et clarius. Idem vsuuenit fortunae; que dum seuit in Alciatum, non miserum reddidit, sed vulgarium bonorum iactura, veris ac perpetuis animi bonis et ditiorem reddidit et illustriorem. Impegit enim non in hominem ficulnum, sed in pectoris quidem synceritate aureum, animi vero robore adamantinum. Libet igitur, mi Alciate, vertere cantionem, et pro consolatione gratulari tibi tam rara benignissimi numinis dona, quae te reddunt vniuerso fortunae regno superiorem.

Pietatis erat quod patriae tuae potissimum bonum ciuem praestare volueris; sed Deus voluit eruditionem tuam velut ex edito lucere pluribus. Nam virtutis splendor nescio quo pacto in sua cuique patria fere obscurior obtingit; quod Hebreorum etiam prouerbio fuisse testatum indicat in Euangelio Dominus. Zeno sibi felix est visus quod, amissis ad Pireum naufragio mercibus, per fortunam protrusus sit ad philosophie studium. Perdidit purpuram, et inuenit cunctis opibus preciosiorem sapientiam. Te vero non isto nomine vocabo felicem, quod, vt ipse modestissime scribis, facultatum omnium iactura didiceris hec fluxa bona, que fortune arbitrio tum dantur tum eripiuntur, minimi esse momenti; sed nos hoc titulo fortunae gratias agimus, quod animi tui magnitudinem, quam hactenus semper suspeximus, reddiderit magis conspicuam. Mihi primum hoc argumento collecta est mentis tuae celsitudo, quod in omnibus scriptis tuis nullum vsquam sit inuidentiae vestigium, nec in quenquam amarulentius inueharis, quum non defuerint qui huc lacesserent. Nec dubito quin virtutum tuarum fulgor sit omnes inuidie fumos discussurus.

Vehementer gaudeo apud Biturigas adeo florere legum studia;

TIT. *add.* β: ERASMVS ROT. *praeponit J.* 7. possit *J.* 8. vt melius dicam *add.* a^2. 9. antea *add. J.* 10. latentem *add.* a^2. 12. vsuuenit a^2: euenit a^1. 15. *aK*: ficulneum *J.* 23. obtigit *N.* 32. quam *a*: quem *J.* 33. *J*: reddididerit *a.* 35. vsquam *add. K.*

tametsi cum Musis nondum illis admodum conuenit, si vera narrant quidam. Summe mihi voluptati fuit quod scribis, hoc operae quo tibi Sucquetum et Viglium commendaui, prorsus fuisse superuacaneum. Viglius, quantum ex illius coniecto litteris, in Musarum viretis penitius versatus est. Sucquetus tametsi non infeliciter et ipse versatus est in politioribus literis, tamen legum studiis magis assedit; nec id, vt spero, facere desinet, donec virtute meritam lauream sue Flandriae retulerit. Habuit patrem et patruum vtrumque iuris prudentia clarum, et aulae principali cum primis vt gratiosum, ita et grauem; vt hereditarium videri possit quod tam feliciter in hoc litterarum genere versatur. Viglium de facie non noui; e scriptis abunde deprehendi iuuenis ingenium, haud mediocris eruditionis frugem de se pollicens. Sucquetus amicissimi candidissimique ingenii est. Proinde quum amem vtrumque plurimum, tu perficies vt eos magis ac magis amem. Quicquid autem vel laudis vel autoritatis habituri sunt vnquam, hoc Alciato ferent acceptum. Ambobus gratulor quod huc non commigrarint, siquidem ea deliberatio Sucquetum aliquandiu suspensum habuit. Profitetur quidem hic Zasius, vir ille quidem magnus, et qualem alterum haud scio an vsquam habeat Germania. Sed iam vrget senectus; neque adhuc quenquam paratum video qui possit eius laudis successionem ex equo capessere: tametsi non desunt qui iuris prudentiam et diligenter et feliciter profitentur.

Me mea quoque Rhamnusia hac estate satis inclementer tractauit. Martius attigit, et adhuc languidulum repetiit Aprilis. Ex ventis quibusdam, blandis quidem illis sed pestilentissimis, ortum est malum. Initio nihil aliud erat quam alui tormina. Successit apostema, primum mobile, mox affixit se circa vmbelicum. Natura discussisset omnia, si a medicis temperassem: qui mihi nescio quo fato semper magno fuere malo. Accitus est et chirurgus impendio confidens ac promissis magnificis. Is frustra admonitus, ex duro apostemate conatus est reddere hulcus, ac violentis emplastris tantum non exanimauit cruciatu. Ita menses ferme tres egi, vt nec edere liceret, nec dormire nec legere nec scribere, vix etiam cum amiculis confabulari. Curationis impatientes rupimus apostema ferro. Itaque paulatim reuiuiscimus; et omnino spes esset salutis, si per pulices liceret quiescere, et

40–41. si . . . quidam *add.* α^2. 42. αN: Vigilium *J.* 43. αN: Vigilius *J.* 44. penitius α^2: diligentius α^1. 45–6. tametsi . . . tamen *add. K.* 49. vt α^2: quemadmodum *J*: et α^1. ita α^2: et α^1. et *add. J.* 50. tam *add. J.* 51. αN: Vigilium *J.* e scriptis . . . 53. pollicens *add. J.* 53. candidissimique *add.* α^2. 59. quidem *ante* hic *om. K.* 61. adhuc *add.* α^2. paratum video α^2: parat α^1. *J*: posset α. 62. ex equo *add.* α^2. 62–3. tametsi . . . profitentur *add.* α^2. 68–9. vmbilicum β. 70. nescio quo fato *add.* α^2. 71. confidens . . . magnificis α^2: loquax, confidens et gloriosus α^1. Is *om. J, ideo proculdubio quia deleuisse videtur* α^2, *verba antecedentia delens.* 75–6. Curationis impatientes *add.* α^2. 77. omnino α: bona β.

---

42. commendaui] Cf. Epp. 2210. 8–13, 2213. 19–20.

48. patrem] Antony: see Epp. 1331. 15n, 2191. 3. patruum] John: see Ep. 1556.

60. senectus] Cf. Ep. 2191. 84n. He lived till 24 Nov. 1535.

77. pulices] Cf. Ep. 2362.

adesset vinum, quale mihi suppeditare solet, dum viueret, Fericus Carondiletus, Besontinae ecclesiae archidiaconus. Nam cum vernaculis hisce vinis mihi pessime conuenit.

Gaudeo inter Budeum et te sartam esse gratiam. Nam in me num satis aequus sit etiamnum addubito, vtcunque simulant ac dissimulant quidam. Sunt, vti suspicor, qui illius animum in me stimulent. Mihi satis est quod a me nulla est ansa praebita quur pilo debeat esse minus amicus. Luteranorum hactenus nemo stili mucronem strinxit in me praeter ipsum Luterum; qui tamen vno congressu fuit contentus. Vbi Argentoratum commigrauit Gerardus Nouimagus olim ζηλοτύπως Erasmi studiosus, nunc hostis odio furens, quum intra paucos menses iuuerim illum egentem pecunia mea, iam quatuor libellis velitatus est in me: prodiit quintus omnium ecclesiastarum ficto nomine, mire contextus ex mendaciis, conuiciis et hypocrisi.

Verum non ita magni facio quid in me scribant heretici. Demiror quis genius instiget Albertum Pium, quondam Carporum principem, qui librum vnum quem scripsit in Italia, euulgauit Lutetiae, Beddis opinor gratificaturus: nec hoc contentus, denuo compegit ingens volumen, collectis ex omnibus meis lucubrationibus locis qui videri possint Lutero ansam praebuisse. Nec ista molitur suo Marte, sed habet aliquot pulchre stipendiatos; praecipue Sepuluelum quendam Hispanum, hominem vt audio doctum, qui totius dictionis est architectus, vt hinc ad Albertum haud ita multum gloriae sit rediturum. Argumenti summa est vt persuadeat me totius Luteranae tragoedie fuisse seminarium. Miror quur vir, vt accipio doctus et perquam humanus, ab argumento tam odioso famam auspicari voluerit. Ni me fallit animi coniectura, Aleander huic et addit animum et loca suppeditat. Si sic est fatum meum, moderate ferendum est.

79. *aK*: Federicus *J*. 80. vinis *a*: villis *J*. 82. simulant . . . 83. quidam *J*: dissimulat *a*. 83. vti suspicor *add. J*. 84. stimulant *J*. 84–5. Mihi . . . amicus *add. J*. 85. Lutheranorum *N*. 86. ipsum *add. J*. Lutherum *N*. 88. Gerardus Nouimagus *a*[1]: quidam *a*[2]. *J*: ζηλωτύπως *a*. 89–90. quum . . . mea *om. J*. 91–2. omnium . . . hypocrisi *a* (ficto *add. J*): multorum nomine, sed nullo certo, quam dixisses mulsum aconito temperatum *K*. 93. heretici *a*: tales *J*. 98. Luthero *N*. 99. pulchre *add. J*. 100. Sepuluedam *N*. 103. Luteranae *a*: horum temporum *J*. 105–6. Ni me . . . suppeditat *a* (Aleander *a*[1]: Alexandrinus quidam verpus *a*[2]): *om. K*.

---

78. solet] See Ep. 1211. 89n, and cf. Ep. 2291. 26.

79. Carondiletus] See Ep. 1350. 21n.

81. inter Budeum et te] Their acquaintance formed in 1519 had been interrupted by literary rivalry in 1520–1: see BE[4]. 38, 55, 86, and cf. l. 112n. This endured for years (Epp. 2209. 100–105, 2210. 15–20, 2223. 6–10; but on 3 July 1529 Alciati wrote a friendly letter, to which Budaeus replied with good feeling: BE[4]. 164.

84. stimulent] Cf. Ep. 2261. 53–66.

87. vno congressu] See Epp. 1419–20, 1481, 1667, 1853.

88. Gerardus] Geldenhauer: see Ep. 2293.

90. quatuor libellis] The *Annotationes* and the *Antwort* (see Ep. 2219. 11n) are two; a third is Geldenhauer's edition 'cum scholiis' (see p. 303).

91. quintus] Bucer's *Epistola apologetica*: see Ep. 2238 introd.

94. Pium] See Ep. 2328. 40–53.

96. Beddis] See Ep. 1571.

100. Sepuluelum] See Ep. 2261. 69n.

106. Aleander] Already in 1526 Erasmus had a suspicion of their complicity: see Ep. 1719. 34–6. He repeats it now in Epp. 2371, 2375,

Longolium optassem nobis diutius superesse. Nam hactenus que scripsit, praeter stili nitorem, non multum vtilitatis adferunt studiis. Nam quod me aliquoties contemptim nominat, nihil moueor. Est in illius Epistolis, quedam plena aenigmatibus et allegoriis ad G. Budeum, quibus te notari praedicant. In multis eruditionem miror, candorem in paucis reperio: quem in te, mi Alciate, singularem quendam exosculor.

Bene vale, Friburgi anno. M.D.XXX.

2330. To Antony Fugger.

Copenhagen MS. G.K.S. 95 Fol., f. 212 (α). Freiburg. 24 June 1530.

[An autograph rough-draft (α^{1}), revised later by Erasmus (α^{2}), and with a heading by the secretary (β).]

ANTONIO FVGGERO.

S. P. De constantia tua, vir clarissime, nunquam dubitaui; sed leuis quedam suspitiuncula perstrinxerat animum, ne forte, vt sunt res mortalium, aliqua nubecula suffuscaret amicicie nostre serenitatem: quam ego prorsus illibatam esse cupio. Consolationem tuam libenter accipio. Non deest nobis animus, sed mihi iam tertium mensem res est cum morbo grauissimo. Primum erant alui tormina, e ventulis blandis quidem illis sed sceleratissimis concepta. Hinc vomitus et ingens stomachi ruina. A medicis plus accessit grauaminis quam opis. Tandem ingens apostema occupauit vmbelicum. A medicis ad chirurgos velut ab equis ad asinos deuoluti sumus. Hic malagmatis crudelissimis planeque Germanicis diu ad mortem vsque cruciati sumus. Verum simul atque ferro ruptum est hulcus, aliqua spes salutis affulsit. Cum somno reditum est in gratiam, et stomachus reuiuiscit. Sperarem vitam si vinum adesset quale volebam. Nam Burgundiacum quod postremo missum est, tametsi sine eo non viuerem, tamen siccum est nec in corpore colliquescit.

Hinc cogito, sed non video quo. A Brabantia plurima me deterrent. Et si nihil deterreret, quando Cesar, vt rumor est, minatur Argentinensibus, vereor vt tutum sit. In Italia, etiam si esset pacata, pudet hac etate peregrinari. De domo res sic

2329. 108. Nam α: Siquidem *J*. 111. quedam . . . 112. Budeum α: ad Guill. Budaeum quaedam plena aenigmatibus et allegoriis, sed egregie frigidis *J* (Gulielmum *N*. aenigmatis *J*). 115. Bene . . . M.D.XXX *add. J*. 2330. TIT. *add.* β. 1. S. P. *del.* α^{2}. 12. planeque Germanicis *add.* α^{2}. sumus *del.* α^{2}. 19. vt rumor est *add.* α^{2}.

2379. For the penetrable disguise given in α^{2} cf. Epp. 1548. 17n, 1717. 33.
2329. 108. Longolium] Cf. Ep. 1706. 3.
110. contemptim] Lo. E., f. 128: cf. Ep. 1706. 5–7.
112. ad G. Budeum] Lo. E., f. 72 v°., of 31 Aug. ⟨1521⟩; cf. l. 81n.
2330. 11. ab equis] See *Adag.* 629.
15. vinum] See Ep. 2085. 1n.
19. Cesar] Cf. Herminjard 289, Bl. E. 162; and Epp. 2331. 5–6, 2366.
21. pacata] Cf. Ep. 2307. 20–23.
De domo] See Ep. 2112. 15n.

manet suspensa. Si cogar hic manere, nolim hyeme expelli. Agebatur de domo emenda, sed licet pusillus homuncio, malim tamen agere in ciuitate ampla et frequenti. Hic maligna rerum est copia. Locus enim Musis accommodatior est quam Mercurio. Bene vale, amicorum syncerissime.

Friburgi. Natali Ioannis baptistae. 1530.

2331. TO JOHN CHOLER.

Copenhagen MS. G.K.S. 95 Fol., f. 212. Freiburg.
24 June 1530.

[An autograph rough-draft, with the heading added by a secretary.]

IO. CHOLERO PRAEPOSITO CVRIEN.

S. Scripsi nuper per Henricum quendam, quum esset afflictissima valetudo. De litteris libere scriptis nihil est quod labores. Bona fide redditae sunt. Consilii euentum malim, si liceat, alio expectare loco. Sed morbus alligat. Eccius sui similis est. Multa sunt quur hinc migrare cupiam, at non video quo. Et si verum est Cesarem minari Argentinensibus, ne tutum quidem fuerit Brabantiam repetere.

Demiror quid te delectet in Epistolis Ignatii. Si mihi essent, lubens tibi copiam facerem. Nunc neminem audiui qui illas habeat. Rogo vt de his quae isthic aguntur facias nos subinde certiores, si quid modo tale est vt litteris tuto committi possit. Vale, vir animo meo chariss.

Friburgi. Natali Ioannis Baptistae. 1530.

2332. TO CHRISTOPHER OF STADION.

Copenhagen MS. G.K.S. 95 Fol., f. 212 v° (a). Freiburg.
J. p. 50: KN: Lond. xxv. 28: LB. 1112. 24 June 1530.

[An autograph rough-draft (a^1), revised by Erasmus himself (a^2) at a later date and with different ink. The year-date needs no confirmation.]

CHRISTOPHORO A STADIO, EPISCOPO AVGVST.

S. Ornatissime Praesul, mihi tertium iam mensem cum morte lucta est. Salutarat me Martius. Ab eo malo vix reualueram, et

2330. 23. licet pusillus homuncio *add.* a^2. 24. tamen *add.* a^2. 25. Locus . . . Mercurio *add.* a^2. 2332. TIT. *add.* a^2 (ERASMVS ROTER. *praep.* *J.* AVGVSTANO *J*).

2330. 24. maligna] Cf. Ep. 2192. 118n.

2331. 1. Scripsi nuper] c. 6 June: the letter is not extant.

Henricum] See Ep. 2326. 20n.

2. litteris] Perhaps a reply to Erasmus' free letter; for which see Ep. 2308. 39.

3. Consilii] The Diet of Augsburg.

4. Eccius] He had offered to dispute publicly at the Diet: see Epp. 2310. 38–40, 2365.

6. Cesarem] Cf. Ep. 2330. 19n.

8. Ignatii] bp. of Antioch, martyred 107. His *Epistolae* were first printed, with the *De celesti hierarchia* of Dionysius the Areopagite, Paris, Higman and Hopyl, 6 Feb. 149$\frac{8}{9}$; edited by Faber Stapulensis. There are also an Aldine edition, 1502, and a Junta edition, 1516.

2332. 2. Martius] See Ep. 2322. 3.

ecce Aprilis postridie Pasche excepit me multo inclementius. Coelo nihil erat blandius neque serenius, spirabat Euroaquilo superne, sed a prandio spirabant inferne ventuli quidam Etesiis non absimiles, blandissimi quidem sed sceleratissimi. Senseram insidias, et aliquandiu pomeridianis horis me domi continui. At postridie Pasche, quum domi nullum omnino flatum sentirem, prodii, et ilico captus sum. Primum erant alui tormina, et hinc vomitus, stomachi ruina, insomnia, summa lassitudo. A medicis nihil adferebatur opis, non artis vicio, sed hoc corpusculum non fert vllam violentiam. Tandem sedatis cruciatibus ingens apostema obsedit vmbelicum, durum in initio.

Adhibitus est chirurgus, qui contra medicorum sententiam pollicitus est effecturum sese vt erumperet: quod nec ego credebam fore. Complures dies enecauit me malagmatis exulcerantibus, vsque ad vitae tedium. Totas enim noctes peruigilandum erat, non sine perpetuo cruciatu. Interdiu nec legere potui, nec scribere, nec dictare, nec colloqui, nec audire recitantem. Interim corpusculum exarescens tendebat ad mortem. Ante pauculos dies visum est apostema ferro rumpere. Quae illinc erupit lerna! Deum immortalem, homines talem thesaurum corpore tegere, et viuere? Posthac mitius habere cepimus. Cum somno reditum est in gratiam. Stomachus paulatim reuiuiscit, lassitudo decrescit, at sensim.

In ea afflictione solatii plurimum attulit mihi tuae celsitudinis epistola, candoris, humanitatis et eximie cuiusdam erga me pietatis plena. Quem fauorem si promererer, vel tuo vnius iudicio me beatum existimarem: nunc apud me pudore suffundor, quoties tuum istum in me animum, quoties benignitatem effusissimam cogito. Quotidie votis ardentissimis Deum comprecor vt suo spiritu Cesaris ac Principum animis suggerere dignetur consilia reip. Christianae salutaria, perque Cesaris summam potentiam et potentiae parem pietatem, fatalem hanc et humanis praesidiis insedabilem tempestatem in tranquillum vertere dignetur.

Adest isthic Card. Campegius, sedis apostolicae legatus, qui me semper singulari fauore prosequutus est. Scripsit ad me ex Oeniponte: cuius litteris ob morbum serius respondeo. Hoc amplitudinem tuam non sine causa scire volui.

Archiepiscopus Cantuariensis iam ad extremam senectutem peruenit. Si non attigit, certe proximus est anno octogesimo; sed magis arbitror excessisse. Alioqui semper hactenus prospera valetudine, nunc, vt fertur, adhibuit tertiam tibiam. Spero

3. April. *N*. 6. quidem *om. J*. 9. ilico *add.* α^2. 11–12. non artis . . . violentiam *add.* α^2. 13. vmbilicum *J*. in *add. J*. 17. α^2: vite α^1. 20. paucos *J*. 21. Quae . . . lerna *add.* α^2. 25. at sensim *add.* α^2. 28. *J*: promerer α. 29. quoties *ex* quum *corr.* α. 30. quoties *J*: quum α. 32. ac α: & *J*. 36. α*N*: Campeius *J*. 41. est *ab* α^1 *deletum add. J*. 42. sed . . . excessisse *add.* α^2. 43. vt fertur *add.* α^2.

---

3. postridie Pasche] 18 April.
24. Stomachus] Cf. Ep. 2320. 1.
27. epistola] Not extant.
36. Campegius] See Ep. 2328 introd.
37. Scripsit] A letter not extant.
38. respondeo] Ep. 2328.
40. Cantuariensis] Cf. Epp. 2253. 32–5, 2295. 30–31.

equidem illum mihi superstitem fore; sed tamen, si quid secus acciderit, animus est tuam celsitudinem in illius locum surrogare. E duabus Angliae pensionibus debentur quotannis plus minus ducenti floreni, sed ea pecunia per negociatores ad me peruenit accisa, nonnunquam vsque ad quartam partem, interdum et intercipitur. Si quid humanitus acciderit Archiepiscopo, nihil mihi penderetur. Habeo tantum instrumentum Archiepiscopi et iusiurandum eorum qui debent pensiones. Ecclesias ipsas an obligatas habeam nescio; et, si maxime haberem, nihil darent absenti.

Flandrica pensio quam habebam ex praebenda resignata, mihi inaudita perfidia intercepta est per eum cui credidi omnia, vitam etiam crediturus. Tantum valet amor pecuniae. Ex Caesarea pensione absens teruntium non recepi; vix reuerso quicquam daturos arbitror, vtcunque lactant me magnificis promissis. Ita futurum arbitror vt Erasmus breui redeat ad paupertatem euangelicam: a qua tamen adhuc mediocri absum interuallo, gratia superis. Et si res ita postulet, parsimonia censum augebimus. Hactenus enim multa profudimus non necessario. Non tamen est quod metuas ne tibi grauis cliens futurus sim; qui Cantuariensem adeo non grauarim, vt non semel oblatam illius liberalitatem recusarim.

Vtinam liceat aliquando moribus tuis humanissimis et eruditione multiplici propius frui! Libet hinc aliquo prouolare, non quod quisquam mihi molestus sit, sed quod in oppido pusillo et infrequenti, multa desiderent qui multis egent. At non video portum. Quod si exoriatur bellum, nec tutum fuerit hic manere, nec aliquo proficisci. Sed de omnibus viderit Dominus: qui tuam pietatem sospitet ac prosperet in omnibus.

Friburgi natali Ioannis Baptistae. 1530.

44. equidem *add. J.* tamen α: timeo *J.* 50. Habeo . . . 53. absenti α (ipsas an *add.* α^2. habeam nescio α^2: non habeo α^1): *om. K.* 54–5. inaudita perfidia mihi *J.* 55. intercepta est α: coepit intercipi *J.* credideram *J.* 56. α^2 N^2: Cesarea α^1: Caesaria KN^3. 57. recepi α: recipio *J.* 59. breui *add.* α^2. 64. illius *add. J.* 68–9. pusillo et infrequenti α: non inamoeno quidem illo, verum nec magno nec admodum frequenti, ad haec semoto *J.* 69. At α^2: sed α^1. 71. omnibus α: his *J.*

46. duabus . . . pensionibus] See Ep. 2159. 26n.

46–7. plus minus ducenti] If Erasmus is thinking of gold florins, the two pensions must now have amounted to £35; as in Epp. 2039, 2370. In Ep. 2014. 41–4 £35 = about 271 florins current; which, at the rates given in Epp. 1849. 30–31, 2024. 16–18, = about 200 gold florins.

50. instrumentum] Warham's grant of a pension of £20 from the living of Aldington, 31 July 1512; Vischer pp. 13–15. See Ep. 255 introd.

51. qui debent] Rich. Master was now the incumbent of Aldington; see Ep. 255 introd.

54. Flandrica pensio] from Courtray; see Ep. 436. 5n.

55. eum cui credidi] P. Barbirius; see Epp. 2015. 9n, 2295. 28–30, 2356.

63. grauis cliens] Cf. Ep. 2362.

2333$_{2344}$ From Simon Pistorius.

Leipzig MS.
EE. 128.

Augsburg.
27 June 1530.

[An original letter, autograph throughout. The year-date is confirmed by the contents.]

S., doctiss. Erasme. Magna me diu tenuit dubitatio nunquid responsionem super litteris iamdudum ad te datis elicere deberem. Nam cum certum habeam non modo eas tibi redditas sed quoque interea te aliis apud nos misisse litteras, cum quibus oportune rescribere potuisses, non facile in aliam potui venire coniecturam quam quod argumentum nulla rescriptione dignum visum fuerit. Ceterum cum non solum ego sed et Dux Georgius partim, ni fallor, autographas ad te transmiserit litteras, quibus questiones inseruit ad quas quoque adhuc desyderatur responsum, spero tibi alia fuisse impedimento. Proinde cum hic tabellarius breui se huc recipiet, rogo occasionem vtrique rescribendi ne negligas, vt vel saltem cognoscamus te integre valetudini, quam tibi grâui morbo interceptam fama huc attulit, restitutum.

Et quanquam non dubitem ea que hic aguntur, ad te perferri, nolo tamen te celare quod nudiustertius Elector Saxoniae, marchio Georgius Brandenburgensis, Duces Luneburgenses et Landtgrauius Hassie suo et sibi adherentium nomine scripto obtulerunt Imperatori in lingua Germanica et Latina rationem suae fidei et innouatae religionis, publiceque in consessu aliorum principum fuit prelectum et summa eorum que hactenus a Luthero sunt tradita et asserta; multo tamen modestius eaque lege, vt si non poterint reduci ad concordiam, nec episcopi velint cedere ab hiis que hactenus contra sequentes eorum doctrinam attentarunt, quod oporteat magis obedire Deo quam hominibus, et velint inherere appellationi antea interposite ad concilium generale et liberum et Christianum.

Verum cum nudiusquartus Cardinalis Campeigus, nomine Sedis Apostolicae hic agens legatum, ad hanc dissensionem componendam operam suam obtulerit, arbitror quod in concilium vocabitur et primus sententiam dicet. 'Deus det gratiam ineundae con-

20. a *EE* : ac *MS.*

---

2. litteris] Not extant.

7. Dux Georgius] Nothing is extant between this date and Ep. 2124.

15. Elector Saxoniae] Duke John: see Ep. 1670.

15–16. marchio Georgius] See Ep. 1297. 54n.

16. Luneburgenses] The two younger sons of Duke Henry of Brunswick-Luneburg, who had married a sister of the Elector Frederic: Ernest (26–27 June 1497—11 Jan. 1546), who had been a student at Wittenberg 1512–18, in close touch with his uncle's court, and Francis († 1549). Together they entered the League of Torgau at Magdeburg 1526; signed the Protest at Spires 1529, and the Confession of Augsburg 1530; and they remained strong Lutherans throughout their lives. See ADB. vi. 260.

Landtgrauius] See Ep. 2141. 14n.

18. rationem] Their 'Confession of Augsburg' was presented on 25 June. The same group had been the 'Protestants' at Spires: see Ep. 2107. 1n.

24. obedire Deo] Cf. Acts 5. 29.

25. appellationi] The Protest.

27. Campeigus] See Ep. 2328.

cordiae'. Multi herent in eo quod, quamuis sentiant pleraque amplectenda, attamen non liceat absque vniuersalis Concilii auctoritate et assensu a patrum institutis discedere, etiam si Sedis Apostolicae auctoritas accederet. In qua perplexitate si maior pars vincet saniorem, res spectabit ad grauiss⟨imas⟩ seditiones. Interea mandato Caesaris vtrinque cessatur a predicatione, et solum dicitur Euangelium per eos qui se huic causae non miscuerunt. Quod quidem vt initio admodum durum fuit visum Lutheranis, ita nunc intelligunt apprime necessarium; fuisset enim causa magis exacerbata et spes ad concordiam facta diffitilior. Zwinglianos autem noluerunt illi habere sotios. Sed aiunt et eos quoque suae fidei rationem expposituros. Vtinam tu adesses et haberes qui tuum sequerentur iuditium! persuasum enim haberem te verum posse prestare et Aristarchum et compositorem. Quocirca et eo diligentius cura tuam valetudinem, vt, si forte sic veniret in mentem, supersis.

Eppendorpius est hic. Si quid est quod cum illo agi velis, significa; nusquam enim tibi mea deerit opera, cura et industria. Semperque bene vale. Augustae XXVII Iunii M.D.XXX°.

T. Simon Pistorius, V. I. D. etc.

Optimarum artium antistiti et theologo vere summo, D. Erasmo Roterodamo, domino et amico obseruandiss.

[2326]2334. FROM BERNARD OF CLES.

Leipzig MS. EE. 129. | Augsburg. 27 June 1530.

[An original letter, written and addressed by a secretary, signed by the Cardinal.]

VENERABILIS, egregie, sincere nobis dilecte, non potuimus Poliphemo isthuc redeunti [non] nihil litterarum ad vos dare, quem nostri obseruantissimum semper cognouimus; tametsi parum impresentiarum sit quod scribamus, postquam ex Tridento ad vestras abunde et iterato rescripsimus, quibus videbamini ad nos versus autumnum conuolare proposuisse: id quod in facultate vestra continue fuit. Quare non videmus opereprecium vt toties repetamus bene gratum animum et desiderium nostrum vobis gratificandi. Sed reliquum est tantummodo, vt de nobis peri-

2333. 50. T.] Tuus.

2334. 1–2. Poliphemo] See Ep. 2130. After reaching Znaim in May 1529, he stayed on through the winter in Bohemia (Ep. 2288), and perhaps went to the wars (Ep. 2230). Now he was preparing to return to Erasmus (cf. Epp. 2335,6), but was delayed by his obligations to Ferdinand. On 6 Jan. 1531 Quir. Talesius wrote to Boniface (Basle MS. Ki. Ar. 18a. 380) that Polyphemus had arrived at Freiburg from Augsburg on 1 Jan., but had returned thither at once.

3. obseruantissimum] The protestations of his loyalty which Polyphemus moved his friends to make for him (cf. Epp. 2335. 33–4, 2336. 1–3, 75–7, 82–3, 2339. 19–24, 2342) were no doubt prompted by Erasmus' neglect of him; see Ep. 2288. 24–5.

5. vestras] Answering a letter received on 30 March (Ep. 2299. 31–6); not extant, nor the Cardinal's answer.

culum faciatis, et interim preces vestras apud Deum optimum maximum fundatis, quo demum respiciat hoc tempore super populum et fideles atque catholicos suos: quas certo scimus maiestati suae diuinae acceptas plurimum futuras, languenti Christianitati vero salubres.

His scriptis, vestrae redditae sunt, quibus gratulamini accessioni dignitatis nostrae; tametsi hoc precipuo tempore opus non fuisset, quo omnia laborant maxime. Vtinam per eam tamen Ecclesiae vniuersali atque fidei nostrae labanti opitulari possimus! sed insufficientia viresque nostrae pertenues renituntur.

De aegritudine in quam incidistis, condolemus ex animo, illamque moleste satis ferimus. Restitutioni itaque incumbite quantum in vobis est, ac pollicemini vobis nos semper in rebus vestris affuturos vt, si fieri possit, et honoris et corporis preseruationem preseruemus; nec calumniantium maledicta magni pendere velitis, quoniam illis materia non suppetit vel modo vllo conceditur aduersum vos obloquendi, quum apud principes et catholicos omnes probitas et integritas sua vulgatissimae sint. Reliqua non egent responso, nisi addere velimus quam maxime referret vt et vos hic essetis in hoc rerum turbine; vt is qui prudentia et doctrina sua fidei et Ecclesiae adesse et prodesse summopere posset. Cui bonam valetudinem bene precamur.

Ex Augusta xxvii. Iunii M.D.XXX.

B. cardinalis Trid.

Venerabili, egregio, sincere nobis dilecto domino Erasmo Rotherodamo, S. theo. professori etc.

2335_{2346} FROM JOHN VLATTEN.

Leipzig MS. EE. 130. | Augsburg. 28 June 1530.

[An original letter, autograph throughout. The year-date of these three Vlatten letters in sequence needs no confirmation.]

SALVE, D. Erasme animo meo charissime. Quod rarius solito ad te, virum mihi omnibus modis reuerenter obseruandum, scripserim, non mea incuria sed iniquorum nostrorum temporum accidit malignitate. Nam Princeps meus, variis et indignis degrauatus curis, varias illius nomine legationes vt obirem voluit. Proinde missus ad Carolum Cesarem in Italiam, ex Italia in nostram inferiorem Germaniam, ex Germania in Italiam rursus; me reducem ad hunc celebrem procerum atque statuum conuentum delegauit. Ita hac atque illo, semestri hoc, circumuolitanti vix datus fuit respirandi, de amicis optime meritis, de necessariis, de propinquis et studiorum sodalibus reminiscendi locus.

Pristine valetudini te restitutum gaudeo immortaliter, atque Deum opt. max. precor vt te Christianae reip⟨ublice⟩ nostre

2334. 15. vestrae] Ep. 2326.
27. sua] a slip for vestra?
2335. 4. Princeps] John III of Cleves: see Ep. 829. 12n.
7. in Italiam] where Charles arrived in Aug. 1529: see Ep. 2208. 41n.

sanum et incolumem conseruet quam diutissime; quo tandem infelici et misere Germaniae, que proh pudor post abiectam feritatem, depositam barbariem, in Cristianismo non modo variat verum funditus fere labitur, elaboratissimis sanctissimisque tuis dogmatibus suppetias tua Christiana mediocritate atque modestia ferre queas. In hac enim rerum discordia, in hoc passionum atque affectuum tumultu, citra tua et tui similium prudentissima consilia, consilii inopia multa negligentur, plurima necessario definienda indefinita iacebunt. Igitur age vt periclitanti orbi Christiano et in extremis laboranti coram adsis, medelam adhibere non recuses. Istud enim a te expectat orbis Cristianus, desiderant inuictissimus Caesar, serenissimus Vngariae Rex, reuerendissimi presules reliquique clarissimi Imperii status.

Si vlla in re tibi queam vsui fore atque morem gerere, tuum erit indicare, meum parere, mi Erasme; nihil enim, vel dispeream, magis in votis est. Quod si adhuc de transmigrando cogites et locum vllum sub dicione illust. Principis mei aptum condicionibus tuis existimes, fac idipsum intelligam; experieris in hoc me cordati amici munere functurum. Feliciter vale et me, vt facis, ama, atque Polyphemum nostrum; non ob mei commendationem sed hominis erga te sinceram fidem et constanciam.

Augustae vicesima octaua Iunii Anno 30.

Tuus ex toto pectore Ioannes a Vlatten, scholaster etc.

Eruditiss. viro D. Erasmo Roterodamo, amico reuerenter obseruando, Friburgi.

[2327]2336. From Cornelius Scepperus.

Leipzig MS. Augsburg.
EE. 131. 28 June 1530.

[An original letter, autograph throughout. For conversations of Scepperus at this time with Melanchthon and Jonas see LE². 1660. 73–81, 1674. 70–80 = JE. 179, 181, also LE². 1661. 25–30 = ME. 731.]

S. Polyphemus tuus ad me venit in Ponte Aeni; gauisus sum hominem agnouisse, nam videtur mihi vaera de eo praedicatio tua, est enim fidus et tui amans. Is destinauit abitionem ante aliquot hebdomadas, et commeatum impetrarat illi doctor Faber; deinde intercessit et opera mea. Sed cum regia maiestas Hungariae nollet abesse familiam suam sibi ingressuro Augustam, iniecta est mora Polyphemo. Interea Deus nobis ademit reuerendissimum Cancellarium nostrum supremum; quem cum vehementer amarim publico nomine quia vir bonus esset, amaui et priuato nomine quod esset mei amans nullo merito meo, sed ipsius in me pro-

2335. 33. Polyphemum] See Ep. 2334. 1–2n.

2336. 1. in Ponte Aeni] Scepperus was no doubt there with the Emperor, 4 May—6 June.

4. Faber] as Ferdinand's minister.

6. familiam suam] The office conferred in March 1529 (see Ep. 2130. 60–62) made him one of Ferdinand's household. Polyphemus had to await the state entry into Augsburg on 15 June.

8. Cancellarium] Gattinara, † 5 June 1530: see Ep. 1150.

pensitate. Ademptus est itaque nobis et forte nostro cum malo. Neque enim parem habebimus virum, qui et rerum experientia et gerendorum dexteritate paria cum illo faciat; fidelitate vero et integritate ea qua ille preditus fuit, nemo hodie superest qui preditus sit. De iis loquor qui sunt in rebus versati; nam nos aulici nouimus omnes omnium gentium homines, et id forte nostro cum incommodo. Veneratus sum illum viuentem, neque venerabor minus mortuum; nam scio quantus fuerit.

Is cum aduenisset Tridentum, vbi incidi in Leuinum, gratissimo animo sciscitatus est de te; et triduo priusquam moreretur, cum Polyphemus profectionem se diceret accelerare, iniunxit mihi vt ad te scriberem secreto, et nomine suo et meo, vt rationes pacandae huius tempestatis ad me perscriberes. Nam daturum se operam vt, si tu illas velles a te videri non profectas esse, nemo cognosceret illarum te authorem esse praeter se et me. Iam volebam scribere, cum reuerendissimus Tridentinus mihi significauit commode Polyphemum proficisci non posse ante aduentum regiae maiestatis in Augustam. Itaque impedita sunt omnia, neque temere per quemuis id scribere volebam. Postea decessit nobis magnus ille vir, et inuersa nobis sunt omnia. Quod ad exteriora ista attinet, non multum commoueor, et nescio an foelicius viuere potuisset quam est mortuus. Te amabat vnice, et si illum Deus voluisset his superstitem esse temporibus, sensisses id quod nunc ad te scribo.

Hoc debes Valdesio, qui tibi semper ex animo fauit. Ego qui neque amicitiis neque ambitione multum in aula potui, sed Deo gratiam habeo de data mihi gratia, parum potui in rem amicorum, sed voluissem plura potuisse; nam illis inseruiendi voluntas mihi non defuit, feci quod potui. Et magnus ille vir ante mortem suam me impellente legit Consultationem tuam de bello Turcico, item expositionem in Psalmum XXVIIIum et Ieronem, et nescio quae alia, quae ad me attulit Leuinus. Qui me tuo nomine plurimum salutauit attulitque litteras in commendationem suam, quae fuerunt mihi longe gratissimae: non quod illis opus erat illi apud me qui agnosco tuam erga illum propensitatem, sed quod gaudebam intelligere tuam erga me fiduciam. Quae sane te non fallit.

Leuinus apud me est et erit, donec illi maior accesserit conditio; ad quam illum non desinam promouere pro mea virili. Et interea illi nihil deerit: si non est apud honoratissimum aliquem, est apud mediocrem hominem, neque illum rebus deploratis. Nunc quum omnes tumultuemur, tuum erit videre qua in parte operam nostram desyderes. Quod enim ad Hispalensem attinet, Valdesio

19. Tridentum] Charles, whom the Chancellor was no doubt accompanying, halted at Trent 24–28 April.
Leuinum] Algoet; see Ep. 2294. 13n.
22. pacandae] See Ep. 2328. 62n.
26. Tridentinus] Bern. of Cles; cf. Ep. 2334.
35. Valdesio] Alfonso; see Ep. 1807.
40. Consultationem] See Ep. 2285.
41. Psalmum] He means on Ps. 22, see Ep. 2266; for Ps. 28 serves as the basis for the *Consultatio* (l. 40).
Ieronem] See Ep. 2273.
53. Hispalensem] Manrique (Ep. 1846); whose support Erasmus was still desiring against his Spanish critics. Cf Epp. 2299–2301.

ea cura iniuncta est. Et quum de te referre ad Cancellarium non possim, quoniam nullum habemus, retuli ad Caesarem et ad Ferdinandum, qui tibi ex animo fauet, et relaturus sum.

Ioannes Dantiscus nunc est episcopus Culmensis, et rediit ad nos ante biduum. Est homo integer et prudens sine naeuo. Cum eo mihi fuit diuturna multorum annorum consuetudo et cum eo modium salis, quod dicitur, absumpsi; quo fit vt liberius predicem illius mihi notam integritatem, alias mihi temperaturus. Dixit mihi haec scribenti, se quoque ad te scripturum, rogaturumque ne te hominem tanta prudentia tantaque cognitione permouerent libelli isti, qui aduersum te scribuntur ab hominibus quibus perniciem suam debet res Christiana: indignum enim esse vt permouearis. Et ego quoque te oro ne ad calculi mala accedere patiaris has incommoditates, sed te nobis serua. Et si quid est quod iis rebus tu iudicaris expedire, et de quo velis citra iactantiam Caesarem reddi certiorem aut regem Ferdinandum, significare id poteris aut Valdesio aut mihi. Ego enim vt non cuperem studio et obseruantia erga te cuiquam cedere, ita non inuiderem cuiquam studium suum; immo rogo te quamplurimos tibi deuincias non nomine tuo sed monumentorum tuorum, que multi mali homines non desinunt traducere: quibus merces sua parata est. Poteris omnia tuto committere Polyphemo, homini per integritatem et fidem in te multis commendato, et qui non defecturus ab hoc instituto mihi videtur.

Nihil hic alias est rerum nouarum. Valdesius recte valet, et miror quod ad te non scripserit; sed se hodie scripturum mihi ad te promisit, ostensis litteris tuis quas de data postridie Penthecostes accepi. Et iam commode parauerat Polyphemus abitionem; quem dignaberis tibi commendatum habere commendareque amicis. Quod si vnquam aut tu ad Belgas, aut ego in eas regiones venire potero vbi tu Glareanusque versamini, nulla res tantum cordi erit quam presenti tibi exponere quedam que scribere non possum. Quod tamen fecissem, si superfuisset noster ille nunquam satis commendatus; cuius in absentia spero te non inuisurum nobis, si quid voles in presentem rerum statum consulere. Et bene vale, preceptor charissime. Augustae Vindelicorum, pridie diuorum Petri et Pauli anno xv^{c}. xxx^{o}.

Cornelius Duplicius Scepperus.

D. Henrico Glareano, veteri amico, me plurimum dignaberis commendare.

D. Erasmo Roterodamo, preceptori meo honorandissimo. Friburgi.

57. Dantiscus] See Ep. 2163. 138n. Since 1526 he had been Polish ambassador to the Imperial court in Spain; and now, following Charles, had returned through Italy to Germany.

Culmensis] For a letter of the Chapter, 10 June 1530, expressing satisfaction on his election see AT. xii. 168.

59. consuetudo] It is not easy to see when this was. They were for about a year together in Spain.

60. modium salis] See *Adag.* 1014.

66. calculi] See Ep. 2275 introd.

79. scripturum] The letter is not extant. Erasmus replied on 9 July: Ep. 2349.

80. litteris tuis] Ep. 2327.

86. noster ille] Gattinara.

2337. From Martin Bovollinus.

Leipzig MS. Venice.
EE. 132. 29 June 1530.

[An original letter, autograph throughout. The ms. year-date may be accepted, in sequence with Ep. 2102.]

S. D. P. Exquisitam humilis homunculi mei, serui tui, astutiam vide, Erasme, vir celeberime, qui excogitaui magnum Erasmum facere tabellarium. Filius est mihi istic cum Glareano nostro; quia in montibus Rhetie semotioribus habito, raro vel numquam datur nuntius per quem ei litteras dem. Contigit autem vt, dum Venetiis essem, virum tui offitiosum inueni; quis enim bonus te non obseruat, Erasme? Huic cum litteras ad Glareanum daturus essem, cogitaui certiori spe eas allatum iri, si tuo nomini destinentur; propterea confidenti venia hoc te labore offendi, vt tu Glareano has alligatas reddi iubeas. Eum pro quo hoc fecceris, aliquando cognoscet Erasmus. Filiolus ille meus meo iussu propterea Glareanum sequitur, quia Glareanus, alioquin vir clarus, Erasmi familiaritate illustratur, vt adolescentulus, si non Erasmi, saltim eius necesarii se iactet esse disipulum. Contineor tanti viri maiestate de puero hoc tibi vlterius scribere; quid autem a me ipse habeat in mandatis, ipse scit. Absurdum est vt tanto viro meis neniis sim tediosus; sed conceptum sermonem continere quis poterit? Vtinam assentiat Erasmus vt meus filius illi meis sumptibus famuletur et seruiat! merces eius sit solum gloria nominis tui, si placet; putaboque non modicum foenerari si hoc mihi per tuam benignitatem conceditur. Puero Lazarus nomen est.

Scripsi tibi alias ex Vale Telina; a quo cum responsionem habuerim, me aliquid esse existimaui, qui ab Erasmo litteras habeam. Si nunc per te itidem fiet, erit mihi gratissimum; quod si citra molestiam fieri potest, vt fatias obsecro. Petrus Bembus, patritius Venetus, te salutat. Is quendam mihi libellum tibi mittendum dedit: cum e Roma rediero, si Deo placuerit, iuxta promissionem id exequi curabo. Si dignaberis scribere, des litteras puero meo, qui illas mittet. Vale, decus huius seculi. Dominus dirrigat gressus tuos et nostros. Amen.

Venetiis tertio kalend. Iulias 1530.

Tuus Martinus Bouollinus Misocensis.

Iesus Christus.

Clarissimo et celeberimo viro Des. Erasmo Roterodamo, domino meo singularissimo. Zů Friburg in Brisgow.

---

3. Filius] See Ep. 2102 introd.
Glareano] For his success in teaching at Freiburg cf. Ep. 2290. 48–9.
23. Scripsi] Ep. 2102.
27. libellum] Bembo published two small dialogues with the Sabii at Venice in 1530, *de Virgilii culice* and *de Vrbini ducibus*; which are probably intended here. On 11 June 1530 he sent copies to Laz. Baif at Venice (Ep. 1962), one of which was for Sadoleto (Bemb. E., bk. vi); Sadoleto's letter of thanks is dated 22 July.

2338. TO DUKE GEORGE OF SAXONY.

Copenhagen MS. G.K.S. 95 Fol., f. 215 (α). Freiburg.
J. p. 51 : KN : Lond. xxv. 29 : LB. 1113. 30 June 1530.

[An autograph rough-draft (α^1), revised by Erasmus himself later (α^2). As in Epp. 2330–1, 2329, the secretary (β) adds the heading and improves the writing. The MS. breaks off at the foot of f. 215 v°., *vere cre-* (l. 70). The letter was carried by a canon of Basle; see Epp. 2342, 2344. The year-date needs no confirmation.]

GEORGIO SAXONIAE DVCI.

S. Illustrissime Princeps, ante complures dies scripsi Simoni Pistorio, celsitudinis tuae Cancellario. Sarcinula quam Waltero Lypsiensi commiseras initio Ianuarii, mihi reddita est in fine Aprilis grauissime egrotanti. Nam morbus qui tentarat in Martio, repetiit me postridie Paschae, tam violentus vt nec edere, nec dormire, nec scribere, nec legere, nec recitantem audire, nec cum quoquam colloqui liceret. Primum erant alui tormina, quibus successit apostema sceleratissimum ; vnde adhuc totus langueo, nondum liber a medicis ac chirurgo.

Si sarcinula venisset ante nundinas, fuisset mihi gratissimum. Non libenter legi iugum illud nominum, dux Georgius et Martinus Luterus in eadem pagina. Multum addit illi glorioso superbiae quod sic impune debacchatur in principes. Nusquam mihi magis displicuit quam in illa Apologia, in qua de nihilo excitat tibi de furto, si superis placet, tragoediam. Quantum illic amarulentiae, quanta vafricies, quanta impudentia detorquendi ad calumniam omnia! Citat Hieronymum querentem de his qui scriniis ipsius effractis suffurabantur schedas: quasi T. C. quicquam simile fecerit, qui epistolam per multorum manus iactatam accepisti. Quam seditiose exaggerat quod Ioanni duci Saxoniae ac senatui Norembergensi volueris imperare! quum in litteris tuis nullum sit verbum imperiosius. Quam impudenter vult idem videri, tacite apud se cogitare quippiam, et alteri loqui seu scribere! quum ex cogitatione nuda nullius fama ledatur, ex epistola seu colloquio nascatur rumor. Quam absurde citat Ecclesiam non iudicare de occultis! Imo occulta tormentis exquirunt leges, et Ecclesia iubet vt impias cogitationes aperiamus sacerdoti. Denique quum nihil conuiciorum omiserit, fingit se parcere C. T., minitans nisi desinas, se prorupturum vasis acidi fundum. Quoties inculcat te hostem esse, quum toties tam amanter inuites

TIT. *add.* β : ERAS. ROT. *praep. J.* 2. Gualthero *J.* 5. me *add. J.* 7. quoquam *J* : quoq̃ α. 7. Primum . . . 9. chirurgo *om. J.* 11. illud *add. J.* 12. Lutherus *N.* illi glorioso superbiae α : animorum illi praeferoci *J.* 14. tibi *add. J.* 15. si superis placet *add. J.* 21. tuis litteris *J.* 22. α^2 : imperiosum α^1. 24. seu α : ceu *J.*

1. scripsi] See Ep. 2344. 1n.
2. Waltero] Probably a carrier.
5. postridie Paschae] 18 April.
12. in eadem pagina] Cf. l. 14n.
14. Apologia] *Von heimlichen vnd gestolen brieffen . . . widder Hertzog Georgen zu Sachsen. Mart. Luth.*, Wittenberg, H. Lufft, 1529; see Ep. 2124. 42n.
17. Hieronymum] *c. Ruf.* 2. 24, 3. 25: references given in the Weimar edition of Luther's *Werke* xxx, pt. 2, p. 30.
20. exaggerat] Weimar edit. xxx. 2, p. 31.
Ioanni] See Ep. 1670.

illum ad resipiscentiam! Postremo, qua fungitur autoritate, tradit te cum omnibus tibi quoquo modo fauentibus Satanae. Sed homo misericors mox soluit nodum quem nexuerat, idque nec poenitenti nec agnoscenti culpam. Deum immortalem, quantum ista discrepant a spiritu euangelico! Centum libri aduersus hominem scripti non perinde alienassent animum meum ab eo atque illa inuectiua. Nusquam magis agit hyperbolum. Non est illi nouum sibi pugnantia scribere. Cumque docti quidam illi loca eiusmodi ingesserint in os, homo suauis obticescit, quasi sint indigna responso scilicet.

Palinodiam de bello Turcico risi; quasi nunc alia sit Germania quam pridem fuit, aut quasi Deus nunc quoque non visitet peccata nostra per Turcas. Quod si hec causa valet, phas non esset vllam calamitatem a nobis depellere, non pestilentias, non bella, non latrocinia, non rusticorum incursationes. In concione de bello aduersus Turcas, Turce imperium facit perpetuum et inuiolabile, nobis nihil relinquit praeter atroces calamitates et patientiam. Me non deterreret, licet, vt scribis, etate decrepita, quo minus consererem manus cum homine, nisi toties re compertum esset nihil aliud profici nisi quod iritemus crabrones. Et iam pridem ab istiusmodi furiosis libellis libenter abstineo, senectutem meam consolans lectione sacrorum voluminum.

Ad Calendas Ianuarias emisi Epistolam aduersus eos qui se falso iactant euangelicos, quum nihil sint minus. Ea re commoti quidam duos libellos bene dentatos emiserunt in caput meum; quos ego nec legere dignatus sum hactenus, tantum abest vt parem responsionem. Ediderunt nouum dogma, phas esse fucis et mendaciis vti ad propagandum 'Euangelium' (sic appellant sectam suam), idque iactant permitti legibus Cesareis: quasi si quid humane leges permittant in re prophana, idem liceat in negocio Euangelico. Concedunt hoc leges, sed citra fraudem cuiusquam. Hic insimulantur innocentes et inficiuntur incauti. Assiduis votis Deum sollicito vt Cesari ceterisque principibus suum spiritum impartire dignetur, vt hec prodigiosa lues, si non penitus tolli, certe mitigari queat, iisque consiliis res agatur vt vincat non pars sed veritas. Bellum horreo: cuius varius est euentus, nec minus ledit bonos quam malos. Oportet, inquit Paulus, hereses esse. Hereticorum enim impietas olim cessit in magnum Ecclesiae commodum, excercuit illius doctrinam, et aperuit qui vere crederent, qui non. Tam eximia Caesaris pietas mihi spem bonam facit fore vt Dominus per illius potentiam magna ex parte medeatur huic fatali malo: quod quomodo consiliis aut praesidiis hominum sanari possit, non video.

31. Postremo . . . 34. culpam *add. J.* 36. hominem α^2: Luterum α^1. eo α^2: homine α^1. 45. α^2: incursiones α^1. 48. etate *add.* α^2. 49. homine α^2: Lutero α^1. 50. crabones α. 51. libenter *add.* α^2. 52. sacrorum voluminum lectione *J.* 55. quidam α^2: Argentinenses α^1. 56. hactenus *add.* α^2. 65–6. iisque . . . veritas *add. J.* 68. enim *om. J.*

41. Palinodiam] The *Heerpredigt*; see Ep. 2279. 1n.

48. decrepita] See Ep. 2260. 314n.

53. Epistolam] See Ep. 2219. 11n.

55. duos libellos] See Ep. 2326. 17n.

68. Paulus] 1 Cor. 11. 19.

In Epistola tua ad Luterum, pag. C., facie priore, lapsus est scribae aut typographi. Nam Augustinus nunquam adhaesit Arianae sectae, sed Manichaeorum, ac rursus non nisi ante baptismum. Siquidem catechumenus scripsit in Manichaeos. Hoc igitur exemplum nihil ad Luterum pertinet.

Dominus illustrissimam celsitudinem tuam sospitet ac prosperet in omnibus. Apud Friburgum Brisgoiae postridie natalis Petri et Pauli M.D.XXX.

2339_{2345} From Nicholas Olah.

Esterhazy MS., p. 223 (*a*). Augsburg.
OE. 69. 1 July 1530.

[For the MS., which is Olah's letter-book, 1527–39, see App. xxi, in this volume. More than a year earlier J. A. Brassicanus had suggested to him to introduce himself to Erasmus (OE. 9): at length, when surrounded by Erasmus' friends at Augsburg, he ventured to do so.

Nic. Olah (Jan. 1493—14 Jan. 1568) was born at Nagy Szeben in Transsylvania, perhaps of Wallachian origin. In 1510 he entered the court of Ladislas of Hungary; on whose death in 1516 he became secretary to the Bp. of Fünfkirchen. In 1518 he received a canonry there, in 1522 the archdeaconry at Komorn and a canonry at Esztergom (Gran); and on 16 March 1526 he was appointed secretary to Louis II. After the disaster at Mohacs he remained in the Queen's service in Moravia. In 1527 he was rewarded with the treasurership of Alba Regalis (Stuhlweissenburg); and soon after was appointed abbot of Tapolcza near Kassa (OE. 273–4).

At the conclusion of the present Diet he accompanied the Queen to the Netherlands in March 1531, and remained with her there till 1539, mostly in Brussels. In Aug. 1543 Ferdinand made him his chancellor in succession to Faber; and advanced him at the same time to the see of Zagrab (Agram) 1543, then to Eger (Erlau) 1548, and finally to the primacy as abp. of Esztergom 1553.

While at Brussels, he composed in 1536 a geographical description of his native country, *Athila seu Hungarica* (Vienna MS. 8739); in which (f. 7) he describes the libraries of Math. Corvinus from information given by the king's amanuenses, whom he had known. Denis mentions two books (nos. 624, 732) prepared at his direction c. 1560 for the guidance of his clergy in dealing with heresy, and a Breviary for Esztergom, 1558 (no. 593), in which is a portrait of him and a brief Chronicle of Hungarian events 1493–1558, containing many of the facts of his own life. Five complimentary dedications to him are enumerated by Denis; to which may be added Demosthenes *c. Lept.* ed. P. Nannius, Louvain, B. Gravius, 1542, and Dion. Hal. *De Thucydidis historia*, Venice, Manutius, 1560.

A contemporary portrait of him was shown to us on 8 Aug. 1922 at Frakno by Prince Paul Esterhazy, with whose family Olah was collaterally connected. Olah's Chronicle in the Esztergom Breviary we have not seen; only a reprint of it in C. Peterffy's *Sacra Concilia Hungar.*, 1742, ii. 187–9.]

74. Lutherum *N*. 78. Lutherum *N*².

74. Epistola] In *Epistolae atque libelli aliquot, continentes controuersiam quae inter . . . D. Georgium Saxoniae ducem etc. et M. Lutherum . . . versata est, de mandato eiusdem Ducis Georgii iam recens e Germanico in Latinum traducti*, Leipzig, M. Lotther, 1529. The Duke's letter, dated at Dresden, 28 Dec. 152$\frac{8}{9}$, begins on f°. A⁴, and on f°. C comes: 'Respice superbum *Arrianae* disciplinae sectatorem Augustinum, patronum tuum'. This information I owe to my friend Dr. Emil Reicke, formerly Stadtarchivar of Nuremberg.

N. OLAVS THESAVRARIVS ALBEN., SECRETARIVS ET CONSILIARIVS SERENISSIMAE REGINAE MARIAE, ERASMO ROTERODAMO S.

LICET non dubitem quin et antea ex tuorum amicorum literis plane cognoueras quantum voluptatis et delectationis serenissimae Reginae meae Mariae et nobis omnibus attulerit tuus de Vidua Christiana editus, et nomini suo dicatus, libellus; tamen ex me quoque, licet ignoto amico, velim intelligas opus illud tuum tam gratum illi fuisse vt gratius accidere nihil potuerit. Nam et animum eius amantissimi sui coniugis desiderio plurimum exacerbatum mirifice recreauit, et quibus artibus viduitas regenda instituendaque sit, doctissime informauit; effecitque vt ipsius in te amor et beneuolentia mirum in modum augeretur: quod te nuper ex literis ipsius ad te propria manu scriptis arbitror plane cognouisse.

Magno tenemur videndi tui desiderio: qui hoc praesertim tempore, dum multorum cum pernicie in rebus fidaei disceptatur, maxime hic esses necessarius, vt tuum, quod in rebus esset hiis dubiis presens, proferres iudicium. Speramus igitur te huc venturum, si non amicorum tuorum hortatibus, at publicae tranquillitatis caussa; ob quam rem plura ad te in praesencia non scripsi. Hoc tamen vnum preterire non sum arbitratus, *τὸν Πολύφημον τὸν σόν*, satellitem regium, qui tuo nomine libellum a te missum Reginae praesentarat, nihil pretermisisse quod ad bonum, fidum et diligentem tuum clientem pertinuerit, omniaque quae a te ei fuerant demandata, tam apud Reginam quam apud alios tibi deditos, accurate fuisse executum.

Ego licet ex facie sum tibi ignotus, tamen tam tu es mihi charus et cognitus ex tuorum librorum, quos in horas manibus meis tracto, frequenti lectione, vt eciam hiis qui tecum cottidie versentur tuaque fruantur suaui consuetudine, hac vna re nequaquam sim cessurus. Cuius mei in te amoris et studii Vrsinus Velius, Henkellus, idem *ὁ Πολύφημος*, qui has tibi reddidit, ac quamplures alii tui et mei familiares, optimi sunt testes. Si Deus optimus maximus incolumem te, vt spero, huc aduexerit, vel aliqua alia mihi dabitur occasio te videndi, tu ipse id experieris, et meam in te obseruantiam, qua iampridem propter diuinum tuum ingenium et virtutes excellentes tibi sum deditus, coram cognosces: quam vt admittas, meque in tuorum numerum adscribere velis, te vehementer rogo, Vale, meque tui ex animo amantem habe commendatum.

Augustae prima Iulii Anno 1530.

7–8. exacerbatam *a*.

1. literis] Such as Ep. 2309.
4. Vidua Christiana] See Ep. 2100.
7. coniugis] Louis II of Hungary.
11. literis] See Ep. 2309. 11n.
13. videndi tui] There was a rumour that the Emperor had invited him. On 27 June Spalatinus recorded it; on the 30th Melanchthon reported it to Luther (LE². 1689. 15–17). In July it was believed that Erasmus had replied: see Ep. 2358. For Erasmus' anticipation of it cf. Epp. 2344. 19–20, 2355. 40–42.
16. iudicium] Cf. Ep. 2328. 62n.
20. *Πολύφημον*] See Ep. 2334. 1–2n.
25–6. Cf. Ep. 1279. 1–3.
29. Vrsinus] See Ep. 2313.
30. Henkellus] See Ep. 2309.

^{2291}2340$_{2379}$ FROM GERMANUS BRIXIUS.

Epistolae Floridae p. 28. ?
K. p. 45: N. p. 974: Lond. xxv. 22: LB. 1114. 6 July 1530.

GERMANVS BRIXIVS ERASMO ROTERODAMO S.

VENIET ergo ad nos sub vnum idemque fere tempus a Germania vestra Latine, ab Italia Graece loquens Chrysostomus. Nam et Ioannem Mathaeum episcopum Veronen. referunt, qui Verona ad nos veniunt, nulli sumptui parcere, vt sua lingua loquentem illum habeamus, et quidem quam fieri poterit correctissime; adhibitis ad id exemplaribus iis quae Venetiis e Cardinalis Niceni bibliotheca eruta sunt, itemque et aliis compluribus, multo multis locis studio conquisitis. Opus ipsum iam formis excusum fuerat; verum quod mendosum compertum est ab Aristarchis iis quibus negocium credidit Episcopus, denuo Episcopi iussu ac sumptu sub praelum rediit.

Ea Graeci Chrysostomi expectatio fecit vt Latinum istum haud pluribus nostris versionibus augeremus, quam duabus iis quae te autore atque hortatore a nobis ad vos antea profectae, in manibus hominum iam versantur. Nam vt summe etiam cupias, quid tandem est quod vertendum tibi proponere possis, nisi habeas vnde versionis materiam desumas? certe exemplariorum Graecorum penuria in causa est cur ipsi hoc tempore te hoc in exercitationis genere desudantem opera nostra nihilo amplius subleuare possimus; quo magis laetor istic inueniri qui laborem tuum adiuuent, *Σύντε δύ' ἐρχομένω*.

Monachus meus quod sero ad te perlatus est, imputabis ipse non meae, sed tabellarii tui negligentiae; cui opus ipsum tradidi statim vt tuas accepi, quum sperarem illum tibi in tempore reddi posse. De Cardinali cancellario, recte te meminisse video quid alteris tuis ad me scripseris.

De Tusano, crede mihi, amans est ille atque obseruans nominis tui, vt si quis alius; nec minus gloriae tuae fauet quam Budaicae, etiamsi Budaeo ipsi in primis doctrinae suae Graecae arcana omnia

3. Matthaeum *N*. 18. ipsi *N*: ipse *J*.

---

2. Chrysostomus] The complete edition designed by Giberti opened with the Pauline Epistles, 3 vols., Verona, Sabii, 28 June 1529; but was not carried further.

The MS. used is thus described in the colophon of vol. iii: *τοῦ βιβλίου . . . παλαιοτάτου ὄντος καὶ ὑπὸ τοῦ γήρως ἤδη σαθροῦ τε καὶ ἡμιβρώτου καὶ τὸ δὴ μέγιστον μόνου τοῖς ἐντυποῦσι παρόντος.* It may perhaps be identified with no. ciii in Zanetti and Bongiovanni's Catalogue, 1740..

3. Mathaeum] Giberti: see Ep. 1443[a].

7. Niceni] Bessarion, abp. of Nicaea 1437, card. 1439: Ep. 554. 73n. The original catalogue of the library given by him to St. Mark's in 1468 is printed by H. Omont in *Revue des Bibliothèques* iv, 1894, pp. 129–87.

For Budaeus' interest in the library in ⟨1520?⟩ see Lo. E., f. 96.

9. excusum fuerat] 'tertium abhinc annum': see Donatus Veronensis' preface to Clement VII, in vol. i of Chrysostom, f°. †[2].

13. duabus iis] The *De Sacerdotio* (Ep. 1733), and the *contra Gentiles*, Paris, S. Colinaeus, 1528; which contains the *Babylas* (Ep. 1856).

21. *Σύντε*] Cf. Hom. *Il.* 10. 224.

accepta referat. Qui si siuit se per id tempus quo mare ipsum vndequaque turbatum erat, cum reliquis vectoribus vnam eandemque nauem temere, vt fit, ingressis, ad horas perpaucas rapi potius quam duci, quo tum ventus pelagusque ferebant, id ipsum vero non hominis leuitati sed tempestatis potius vi ascribes: quae ipsa mehercule talis erat tum suborta, vt mihi etiam clauus, quem ego tamen rectum semper tenere animo obfirmaueram, in latus quodammodo deflectendus fuerit, quo minore negocio vndarum fluctuumque densim incurrentium impetum sustinerem, et vel mutata nonnihil velificatione destinatum tandem portum tenerem.

Ὁ μὲν δὴ ἄνεμος, ὁ τὴν θάλασσαν τότε συνταράττων, ξενικὸς ἦν καὶ ἀπὸ τῶν ἀλλοφύλων. Καὶ ταύτῃ μὲν οὐκ ἀλαοσκοπιὴν εἶχες, Ἔρασμε: rem enim te sagaciter subodoratum longiore illa epistola ad me pridem missa declarasti. Nunc quum serenitatem alcyones aduexerint, sintque nostrorum omnium animi sedatiores facti, amabo te, Erasme suauissime, si qua forte offensiuncula facta est animi tui, et te quoque ad lenitatem vt des, Tusanoque vel propter summam istam humanitatem, vel honoris mei causa, in pristinam istam amicitiam receptum praebeas, *πάντα τὰ ἐκεῖνα ἐν ἀμνηστίᾳ τιθέμενος*. Vetus est verbum, Amicitias immortales, inimicitias mortales esse debere. Quanquam affirmare tibi possum, nunquam illum in animum induxisse suum vt tuas inimicitias susciperet: quo paratior esse debes, me praesertim deprecatore, ad illum in gratiam tuam recipiendum, quum et alioqui Erasmum deceat ad summum illud ingenium, ad summam illam in dicendo facultatem, parem item animum afferre, atque adeo ob infelicium nescio quorum ingeniorum a Musis ac Gratiis prorsus auersorum versiculos stomachum magis remittere quam intendere, nec aliter ad eos commoueri quam ad culicum morsus elephantus Indicus commouetur. Notum tibi illud, *Ἄκμων μέγιστος οὐ φοβεῖται τοὺς ψόφους*. Maior est, mihi crede, Erasme, famae ac gloriae tuae maiestas quam vt tam ineptis tamque insulsis epigrammatis labefactari queat: *θεοὶ δέ τε φέρτεροι ἀνδρῶν*.

Illa ipsa porro epigrammata, Caricam mihi Musam prorsus redolentia, Tusanum autorem haud quaquam referunt, virum et Graeca et Latina facundia in primis clarum, tum vt morum simplicitate maxime commendatum, ita ab omni maledicentia prorsus alienum. Agnoscit quidem certe ille se vnum duntaxat distichon, vt in eo tumultu, extempore effudisse magis quam meditatum fuisse. Id quod amico cuidam quum recitasset, vna cum aliis aliorum naeniis amico prodente, magno certe autoris dolore exiit. Maiori porro ego te semper animo esse putaui quam vt huiusmodi bullatas nugas alicuius aestimares, ac tantum id

41. *ξενικὸς*] Aleander: see Epp. 1840. 81n, 2329. 106n, 2371, 2379.
42. *ἀλλοφύλων*] For the insinuation that Aleander was a Jew cf. Epp. 1717. 33, 2329. 105–6 cr. n.
43. epistola] Ep. 2046. 321.
60. *Ἄκμων*] See *Adag.* 2029.
63. *θεοὶ*] Hom. *Il.* 21. 264.
64. Caricam . . . Musam] See *Adag.* 779: 'De lugubri aut rustica atque indocta seu molesta cantione dici solitum.'
65. Tusanum] See Epp. 2077. 11n, 2119.

spectare quod ex studiorum vsu foret. Meminisse te puto ab Alexandro olim dictum, quum illi quidam renunciasset extitisse qui de eo male locutus esset, 'Regium esse male audire quum bene feceris'. Hunc te hac quidem in parte imitari velim, praesertim quum tibi, mea quidem ac multorum sententia, sic a litterariis laboribus, operibus, victoriis, Magni cognomentum (facessat hinc omnis adulatio) in posterum accedere debeat, vt illi olim a bellicis sudoribus, facinoribus, triumphis accessisse videmus.

Sed de hoc iam satis. De Budaeo libera, quaeso, animum tuum suspicione ista. Nae de vtroque vestrum deque studiis bonis male mereri mihi videntur vitilitigatores ii qui huiusmodi sermunculos spargunt. Nisi illius animus mihi prorsus incognitus est, nihil minus somniat quam quod ad te perlatum significas. Indicasti et antea litteris quid de illo linguae Graecae Commentarios inuulgante suspicarere. Libro eo iam emisso, dic mihi, quaeso, bona fide, ecqua libri parte perstrictum suggillatumue nomen tuum deprehendisti? nonne tibi Budaeus, Budaeus semper est? nonne tibi ille perpetuum modestiae tenorem toto eo opere seruat? Est ille et natura et studio sic ad candorem accommodatus, sic ad modestiam comparatus, vt nihil non candidum, nihil non modestum ab eius ingenio stiloue exire vnquam possit: nisi ille forte (*ὅπερ ἐμοὶ περὶ ἐκείνου οὐδεὶς πώποτε πείσει οὐδ' ἂν πείσῃ*) a suo genio degenerare, seque sibi moribusque suis immutare proposuerit. Atque hoc ipsum quod dico, *αὐτὸ τὸ τῶν Ἐπιστολῶν ἔργον*, quo de loqueris, *δείξει*. Tuas auidissime expecto, sed tales vt nunciae mihi ac testes perpetuae sint, Tusanum meum per me vere tibi esse reconciliatum. Bene vale, et me vt soles ama. Pridie Nonas Iulias. M.D.XXX.

2341. To ⟨Lorenzo Campegio⟩.

Basle MS. AN. III. 15. 18a. Freiburg.
7 July 1530.

[For the MS., which is a copy by Quirinus Talesius, see Ep. 2328 introd. The dates are there sufficiently confirmed; but see l. 1n.]

Ante quatriduum scripsi per canonicum quendam Basiliensem a Rina. Eius epistolae exemplar, quoniam in hoc paratum erat, denuo mitto. Ex tam graui diutinaque valetudine adhuc repo languidulus, nondum liber a medicis ac chirurgo.

2340. 97. *οὐδ'* *J*: *οὐδὲ* *K*.

2340. 76. Regium] See Epp. 1578. 30n, 1797. 17–18.

2341. 1. Ante quatriduum] It seems that Epp. 2328, 2338 were kept waiting for a messenger, and were not dispatched for some days after they had been dated.

2. a Rina] Three members of the family of Reinach in Baselland were canons of Basle about this time: Moritz, who matriculated at Basle in 1508 and at Bologna in 1522 (Knod no. 2996), Hans Rudolf, and Jost: see E. Dürr, *Aktensammlung zur Gesch. d. Basler Reformation*, 1921, i. 465. Jost, who matriculated at Freiburg in 1486, is named as canon of Basle in 1510 and again in 1531, and was still living as canon of Chur in 1536: see *Oberbadisches Geschlechterbuch*, 1919, iii. 432. It does not seem possible to determine which is meant here. He is mentioned also in Epp. 2342, 2344.

Vtinam Dominus mihi dignetur aliquod impartiri consilium quod ad tempestatem hanc sedandam conducat! Sed confido Christi spiritum per Caesaris pietatem ac potenti⟨am⟩ perque tui similes aliquid boni prouisurum Ecclesiae. Nolim Lutherum isti admisce⟨ri⟩ negocio. Si quid concedendum aut corrigendum esset, malim per alios autores fieri. Iam Zuingliana ditio latius patet quam Luterana. Me non tam mouent dogmata, praesertim Lutheri, quam quod video sub praetextu Euangelii nasci genus hominum quod mihi modis omnibus displicet. Si Ecclesiastae possent depelli, praesertim Zuinglius, Oecolampadius et Capito, de populo sanando bona spes esset. Anabaptistarum me miseret, quibus succurri poterat, si tantum agerent de baptismo; sed inducunt omnium rerum confusionem. Furor quidam est, et tamen in hac secta narrant esse quosdam minime malos. Vellem vt dignareris legere Epistolae meae fragmentum ad Vulturium Neocomum.

Vbi plusculum collegero virium, accuratius ad te scribam. Dominus prosperet quod agitis.

Dat. Frib. 7. die Iulii. 1530.

2342. To Christopher of Carlowitz.

Epistolae Floridae p. 137. Freiburg.
K. p. 141: N. p. 1056: Lond. xxvi. 65: LB. 1116. 7 July 1530.

[Contemporary with Epp. 2341, 2344.]

ERAS. ROT. CHRISTOPHORO A CARLEVVITZ S.

Erras, mi Carleuuici, si putas Erasmo quicquam tuis litteris esse gratius. Gaudeo te productum in istud theatrum orbis amplissimum, in quo possis eruditionis ac prudentiae tuae specimen tot heroibus aedere.

De amico illo meo, qui salutari atque adeo necessaria, vt scribis, sententia sibi nonnihil conflauit inuidiae, cuius maxima pars in me recidat, doleo sane. Toties prouocor vt impartiam meum consilium sarciendae concordiae; hoc praemium est, si quis quid aequi dixerit. Fuit ille quidem hic apud me, collocutus mecum horis ferme tribus, sed de ea sententia verbum inter nos nullum fuit, ne in litteris quidem. *Τοῦ Κύκλωπος* patrocinium non admodum moror; vereor ne plus officiat quam iuuet imperitus et intempestiuus propugnator. Scripsi Principi tuo per canonicum Basiliensem a Rina: vbi rursus inciderit scribendi opportunitas, faciam et libenter et diligenter quod admones. Fac, mi Carleuici, vt me frequenter tuis interpelles litteris. Precor vt aula tibi sit felix. Datum Friburgi Brisgoiae vii. die Iulii. M.D.XXX.

2342. 17. sit tibi *N.*

2341. 5. consilium] Cf. Ep. 2328. 62n.

19. Epistolae] See Ep. 2219. 11n.

2342. 2. theatrum orbis] at Augsburg.

5. amico] I cannot identify.

8. consilium] See Ep. 2328. 62n.

11. *Τοῦ Κύκλωπος*] Polyphemus Rex; see Ep. 2130. For his recent movements see Ep. 2334. 1–2n.

13. Scripsi] Ep. 2338.

14. a Rina] See Ep. 2341. 2n.

2343. To Philip Melanchthon.

Rostock MS. Theol. 62 (*a*). Freiburg.
Coelestinus, 1597, ii. 207 v°, 302 v° (β). 7 July 1530.
LB. 1117.

[The best text is in a MS. now in the University Library at Rostock, which was compiled c. 1550 by John Aurifaber of Weimar (1519—18 Nov. 1575), the first editor of Luther's Letters. For this our friend Dr. Bruno Claussen has given us some collations, here and in Ep. 2358; based on the print of it in F. W. Schirrmacher's *Briefe und Acten zu der Gesch. des Religionsgespräches zu Marburg 1529 u. des Reichstages zu Augsburg 1530*, Gotha, 1876, p. 105.

The letter is also printed by Geo. Coelestinus (1523—13 Dec. 1579) in his *Historia Comitiorum anno M.D.XXX Augustae celebratorum*. In ADB. iv. 388 it is stated that the first edition was published in 1577. We have only seen one of 1597, printed at Frankfort on Oder by Eichorn. The title-page, which describes the History as 'per annos iam multos magnis sumptibus et periculosis peregrinationibus collecta', makes no mention of being a second edition, or in any way revised; and on the last leaf of the fourth and concluding volume there is a short letter from Coelestinus to the reader, making apologies for misprints and promising that a second edition shall be more correct. Below this are enumerated some further corrections for all four volumes, in addition to those (β^2) added at the end of each one; and these corrections are of errors in the volume dated 1597. For these two reasons therefore it must be inferred that the 1597 volume is not a new edition, and that the only change is the date on the title-page.

It might be conjectured that Coelestinus on one of his perilous journeys had seen the Rostock MS.; but as his text contains an addition (l. 15) and is at other points better, it seems clear that it must have been derived from a different source.

The year-date of this letter is amply confirmed by the contents. For trace of an answer see Ep. 2355. 35.]

EPISTOLA ERASMI ROTERODAMI AD PHILIPPVM MELANCHTONEM.

S. P. Charissime Philippe, istam tragoediam sic vndique perturbatam nullus expediet nisi Deus, etiamsi decem coeant Consilia, tantum abest vt ego possim componere. Si quis quid aequi protulerit, statim audit Lutheranismum, nec aliud habet praemium. Mensem iam quartum aegroto. Primum erant alui tormina, hinc vomitus, ex vomitu totius stomachi ruina. Male cum medicis huic corpusculo conuenit. Nocuerunt quae dederunt omnia. Torminibus successit apostema, vel σκλήρωμα verius, quod prius ampliter occuparat dextrum latus supra pubem et inguen. Deinde contraxit se in medium ventrem specie propemodum draconis, capite mordentis vmbilicum, medio corpore distorto, cauda tendente ad pubem, mox capite fixo voluit se circum vmbilicum in latus laeuum, vt cauda pene cinxerit vmbilicum. Habebat stimulos perpetuos, interdum intollerabiles, nec licebat edere, nec dormire, nec scribere, nec legere, nec dictare, nec recitantem audire; ne cum amicis quidem colloqui. Adhibitus quidam chirurgus pene enecauit violentis emplastris. Tandem ferro rupimus. Eo facto, reditum est in gratiam cum somno, mitigato

6. hinc *a*, *vt in Ep.* 2330. 8: tunc β. 8. σκλήροµα β. 9. occupauit β. inguen *a*: vnguem β. 15. nec legere *add.* β. 16. ne β: nec $a\beta^2$. quidam β^2: quidem *a*β.

3. componere] For other requests to Erasmus to advise cf. Ep. 2328. 62n.

cruciatu. Reptamus adhuc languiduli, necdum liberi a chirurgo. In medio morbo meo Quirinus famulus sudore lethifero correptus est subito; alter reuocatus fuerat in patriam. Ita Dominus dignatus est nos inuisere.

Dici non potest, mi Melanchthon, quam mihi displicuerit Lutherus in illa Epistola qua in Ducem Georgium de nihilo mouet furti tragoediam. Bene vale.

Friburgi 7. die Iulii 1530.

Erasmus Roterodamus tuus.

[2333]2344. To Simon Pistorius.

Epistolae Floridae p. 53. Freiburg.
K. p. 67: N. p. 993: Lond. xxv. 30: LB. 1118. 7 July 1530.

ERASMVS ROTER. SIMONI PISTORIO S.

Qvvm maxime saeuiret morbus, scripsi tibi per Henricum quendam, qui videtur minus suo functus officio. Tantum eas litteras videtur reddidisse in quibus erat commendatus. Illustrissimus Princeps nullas quaestiones inseruit proximis litteris. Sed tuae tractabant nonnullas dubitationes. Quibus respondere prolixum esset; et mihi videtur ad seditionem tendere, si quid nouetur absque publica autoritate.

Menses aliquot grauissime aegrotaui, primum alui torminibus, vnde vomitus ex stomachi ruina, et hinc extrema debilitas. Successit apostema sceleratissimum, vmbilicum occupans. Ruptum est ferro, manet tamen duricies, vnde metuo nouam tragoediam. Nam chirurgus praeter naturam, in duro apostemate quod frigidis erat dissoluendum, calidis et acribus malagmatibus fecit hulcus. Adhuc repo et paulatim reuiuisco, nondum liber a medicis ac chirurgo.

Absit vt ego istius inextricabilis tragoediae me faciam Aristarchum, vtrinque pessimam gratiam reportaturus. Vtinam Deus dignetur esse Aristarchus, qui solus potest huic fatali tragoediae finem imponere! Quod si Caesar imperat vt Augustam veniam, necesse est vt prius imperet huic malae valetudini.

Cum tali Thrasone quid agi possit, non video. Scis omnem historiam. Obserua dissimulanter quid moliatur, et si Ducem implerit mendaciis, fac vti rem cognoscat. Duci nuper scripsi per canonicum cognomento Rina. Bene vale, patrone singularis.

Friburgi VII. die Iulii M.D.XXX.

2343. 23. Melanthon *β*. 26. Anno *ante* 1530 *add. β*. 27. Erasmus ... tuus *om. β*. 2344. 9. ex *J sicut in Ep.* 2343. 6.: ac *K*.

2343. 19. necdum liberi] Cf. Ep. 2355. 54–66.

20. Quirinus] See Epp. 2348–9, 2355, 2356.

21. alter] Cannius: see Ep. 2261. 77n.

24. Epistola] See Ep. 2338. 74n.

2344. 1. scripsi] c. 6 June. The letter is not extant.

Henricum] See Ep. 2326. 20n.

4. Princeps] Duke George.

proximis litteris] Not extant; probably contemporary with Ep. 2333.

16–17. Aristarchum] Cf. Ep. 2328. 62n.

19. Caesar] See Ep. 2339. 13n.

21. Thrasone] Eppendorff.

23. scripsi] Ep. 2338.

24. Rina] See Ep. 2341. 2n.

[2339]2345. To Nicholas Olah.

Esterhazy MS. p. 224 (*a*). Freiburg.
J. p. 53: KN: Lond. xxv. 31: LB. 1115. 7 July 1530.

[Olah replied to this letter on 20 September 1530.]

D. ERASMVS ROTERODAMVS N. OLAO THESAVRARIO ALBEN., SECRETARIO ET CONSILIARIO M. S.

Animvm istum tuum, humanissime Nicolae, lubens exosculor, tuum nomen inter praecipuos amicos asscripturus. Optimae Reginae pietatem et humanitatem singularem frequenter mihi suis litteris depredicauit Henkellus, cuius authoritas apud me plurimum habet ponderis. Ceterum Reginae nomine ad me nulla venit littera, nec illius nec aliena manu scripta. Si venisset epistola, fuisset mihi in molestissima valetudine magno solatio. Ignosce breuitati; adhuc tenellus sum, et scribo multis. Serenissimae Reginae praecor omnia fausta laetaque. Bene vale.

Friburgi 7 die Iulii 1530.

Priusquam obsignarem hasce litteras, a coena redditae sunt litterae Reginae et Henkelli vna cum ipsius poculo.

[2335]2346[2360] To John Vlatten.

Epistolae Floridae p. 53. Freiburg.
K. p. 68: N. p. 994: Lond. xxv. 32: LB. 1120. 9 July 1530.

ERASMVS ROTER. IOANNI VLATTENO S.

Sive scribis siue non scribis, scio Vlattenum esse Vlattenum. Tot legationibus ac negociis exercitum fuisse iuuabit olim. Dux Iuliacensis iunior misit poculum cum litteris.

Quid illic agerem non video hac valetudine, quae velis equisque, quod aiunt, fugit aulas. Ex diutino morbo paulatim reuiuiscimus. Et omnino de migrando cogitamus, sed nullum video portum satis tranquillum. Dominus sine me dabit Caesari reliquisque principibus salubria consilia; mihi humili non tutum est talibus admisceri negociis, in quibus si quis quid liberius aut aequius dixerit, statim audit Luteranus. Cupio te quam optime valere, vir animo meo charissime. Friburgi IX. die Iulii. M.D.XXX.

2345. TIT. *a*: ERAS. ROT. NICOLAO OLAHO, SECRETARIO MARIAE REGINAE, S. *J* (SECRETARIO . . . REGINAE *om. N*). 6. illius *a*: ipsius *J*. 8. Serenissimae *add. J*. 11–12. Priusquam . . . poculo *om. J*. 2346. 10. Lutheranus *N*.

2345. TIT. CONSILIARIO M.] i.e. Consiliario magno.
12. Reginae] See Ep. 2309. 11n.
Henkelli] Ep. 2309.
poculo] See Ep. 2309. 28n.
2346. 2–3. Dux Iuliacensis] See Epp. 2189, 2234.
8. consilia] Cf. Ep. 2328. 62n.

2347. To Lucas Bonfius.

Epistolae Floridae p. 53. Freiburg.
K. p. 68 : N. p. 994 : Lond. xxv. 33 : LB. 1119. 9 July 1530.

[The volume of *Epistolae Palaeonaeoi* (K) shows so many important corrections of the *Epistolae Floridae*, that it may safely be assumed that the revision was done by Erasmus himself. The change of title for this letter may therefore be considered correct; though it is not easy to account for the first ascription to Dantiscus (Ep. 2163. 138n).

Lucas Bonfius or Bonfilius of Padua was a friend of scholars. Pierius Valerianus dedicated to him a Latin translation of Lucian *De aulicorum erumnis*, Rome, Ja. Mazochius, 15 March 1516; Nic. Leonicus (l. 1) one of his translations from Aristotle's *Parua Naturalia*, f. 95, Venice, Vitales, June 1523, and also made him principal speaker in one of his dialogues, Venice, Gregorius, Sept. 1524, f. 30, '*Aluerotus siue de tribus animorum vehiculis*'.

At the present time he was secretary to Campegio at the Diet of Augsburg. In the winter of 1531–2 he was in Brussels, in contact with Aleander and Corn. Agrippa (Vatican Archives, Germania 15, f. 80; Agr. E. 993, 1002, 1011 = 253); but then went with Campegio to Ratisbon for the Diet (Agr. E. 1006; NE. 122–3). On 13 Aug. 1532 he wrote to Clement VII from Padua, asking leave to return to Rome (Vatican Archives, Lett. di Principi 8, f. 135); in Nov. and Dec. he was corresponding with Agrippa (Agr. E. 1013–14, 1029).

When Geo. Sabinus went to Italy in 1533, he met Bonfius at Venice and renewed an acquaintance begun at Augsburg: Bonfius was then a papal chamberlain. See Sabinus' *Poemata*, Leipzig, *s.a.* ⟨c. 1563⟩, ff. E^6, i^7. The statement in a note (f°. i^7), 'extant epistolae Erasmi Roterodami ad eum scriptae' might mean that Bonfius showed him then a collection of letters which he had received from Erasmus; but more probably is merely based on the letter here. A letter of Bonfius to Vergerio from Venice, 3 June 1535, is cited by F. Dittrich, *Gasp. Contarini*, 1881, p. 76.

Two MSS. belonging to *Βώμφιος* or *Βωμφίλιος* are known: a *Catena Patrum* on Job in the Archiginnasio at Bologna, and a Theocritus with two plays each of Sophocles and Euripides in the Bodleian (Canon. gr. 86). See T. W. Allen, *Notes on Greek MSS. in Italian Libraries*, 1890, p. 32.]

ERAS. ROT. LVCAE BONFIO S.

Leonici libellum legam perlubenter; scio enim a viro doctissimo sanctissimoque nihil proficisci nisi doctum et sanctum. Quod hortaris ad Comitia, Catonis illud obiiciam, Ad consilium ne accesseris priusquam voceris. Et si maxime vocer, alligat hic valetudo. Nec video quid ego infimae sortis homuncio possim in negocio tam perplexo, ad quod expediendum vix Synodus οἰκουμενικὴ triennis suffecerit. Quid, quod nec tutum nobis est hic hiscere: si quid aequi dixerimus, statim audimus Luterani. Nisi res per magnos ex omni prouinciarum consensu agatur, nihil egerint; sed ab ea Synodo submouendae sunt omnes humanae cupiditates. Pro tuo in me animo habeo gratiam, et mutuum polliceor bona fide. Vale Frib. IX. die Iul. M.D.XXX.

TIT. LVCAE BONFIO *K*: IOANNI DANTISCO EPISCOPO, REGIS POLONI ORATORI *J*.
8. Lutherani *N*. 12. Iulii *N*.

---

1. Leonici] See Ep. 1479. 180n. His book was perhaps the dialogue, *Bembus siue de essentia animi*, printed by the Sabii, Venice, 1530.
3. Catonis] See Ep. 298.
Ad consilium] See *Adag.* 190.

2348. To Francis Dilft.

Epistolae Floridae p. 54. Freiburg.
K. p. 68: N. p. 994: Lond. xxv. 34: LB. 1121. 9 July 1530.

[Dilft was now in Spain. The year-date needs no confirmation.]

ERASMVS ROTER. FRANCISCO DILFO S.

STIPVLAE innitebaris, mi Francisce, cum tantum tribueres meis epistolis. Ab Archiepiscopo Toletano iam abunde magnum accepi praemium, nec est quod ista res te sollicitum habeat. Quae mittes ad Coclenium, quando huc venient? Citius venirent, si mitteres Augustam ad Antonium Fuggerum; nec dubium quin ad Consilium eant multae legationes currantque veredarii.

Vinum abs te aduectum, quum primo gustu sic arrideret, mire imposuit nobis: simulatque coepimus serio bibere, mutauit colorem, saporem et odorem. Martinus Polonus hac de causa profectus est Besontium cum viginti coronatis, sed guttam non attulit. Officialis et Thesaurarius aberant legati ad Regem Galliarum; caeteros Polonus ἁπλῶς affirmabat esse meros nebulones. Ita laborauimus grauiter quatuor fere menses, nondum firmi.

Haec ad epistolam abs te scriptam Calend. April. et per veredarium missam. De reliquis fac aulico more, mitte exemplaria duplicia, et amicos admone vt idem faciant. Quum ego maxime aegrotarem, Quirinus meus subito correptus est sudore Britannico, nec alium habebam. Nam Cannius redierat in patriam amore libertatis, iam factus sacrificus ac nobis fausta laetaque precaturus. Haio repetiit Frisiam. Bene vale, Dilfe charissime.

Friburgi IX. die Iulii Anno M.D.XXX.

2349. To Alfonso Valdes.

Epistolae Floridae p. 54. Freiburg.
K. p. 69: N. p. 994: Lond. xxv. 35: LB. 1122. 9 July 1530.

[Contemporary with Ep. 2348: answering the letter promised on 28 June. See Ep. 2336. 78–81.]

13. fere *J*: ferme *K*. 21. Anno *add. N.*

1–2. meis epistolis] Epp. 2251–3. On Dilft's former visit to Spain Erasmus' letters had not availed to help him: see Ep. 2109. 3–25.

2. Toletano] For Fonseca's gift see Epp. 2003. 85n, 2004. 37: which reached Erasmus in March 1529.

4. Coclenium] See Ep. 1209. For other letters sent from Spain through the Netherlands see Ep. 2163. 1n; and for the form cf. Ep. 2128. 2n.

6. Consilium] The Diet of Augsburg.

7. Vinum] See Ep. 2225. 16n.

9. Martinus] Slap: see Ep. 2351. His journey may be dated in April (l. 11n) or May; since he arrived at Louvain on 31 May (Ep. 2351. 111).

11. Officialis] Leon. of Gruyères: see Ep. 1534.

Thesaurarius] Franc. Bonvalot: see Ep. 1534. 29n.

legati] See *Actes de François I* ix. 110. Bonvalot was resident in France from April 1530 to March 1532; Gruyères' embassy has no more precise date than 1530.

14. epistolam] Not extant: perhaps accompanying Ep. 2297.

16. duplicia] Cf. Epp. 1585. 1–2n, 2109. 2–3n.

17. Quirinus] See Ep. 2343. 20n.

sudore] See Ep. 2209. 108n.

18. Cannius] See Epp. 2261. 77n, 2352. 1–8, 307n.

20. Haio] Cammyngha, whom Dilft must have met in Erasmus' house in 1529; see Ep. 2073.

ERAS. ROT. ALFONSO VALDESIO S.

Non possum non vehementer dolere sortem tuam, Valdesi charissime, qui simul et parentem optimum et parentis affectu patronum Mercurinum Gattinarium amiseris; sed animus offirmandus est ad omnia quae possunt homini accidere.

Nos quoque Dominus dignatus est inuisere. Paulatim reuiuisco; sed quoniam chirurgus in duro apostemate violentis malagmatis induxit hulcus, quod ita sanatum est vt maneat duricies, vereor ne recurrat malum. In medio morbo, famulus meus quem vnicum habebam (nam alter reuocatus est in patriam), sudore pestilenti correptus est; qui mihi et in cubiculo et in mensa perpetuo adfuerat. Sed 'Dominus est, faciat quod bonum est in oculis ipsius'.

Bene vale, Valdesi charissime, et post istam tempestatem expecta serenitatem. Nil adhuc accidit tibi noui. Amisisti patrem, id quotidianum est. Gattinarius diu viuere non poterat, in caducum parietem inclinabas. Scias hunc hominem, quantus quantus est, tuum esse. Bene vale rursum.

Friburgi IX. die Iulii M.D.XXX.

2350. To Mary of Hungary.

Epistolae Floridae p. 122. Freiburg.
K. p. 129: N. p. 1046: Lond. xxvi. 46: LB. 1123. 9 July 1530.

[The answer to a brief letter received on 7 July; see Ep. 2345. 11–12.]

ERAS. ROT. MARIAE VNGARIAE QVONDAM REGINAE S.

Serenissima Regina, Viduam meam vtcunque pro mearum occupationum magnitudine proque mei ingenii modulo tractatam, tam benigno animo a tua maiestate receptam esse, maiorem in modum gaudeo. Illud me cruciat ac rubore suffundit, opusculum nec tuae magnitudini nec isti animo tam pio satis respondere. Video te laudibus tuis nonnihil offensam, quum hac in parte studio fuerim parcissimus. Sed hoc laude dignior es, quod eximiis virtutibus tuis modestiam ceu gemmam omnium pulcherrimam addidisti. Domini benignitas tuam pietatem semper in maius prouehere dignabitur, ac pro tristibus laeta reponere. Interdum aduersis vel purgat vel exercet nos; sed ille nouit amara vberiore consolationis suae dulcedine temperare. Is maiestatem tuam sospitet actionesque tuas omnes bene fortunet.

De valetudine mea cognosces ex Henkello. Epistolium tua manu scriptum tanquam animi tui charissimum pignus inter ea reponetur quae mihi maxime sunt cordi.

Datum Friburgi Brisgoiae IX. die Iulii Anno M.D.XXX.

2349. TIT. ALPHONSO *N*. 1. *K*: possim *J*. 2350. 17. Anno *add*. *K*.

2349. 2. parentem] Ferdinand, who had been 'regidor' of Cuenca 1485–1520, when he resigned in favour of his son Andrew. The date of his death is known only from this source.
3. Gattinarium] See Ep. 2336. 8n.
8. famulus] Quirinus Talesius.
9. alter] Nic. Cannius.
11. Dominus est] 1 Sam. 3. 18.
2350. 1. Viduam] See Ep. 2100.
14. ex Henkello] Erasmus' reply to Ep. 2309 is not extant.

2351. From Martin Slap.

Breslau MS. Rehd. 254. 138. Louvain.
12 July 1530.

[An original letter, autograph throughout: first printed by C. Miaskowski in the Paderborn *Jb. f. Philosophie* xv, 1901, p. 216. The year-date is confirmed by the connexion with Epp. 2375–7.

Martin Slap a Dambrowka—a local name which has not been identified—was sent by Cricius as a companion to Andr. Zebridovius (Ep. 1826), when visiting the West. He seems to have shared with Zebridovius the hospitality of Erasmus' house at Basle in the summer of 1528, and went on with him to Paris in Sept.; cf. Ep. 2078. 26. In the summer of 1529 he was again staying with Erasmus, at Freiburg (Ep. 2201. 58–9), and won high praise from him. In Oct. he returned to Poland (Gabbema 7), but in the spring came again to the West. On 13 March 1530 he was leaving Cracow (AT. xii. 59); and by the 28th had reached Torgau, where he delivered to Melanchthon an invitation from Cricius to come and settle in Poland (Kornik MS. 243, f. 222: printed by C. Morawski in *Sitzungsber.* of the Vienna Academy cxviii, 1889, p. 24).

Proceeding to Freiburg he brought letters for Erasmus (answered by Epp. 2375–7), together with a ring and a book from Cricius; and while there rendered him service in fetching wine from Besançon (Ep. 2348). He then went off to Louvain to study, and arrived there on 31 May (l. 111); cf. Ep. 2352. 298. On 20 Aug. 1534 he matriculated in the Law Faculty at Padua: on 13 May 1536 he wrote to Erasmus from Rome (Basle MS.). At his death in 1550 he was Decretorum Doctor and archdeacon of Poznan.

See C. Miaskowski, *Korrespondenz des Erasmus . . . mit Polen*, 1901, pp. 14, 15.]

S. P. Sub discessum istius nuncii, vir excellentissime, coepi hoc, beneficiis tuis victus, meditari epistolium. Id enim indignum me esse putabam, si pro tam magnificis comendationibus gratias dignitati tuae ne semel quidem agerem, presertim cum referre non aliquo pacto posse videar. Sed id cogitantem destituit oratio, impedit ignorantia, quae ne verbum quidem Latinum, quod non modo indoctissimi cuiusque aures offenderet, scribere patitur; tantum abest vt tibi, viro nostra aetate doctissimo, animum patefacere meum citra fastidium Latine possem. Confido tamen ciuilitati tuae, quin tu hanc barbaram Martini tui epistolam non alia fronte sis suscepturus quam soles tibi beneuolentium suscipere. Quod si Ciceroniana eloquentia praeditus essem, vix vnquam beneficia in me tua pro dignitate recensere queam; extant siquidem plurima et maxima, et, quo ea magis mecum perpendo, noua semper et maiora occurunt.

Fuit certe proxima ad magistrum Conradum Goclenium epistola summi apud me beneficii loco. Quam profecto non mediocris esse ponderis cognoui; ea enim humanitate nomine tuo me excepit, deinde tantum beneuolentiae mihi ostendit et officiorum in me praestitit vt, si esset naturalis pater, non potuisset amplius. Qui nisi mihi hic adfuisset, proculdubio non sine parua iactura cum pecuniae tum temporis Germania repetenda erat. Nullus namque me externum hominem in domum suam recipere ausus fuisset, nimirum toties falsi sunt perfidia aliorum. Ille vero authoritate

1. nuncii] As his return is expected (ll. 86–8), he was probably not the bearer of Ep. 2352: see ll. 312–18 there.

16. epistola] Carried by Slap (ll. 76–7), c. April–May, and beginning with commendation of him; see ll. 27–8. For other matter contained in it see Ep. 2352. 299–301. Not extant.

sua tantum effecit, vt in honesti ciuis domum admissus sim, vbi mensam satis lautam et cubiculum non incommodum habeam. Hec mihi amicissima illa commendatio mei, quam amanter nimis (vidi enim illam) principio eius epistolae inseruisti, effecit: pro qua gratias ago et habeo maximas. Quae enim laus mihi contingere vnquam maior poterat, quam laudari a laudatissimo nostri temporis eruditissimoque? Ego vero, quo me illa inferiorem esse sentio, eo magis adnitar vt aliqua ex parte ei respondeam.

Sed proferramne ego et alias laudes, quibus nuper tam ornatus et tam gratus in Poloniam veni? proferrem sane, ne gloriose magis quam necessario facere viderer. Nam qui prius vix vni matri cognitus domum redibam, nunc tanto applausu omnium, ignotissimorum quoque, honorificentissime exceptus eram, in tantum vt nunquam in patria fuisse mihi visus sim, nisi quando redieram ab Erasmo. Ab Erasmo, inquam, hoc siquidem nomine honestus, virtute praeditus, et, si diis placet, etiam et doctus illis videbar, et digito 'hic est ille conuictor Erasmi' (si Horatianis verbis vti licet) 'turba monstrabar in omni'. At quantum plus idem dicturi erant, si vel vnam periodum ad proceres Poloniae ex magnificis illis commendationibus de me tuis vidissent! Hoc itaque, excellentissime vir, tuo de me testimonio et istis susurris hominum ad litteras amplectendas ardentior factus sum: quibus satis infeliciter hactenus et Musis, quod aiunt, inuitis operam dedi, vel quod aetas in causa sit, vel quia istud Sarmaticum ingenium

Veruecum in patria crassoque sub aëre natum

minus capax fuit disciplinarum. Quibus tamen si quis miratur me incumbere inuita, vt aiunt, Minerua, illi respondebo: Quis tam stupidus adeoque ignauus, quem eloquentia Erasmi ad colenda bona studia non permoueat, immo pertrahat? qui non solum [quod] ob partam labore eruditionem et virtutem merito veluti lux quedam ametur et suspiciatur ab omnibus, et cuius authoritas omnibus debeat esse pro oraculo, sed et illos quoque qui eum admirantur, radiis doctrinae suae illustrare nititur.

Hec quoties mecum in animo repeto, exilit mihi gaudio; primum ob hoc, quoniam seculo tuo nasci contigit, tum etiam quod noticia, quam semper summe expetebam, tui accesserit. Porro si iam moriendum esset, vel hanc ob rem mortem mihi minus acerbam fore putarem, quia te, ornamentum aetatis nostre, hisce oculis prius vidi. Quare multa de meo erga dignitatem tuam debito amore scribenda essent, si stili tenuitas pateretur, et ni tibi hunc aliqua ex parte antea perspectum, beneficiaque id totum longe superare tua, putarem. Quibus etsi me imparem vt referre aliquando possim esse intelligo, curabo tamen et ne in ingratum ea contulisse videaris, et vt me tibi is de causis deditissimum ad omniaque paratissimum, si quando hoc Martino vti dignaberis, semper cognoscas.

41. Horatianis] I. *S.* 6. 47: cf. Pers. I. 28.

44. commendationibus] As in Ep. 2201. 58–73, and doubtless other letters of the same date.

50. Veruecum] Juv. 10. 50.

Hei, nescis quam misere angebar, quod te aegrotantem Friburgi relinquerim. Fortassis tunc (vtinam ante discessum venisset hoc in mentem!) tibi alicui vsui potueram esse. Saepius ideo de redeundo cogitaui, et eram, ita me dii ament, facturus, si non leuitatis nomen obstitisset, epistolamque, quam ad D. Goclenium dederas, diligentius perferrendam existimauissem. Manere profecto tamdiu Friburgi donec reualuisses, etiam non sine magno dispendio rerum mearum constitueram; si dispendium quod honestum et vtile mihi fuisset, vllum esse poterat. Vbi vero te melius, nescio per quem, habere acceperam, Deus bone, quam tacite mecum laetabar, nimirum quod bonorum meorum inceptor et autor, cuius opera nunc viuo, reualuerit. Quod si verum est—velim autem verum esse—, tum plane beatus et extra metum omnem sum. Nempe verebar ne te nobis Deus in mundo adhuc necessarium ante tempus praeripuisset. Non dubito autem quin hic tabellarius de incolummi valetudine tua laetissimum nuntium nobis sit allaturus.

Preterea rogo, si quid forte in Poloniam scripturus es, velis meam apud Episcopum Plocensem de annulo liberare fidem; vereor enim ne quam grauiorem illa suspitionem D. Andraeas mihi conficiat, vbi me apud eum in gratia esse senserit, quamquam patrocinium, quo dignitas tua in me purgando vsa est, plurimum huic malo medebitur. D. Cracouiensi episcopo scribes, non dubito: cui saltem vnum atque alterum verbum, nam non amplius eius aduersa valetudo patiebatur, loquutus sum; cuperem vt per me redditum tibi epistolium esse sentiat. D. Cancellarius regni his mihi plurima amoris erga te sui multis mandauerat testimonia: quae ego non tanti esse putaui vt tibi morbo grauiter affecto ea recensendo molestus fuissem; erant enim quotidiana, qualia tu ab amicis audire soles saepius. Scilicet optabat longos tibi et prosperos annos, et hoc, poculo pro sanitate tua ex more patriae bibens, confirmauit. Hec erant aut his similia quae referrenda tibi commiserat. Esset mihi profecto gratissimum, si me tibi hanc eius beneuolentiam exposuisse intelligat; hoc autem fieri poterit si animus in me tuus non fuerit quodam modo mea imprudentia immutatus. Quod si scribendi tempus in mercatum vsque Francfordiensem distuleris, scribam Frobenio: cui schedas dignitatis tuae tuto perferrendas in Poloniam mandauerit. Bene vale, decus seculi nostri.

Louanium pridie Calendas Iunii veni: quae ciuitas multis de causis plurimum placet, aut hoc vno quod plurima incitamenta studiorum et paucissima auocamenta hic sint. D. Hayo Phrisyus bene valet: de quo ex D. Goclenio latius intelliges. Hec ego, vir doctissime, non tam timide quam libenter ad te dedi, quoniam,

89. in Poloniam] See Epp. 2375–7.
90. annulo] See Ep. 2174. 25n.
91. D. Andraeas] Cricius.
94. D. Cracouiensi] Tomiczki.
96. aduersa valetudo] Cf. Ep. 2377.
97. epistolium] No doubt dated in March, and perhaps answering Ep. 2173. Not extant.
D. Cancellarius] Schydlowyetz.
109. mandauerit] *sc.* Cancellarius.
113. Hayo] Cammyngha: see Ep. 2262 introd.
114. ex D. Goclenio] See Ep. 2352. 298–302.

sicuti immensa eruditio tua me deterrebat, sic inuitabat rursus summa humanitas. Iterum vale.

Louanii XII die Iulii A.D. M° D° XXX°.

Tibi deditissimus

Martinus Slap a Dambrowka, Polonus.

Doctissimo viro theologorumque maximo, domino Erasmo Roterodamo.

2352. FROM CONRAD GOCLENIUS.

Basle MS. Goclenii Epistolae 17. Louvain.
14 July ⟨1530⟩.

[An original letter, autograph throughout, but with the address-sheet missing. The year-date can be supplied with certainty, from the mention of Curtius' degree (ll. 341–3): cf. also Ep. 2353. 17.

The difficulty which this letter endeavours to clear up seems to be a confusion made by Erasmus. Before leaving Louvain in Oct. 1521, he had deposited a sum of money with John de Neve, regent of the Collège du Lis. In May 1522 he instructed Hilary Bertulph to recover this and transfer it to Goclenius, to be added to a similar deposit already with him. The money had meanwhile declined in value. Naevius had not retained the actual coins, but had spent them; and he proposed to repay at the present value. His contention no doubt was that as the money was a deposit, not a loan, the loss should fall on Erasmus, not on him. Hilary, not liking to accept a diminished sum, suggested that repayment should be made in coins of the same kinds: to which Naevius replied that he would need time to collect them. Goclenius therefore advised Hilary to accept the present value offered, and to make a list of the coins which Naevius had received, in case Erasmus should prefer to wait for the precise equivalent of the deposit. This was agreed to. Goclenius received the diminished sum, and a list was made by Naevius' secretary, which Hilary signed. Goclenius retained it, but at Hilary's request made a copy and signed it, and that was duly delivered to Erasmus.

It appears from this letter that he had now, after a lapse of eight years, written to Goclenius, not reclaiming the money but asking, in order to keep them fresh, for new receipts for the sums he had deposited. About one document, more recent (ll. 62–3), there was no question. But he had sent with it a combined receipt for the first two sums mentioned here, and, as though it were something independent, the list of Naevius' coins copied out by Quirinus Talesius (ll. 179–81) at some time during his residence with Erasmus. Goclenius replies with dismay that he was liable only for the former: the list being no receipt, only a detailed statement of the actual money received by Naevius; for which Goclenius had taken, as agreed, the dwindled equivalent.]

S. P. Scripsit ad me Cannius ex Amsterdamo circiter calendas Martii se, cum venisset Neomagum, ex profluuio sanguinis qui subito ceperit erumpere de naso, in extremum prope vitae periculum fuisse adductum: ibi dum plurimos dies ob consecutum morbum demoraretur, et tamen negocia tua magnopere cuperet esse confecta, ciui cuidam Antuerpiensi ipsi satis cognito ac

2351. 118. dię *MS*.

1. Cannius] See Ep. 1832. He left Erasmus in January, shortly before Cammyngha (Ep. 2261. 76–7), and carried a letter from Erasmus (l. 7) to Goclenius; which was delivered on 13 April (ll. 19–20).

2. Neomagum] Nymegen: evidently in February.

perspectae fidei literas ad me tuas commisisse: nisi eas accepissem, se ad proximum Pascha perlaturum. Ego mox misso nuncio ad Erasmum Schetum peruestigabam ecquid aliquid literarum ab Erasmo Roterodamo apud illum haereret. Nam properabam, cupiens ad nundinas quadragesimales tibi respondere, siquid forte responsionem requireret. Sed incommode illud tentaui; siquidem Schetus eo tempore Leodium adierat ob mortem fratris, illic Archidiaconi. Ita factum est vt per mercatores petentes Francfordiam scribere non licuerit. Tandem Carolus Harstus, ob negocia profectus Mechliniam, illic forte fortuna reperit quaestorem Erasmi Dilfi; a quo commonefactus est fasciculum literarum esse apud Dilfum, sed se ignorare quorsum esset mittendus. Itaque dum et illuc spectatum itur, literae tuae ante Idus Apriles in manus meas non peruenerunt. Proinde aequum est vt et Cannii infelicitati ignoscas, et meum intermissum scribendi officium candide interpreteris; quod vtrique casus attulit potius quam voluntas.

Porro literis tuis, aut vt rectius dicam schaedis, a Quirino tuo transcriptis, quas in epistola tua nominas 'mearum syngrapharum exemplaria', supra quam dici potest fui conturbatus; propterea quod altera, quae est de pecunia per Hilarium a Naeuio recepta, meae syngraphae exemplar non est, sed tantum continet genera nummorum, tum quos tu apud Naeuium deposuisti, tum quibus numismatibus ipse tuum depositum commutarit; in hoc ad te data, non vt pro syngrapha esset, sed vtrinque vt possis inire rationem, et per te dati et recepti a Naeuio per Hilarium. Nam nomen Naeuianum vniuersum est illa generali syngrapha compraehensum, quae nuperrimam Quirino datam antecessit: in qua sunt simul, tanquam in eodem fasciculo, et reliquiae primi depositi, quod apud me reliquisti in adeunda Germania, et quod anno insecuto Hilarius Bertulphus a Naeuio extorsit. Id quo facilius possis memoria repetere, rem ab ipso principio exordiar.

Ter omnino pecuniam apud me deposuisti. Primum anno millesimoquingentesimo vicesimo primo, cum peteres Germaniam instante bruma.

Deinde per Hilarium, restituente Naeuio, centum quadraginta nummos Caesaris, tum valentes singulos triginta vnum stuferos cum dimidiato: qui, pecunia ad veterem modum reuocata, in praesentia valent tantum triginta. Praeterea alios triginta Caroleos viginti vnius stuferorum, qui nunc tantummodo censentur viginti. Item 53 philippeos, nunc viginti quinque stuferorum,

7. literas] Not extant: evidently of January.
8. Pascha] 17 April 1530.
11. nundinas] of March.
17. Erasmi Dilfi] A younger brother of Francis (Ep. 1663), who matriculated with him at Louvain on 30 Oct. 1519 (Cran. E. 139*b*); † 27 March 1540 at Padua (Sweert p. 242).
23. Quirino] Talesius; see Ep. 1966. He entered Erasmus' service c. 1524.
24. epistola] of Jan. 1530: see l. 7.
26. Hilarium] For a visit of Hil. Bertulph to Louvain in May 1522 see Ep. 1296. 12–15.
Naeuio] See Ep. 298.
33. in qua] *sc.* generali syngrapha.
35. in adeunda Germania] In Oct. 1521: see Ep. 1242 introd.
38. Primum] For money of Erasmus in Goclenius' hands cf. Ep. 1437. 122–6.

tunc pro vigenis senis a Naeuio restitutos. Addebantur quinque angelati pro quindecim Renensibus, qui hoc tempore quindecim stuferis valent citra illam summam. Vltima pecunia aurea fuit, septem aureorum, quorum precium nunc vigintiocto, tum a Naeuio viginti nouem censebatur. Postremo addebantur in argento nouem stuferi. Quorum summa tum in vnum caput coacta constituebat tercentum quadraginta sex florenos Brabanticos cum semisse. Hoc autem tempore nummis ad pristinum valorem reductis summa aliquanto minor, nempe tercentum triginta Renensium cum duodecim stuferis, conflatur. Quod si ostendam hanc summam iamdudum in rationem et syngrapham esse relatam, et tu a Naeuio nihil aliud acceptum ostendere potes, reliquum est vt nihil a me exigere debeas quam vt idipsum quod bona fide accepi, consimili restituam fide: de qua quouis tempore licet tibi facere periculum.

Tertium depositum per Quirinum Talesium, de quo nulla nobis est controuersia: cui etiam seorsum sua syngrapha fuit attributa. Verum duae priores summae, tum abs teipso meae fidei concredita, tum illa quam postea recuperauimus a Naeuio, vnica tantum syngrapha comprehenduntur: id quod vel leuiter inspecta syngraphae verba coarguent, si non graueris inspicere. Illius autem exemplar ad me missum oportuit, si ex geminis syngraphis vnicam fieri voluisti, non schaedae Naeuianae, vt mox ostendam; quae in hoc solum missa fuit, vt tibi constaret quid nummorum Naeuius tibi pro tuo deposito restituisset.

Repete, obsecro, mecum rem memoria, vt siquam falsam opinionem vel de me vel de reipsa concepisti, eam ex animo amoueas tuo: quod certo futurum scio, simul atque intellexeris quanam occasione ea schaeda quae continet catalogum nummorum quos Naeuius reddidit Hilario, ad te peruenerit. Quam si syngrapham putas, tota erras via, quemadmodum ilico intelliges: siquidem in initio, cum solus soli in procinctu ad profectionem Germanicam tua mihi concrederes, rogante me vt syngrapham a me acciperes, omnino recusabas; adiiciens, quod etiam repetiuisti per epistolam, firmissimum esse fidei vinculum, 'Inter bonos bene agier'.

Aestate vero quae tuam profectionem proxima insequebatur—Hic mihi, obsecro, diligenter attende; venio enim ad ipsum caput negocii—Ea ergo aestate, cum adhuc nullis syngraphis res inter nos ageretur, pecunia tua ab Naeuio per Hilarium repetebatur. Is vero cum Eduardicos tuos ac Leonatos in rem suam conuertisset, vt videbatur, nec esset in promptu hoc genus nummorum repente recuperare, offerebat quidem alios nummos, qui nominatim in pseudosyngrapha recensentur. Caeterum Hilarius, vel

---

69. schaedae Naeuianae] *sc.* exemplar.
80. epistolam] Not extant.
81. Inter bonos] Cf. Cic. *Off.* 3. 15, 61.
82. Aestate] May 1522: see l. 26n.
86. Eduardicos] English gold rose-nobles of Edward IV; see Major pp. 38–9, 47, 54, 64.
Leonatos] French lions d'or = $\frac{2}{3}$ of a noble: first struck by Philip VI, and afterwards frequently in Burgundy and Flanders. I owe this information to Dr. J. G. Milne.
89. pseudosyngrapha] The list (scheda) which Erasmus was regarding as a *syngrapha*; cf. ll. 179–80.

quod idem genus nummorum abs te depositum non redderetur, vel quod pecuniae precium recenter esset auctum, ceu prius planum feci, detractauit conditionem oblatam a Naeuio. Ibi Naeuius orare ne cogeretur suo luculento damno soluere. Scire id esse contra animi tui sententiam. Rediret ad te Hilarius; se intra menses aliquot consimilis nummos conquisiturum, suoque commodo interea permutaturum quos haberet. Cui rei, nisi ego intercessissem, per Hilarium quidem nihil morae afferebatur. Ego vero cum negocium in eo cardine versari animaduerterem, roganti Hilario quid ego optimum factu ducerem, autor fui vt acciperet omnino quod offerebatur; et segniori ad hanc rem, quod causaretur se vereri iram tuam, responsum dedi me omnem culpam in me recepturum; quo nomine mihi tum magnifice agebas gratias, et prudenter et amice factum laudabas. Quod ipsum etiam euentus comprobauit; nam paulo post ita obaeratus ac rebus perturbatis decessit Hondiscotanus, vt putem ad te ne teruntium quidem fuisse rediturum. De cyathis, certus sum executores saepe doluisse quod eos reddiderint.

Quid de tanta summa futurum fuerit in maximo aere alieno, non est difficile iudicatu. Ac ipse Naeuius id mihi visus est agere, vt eo praetextu tua pecunia diutius vteretur. Quo magis impuli Hilarium, qui, vt esset a metu tui securior, et tu de omni re exactius possis doceri et ex voluntate constituere, iussus est hanc conditionem adiicere, vt sponderet Hondiscotanus, si tibi factum eius non probaretur, nummos illos recepturum sese, vt tibi maneret actio integra; simul literis testaretur quos nummos quo precio commutasset. Quod vt constaret inter vtrunque, dedit Hondiscotanus Hilario eam schaedam quam tu nunc pro syngrapha mea videris habere: cum *αὐτόγραφον*, vnde ego exemplar ad te misi, Naeuii iussu ab eius amanuensi praesente Hilario sit conscriptum; cui etiam Hilarius sua manu subscripsit, confessus se eam schaedam ab Naeuio accepisse.

Illa apud me bona fortuna (quemadmodum nunc praeter expectationem sane comperio) est seruata, solum in hoc scripta vt tu intelligeres cuiusmodi nummorum facta esset commutatio, ac nequa oriretur inter Naeuium ac Hilarium de eadem re controuersia. Eius ergo autographi, quod adhuc apud me dixi seruatum, misi ad te exemplar mea manu scriptum; non vt aliquam syngrapham, sed vt propter conditionem adiectam de toto negocio exactius valeres iudicare. Idque feci rogatu Hilarii, quo tibi plus facerem fidei; sic enim videbatur Hilario. De autographo enim ipso visum est esse melius si apud me relinqueretur, quod hic aliquis possit esse vsus si improbares factum Naeuii; isthic omnino nullus quem non perinde praestaret exemplar. Quod non alia causa scriptum est mea manu (nam id negocii ego Hilario dede-

---

100. quod offerebatur] *sc.* alios nummos (l. 88): not the offer of delay, during which Naevius should collect 'Eduardici' and 'Leonati'.

102. agebas gratias] No such letter survives.

105. Hondiscotanus] Jo. de Neve, † 25 Nov. 1522; see Ep. 298, and Cran. E. 26.

106. De cyathis] See Ep. 1355. 22–8, and cf. l. 230 *infra*.

ram) quam Hilarii ipsius rogatu, qui apud te suo aliquod firmius postulabat testimonium. Ita non syngrapha vlla, vt tu existimas, sed exemplar actorum Naeuii ac Hilarii a me fuit transmissum; cui mea manu scripto etiam subscripsi, non tanquam debitor huiusmodi summae sed testis actorum.

Superest Hilarius. Superest autographum cui subscripsit Hilarius, superest minister Naeuii qui illud iussu heri conscripsit; ne dicam abesse stilum syngraphae, abesse diem et consulem, vt iurisconsulti loquuntur. Quae si omnia non desyderarentur, erat tamen tanta fama et virtute dignum non denuo flagitare quod semel fassus sum accepisse, nisi id agatur vt pro vno deposito duo restituantur: quod scio a tua iusticia esse alienissimum. Non nego in ea charta haberi nummos receptos a Naeuio, non nego subscriptionem meam, non nego postea illos nummos per Hilarium tuo nomine apud me depositos. Sed si doceo non per me sed per Hilarium receptos esse, si semel de toto deposito Naeuiano datam esse syngrapham, vt est data, dementiae vel teipso iudice accusandus sim, si rursus me tibi ad eadem obstringam, nisi idem nomen bis velim soluere. Neque enim de alia pecunia quam ab Naeuio recuperata agitur, eaque tota in priore syngrapharum est semel compraehensa.

Quod si exemplar illud quod acta inter Naeuium ac Hilarium continet, pro syngrapha sufficere putauisti, cur post aliquot annos a morte Naeuii, siquidem illa adhuc viuo Naeuio agebantur, de omnibus rebus tuis, et quae ipse tradidisti et quae per Hilarium accepi, syngrapham vniuersa complectentem postulasti? consilio illo 'Inter bonos bene agi oportere' commutato; nec imprudenter mea quidem sententia, tum propter alia pericula, tum propter varios hominum casus, quos assidue experimur. Qua in re tanto tibi sum obsecutus alacrius, quod aequissimum videreris postulare. Nam citius metuissem illo tempore ruinam coeli quam vt ex priori charta, quae Neuianum negocium ac Hilarii continet, mihi aliquid periculi crearetur: et quod mihi bene essem conscius tesseram bonae fidei a me nulla in parte esse violatam; qui, puto, citius in animum induxissem spoliare parentem quam te, quem semper parentis loco habui, vel in teruntio fallere. Aut ergo catalogum qui genera depositae apud Neuium pecuniae ac Hilario restitutae complectitur, non habuisti pro syngrapha; aut si videbatur tibi iustum syngraphae instar obtinere, iam nunc pro vno deposito duas a me syngraphas habes, tantum abest vt et tertia sit opus.

Quae cum cogito, plane illud video, te huiusmodi res vix perfunctorie curare; nimirum animo diuinis illis studiis quibus seculum nostrum beas, sic occupato vt ad has minutas se non demittat: nisi magis Quirini errore istud accidit, qui syngrapham iussus describere, hanc chartam nihil ad ea quae postulas facientem descripserit, aut, siquid ad rem facit, prorsus nunc superuacaneam, cum alio chirographo meo etiam Neuianam pecuniam clare sim complexus.

---

170. parentis loco] Cf. Ep. 1437. 150–152

Vereor equidem ne ista scrupulosa supputatio tibi stomachum moueat. Quam nec ipse sine stomacho potui perscribere, nec tamen putaui dissimulandum; vt constaret tibi ratio cur in renouanda syngrapha non sim obsecutus, qui nulli hominum perinde atque Erasmo cupio morem gerere: simul vt iustum metum meum intelligeres, quem etiam in futurum ex hac occasione incipio timere. Ita enim post acceptas literas tuas subinde apud me cogitaui. Si ex epistolis ac epistolarum appendicibus vltro citroque missis vtroque superstite nascitur occasio plus quam debeatur petendi, quantum turbarum exoriri possit, si alteruter e medio tollatur! Quod si nuperrime mori contigisset, quo nihil potuit fieri propius, qualis infamia consecuta fuisset vita defunctum, si in testamento falsam rationem depositi iniisse viderer, aut reliquisse tibi quaedam pro animi mei in te iudicio legati nomine, quae tibi iure posses vendicare, si aliunde non potuisset e rebus meis tibi satisfieri. Erasmo enim, quantum autoritate valet, tantumdem tributum fuisset fidei. Me aduersus iniquam petitionem nemo potuisset defendere. Quae autem a superstite per errorem petuntur, eadem poterant etiam peti a vita defuncto. Nec iniucundum esset potissimam portionem rerum mearum ad te redire, cui fortunas meas omnes referre acceptum semper prae me tuli; sed illa conditione vt id fiat sine vlla animi mei erga te significatione, addo etiam cum dedecore, id vero ipsa morte mihi esset acerbius.

Proinde te oro atque obsecro, consule quod maxime putes esse in rem vtriusque, ne Erasmi amicicia, quam ego in praecipua parte felicitatis semper duxi quamque tot modis sensi frugiferam, ad extremum mihi calamitosa existat. Id hac ratione vitabis maxime, si schaedam illam de conuentione Naeuiana ac Hilarii ad me remittas, nequid mihi aut rebus meis ex ea promanet incommodi. Quae si teipsum fallere potuit tam oculatum, magis certe poterit caeteros, rerum quae inter nos actae sint ignaros. Tum si depositum tuum repetes, ingenti me cura liberabis. Si relinques, in rebus tuis omnem non modo curam verum etiam solicitudinem mihi leuissimam duco. Si alias syngraphas a me voles scribi, illud mihi iure quodam videor posse flagitare, vt remittas ad me non exemplaria syngrapharum, quas binas, priorem de tuo ac Neuiano deposito, alteram de Quirinali nouissime datam, habes, sed ipsa potius *αὐτόγραφα*: ne cum meo periculo geminentur syngraphae. Id quantum per occasionem mihi fraudi queat esse, vel praesens casus satis arguit, in quo duplum accepto simplici a me petitur etiam sine syngrapha. Quandoquidem satis supra declaraui in quem vsum exemplar Neuiani negocii ad te fuerit missum; quo ego nunc tanquam meo gladio petor.

Quin etiam illud magnopere mea refert scire, an quae Nicolaus Cannius tuo iussu a me abstulit, puta duplices ducatos omnes, sex cyathos argenteos, tres anulos aureos, item aliquot fibulas cum

229. duplicos *MS.*

190. literas tuas] See l. 7.
194. mori] Through illness; see l. 327.
230. cyathos] Cf. l. 106.

capsula serico tecta, retuleris inter accepta: ex illis enim omnibus idem periculi potest emergere. Nam si casu non retulisses, aut aduersaria tua, sicut saepe fit, deperirent, e syngrapha haud dubie mecum ageretur, nec vllam possem dicere causam verisimilem: cum quod data syngrapha accepi, non putarer nisi syngrapha reddita restituisse; nec praeter derisum ob stulticiam quicquam aliud lucrifacerem, si repugnarem, etiam si viderer vera dicere. Itaque puto longe consultissimum fore, si de his rebus omnibus quas recepisti, quasque posthac repetiturus es, chirographum conscribas, vt constet vtrinque quanta sit summa reliqui, sine alterutri periculo.

Idem obsecro vt facias, quando totum reposces; ne si forte per Hilarium aut Leuinum aut Talesium aliosue rei huius conscios aliquando manaret noticia ad eos qui aliquid praedae abs te expectant, tibique aliquid accideret humanitus—quod omen in hostes abeat! sed tamen ea est conditio generis humani vt aliquando tandem fato concedendum sit—si, inquam, ad illos vultures odor huius praedae permanaret, quam improbus inficiator tum ego haberer in tanta testimoniorum multitudine! Saltem suspitionem hanc non possem ex animis hominum euellere. Certe nihil tanti est cuius iacturam non minoris sim facturus quam bonae existimationis. Sed huic incommodo tu vel tribus verbis, cum voles, potes mederi: cui rei confido te non defuturum. Nam hominis tibi deditissimi honori et tranquillitati consules sine omni tuo dispendio.

Meae vero loquacitati peterem vt ignosceres, nisi videres ipse rem esse maiorem quam vt dissimulanda fuerit in hac mea mediocritate fortunae, praesertim cum sciam quam tui riui nostris fonticulis non indigeant: quod opto vt perpetuum sit. Id si aliter eueniret, tuque magnitudine munerum magnitudinem amoris velis aestimare, equidem quantum Phaedon Socraticus reliquos condiscipulos semetipsum Socrati donando superauit, tanto ego Phaedone et omnibus Socraticis ero superior. Hi ingentia quisque pro facultate afferebant munera, maiora tamen sibi seruantes; Phaedon, cum nihil aliud esset, seipsum dabat. Ego et me et mea omnia iam nunc Erasmo in manum trado. Ex hac deditionis syngrapha, cum voles, vindicato omnia vel vsque ad peculium: quod tamen mancipiis permittunt etiam conniuentes domini, qui quidem volunt haberi paulo liberaliores.

Carolus Harstus, pertaesus vitae scholasticae, se ante aliquot menses tradidit aulae Ducis Iuliacensis, accersitus a Cancellario primisque eius aulae proceribus, honestissimis, vt audio, conditionibus. Proinde cum Erasmius tuus, illo mutante contubernium, esset plane destitutus, ego commendatione tua inductus effeci vt in nostrum conuictum reciperetur.

Cuius me duabus de causis iam prope paenitet. Primum quod literae tuae posteriores, quas accepi e mercatu Francfordiensi,

270. Harstus] See Ep. 2231. 9n.
271. Iuliacensis] See Ep. 2189.
Cancellario] See Ep. 2298. 10n.
273. Erasmius] Froben; see Ep. 2229.
277. literae tuae] of Feb.–March, sent by the booksellers going to Frankfort. Not extant.

tam suspensa manu rem Erasmii videntur agere vt potius deterrere videantur ne recipiatur, et, vt palam dicam quod visus sum mihi sentire, nihil nisi palinodiam prae se ferunt superioris commendationis. Quod si vllo pacto potuissem diuinare priusquam ad nos commigrasset, certe potui eius loco habere alios, a quibus in annos singulos numerarentur quadraginta floreni et amplius. Sed quouis lucro mihi potior semper fuit tua gratia et autoritas.

Deinde non minus me mouet quod adolescens ipse plane rudis est omnis grammaticae; tantum auditor, a quo si reposcas quae tradidisti, sentias te commisisse pertuso dolio. Pudore tamen commilitonum aliquantum excitatus conatur vehementius. Quid de illo possim polliceri non habeo. Illud apud nos assequetur saltem, vt consuetudine honestissimorum adolescentum quos contubernales habet, exuat agrestem animum, et quotidie Latine tum audiendo tum loquendo, discat Latine loqui. Nullae apud nos sunt scholae Gallicae. Itaque hinc linguae Gallicae nulla est spes. Brabantice dicunt illum satis didicisse in aedibus Caroli, nisi hoc ipsum vitiaret balbuties, malum in illo, vt vereor, immedicabile. A me tamen nihil curae omittetur, postquam semel in fidem meam est susceptus.

Haio Caminga sub aduentum Martini Poloni tuum reddidit epistolium, de debito studiose dissimulans. Sed acceptis tuis literis per Polonum, quibus de aere alieno eius primum factus sum certior, optimum iudicaui si hominem appellarem tuo nomine. Respondit se iampridem tibi per trapezitas satisfecisse.

Epistola ad Minores visa est mihi vetustior quam vt esset reddenda, nec vidi vllum operae precium, nisi vt nouam ansam praebeas hominibus rixandi cupidis. Quanquam, opinor, lassi iam sua sponte conticuerunt. Polono quem mihi tantopere commendaras, nullum beneficium erit in me clausum. Puerum nullum potui inuenire qui hoc seditioso tempore velit viuere in Germania. Tam gratiosum nunc est gentis nomen, vt facilius decem inueniam qui tibi vel in Scythia cupiant inseruire quam vnum qui possit inducere in animum vt migret in Germaniam.

Qui has literas perfert, annis plus minus decem fuit in ministerio durissimo Theodorici Alustensis. Si is speraret se posse tibi satisfacere, fortasse non recusaret conditionem. Patientissimus est laborum, adde etiam iurgiorum. Sic pingit Grece et Latine vt nemo melius, in hac certe Academia. Quod si placet, tuteipse cum illo transige. Interim nulla in re, quod ad mercedem itineris pertinet, illi eris obstrictus; nam illi solidam mercedem de meo persolui.

---

298. Caminga] See Epp. 2073, 2261–2, 2325. 1n.
Martini] Slap, who had arrived at Louvain on 31 May; see Ep. 2351. 111.
299. epistolium] Not extant; no doubt c. 31 Jan., like Epp. 2261, 2262, also carried by Cammyngha.
literis] See Ep. 2351. 16n.
303. ad Minores] See Ep. 2275; and cf. Ep. 2321. 12–16. Probably sent with the letter which came through Frankfort: l. 277.
307. Puerum] to replace Cannius (l. 1).
312. Qui] In Ep. 2369 his name is given, Iacobus. He carried also Ep. 2353, besides going to Antwerp (ll. 370–1).
313. Theodorici] Martens: see Epp. 263. 8n, 1899. 67n.
315. pingit] Cf. Ep. 2368.

Vtrum illi adeunda sit Basilea, ipse tecum consulat, ad reddendos commentarios Chrysostomi, quos apud me reliquit Nicol. Episcopius; non quod ego vertendi prouinciam susceperim, sed vt agerem apud Leuinum Ammonium, aut Franciscum Craneueldum, aut Nicolaum Clenardum, qui hic priuatim docet literas Graecas et Hebraicas. Ille maluit a me fieri, sed non sinebant negocia; quae me tanquam nouae procellae assidue excipiunt, et in singula momenta impetum studiorum interrumpunt. Tum dandum fuit aliquid valetudini nondum satis e proxima lue confirmatae. Sed cum nemo potuerit huc adduci, remitto librum meo sumptu, ne quid imputet Frobenius.

Aegidii Busleidii nota est tenacitas; non audet de alieno esse liberalis, ne quando discat etiam esse de suo. Studio tamen tuo me non minus debere fateor quam si amplissimam salarii accessionem sim assecutus.

De praeda Antuerpiensi nondum excidi, vt tu putas. Quod si de iure meo decedere velim, est parata nequaquam fastidienda pensio. Sed mihi animus est ius meum persequi, quantumuis ea res multum habeat negocii. Si vmbra contingat pro corpore, habeo quo me consoler. Nam benignitate Dei partum est vnde liceat sine egestate viuere; nec desunt spes ampliores, si velim amplecti.

Venisset ad te citius hic nuncius; sed propter Petrum Curtium nonnihil distuli, qui in summo magistratu suo quo fungitur, duodecimo die Iulii suscepturus est insignia theologiae. Ad cuius diei celebritatem Viues, Laurinus et plaerique alii ex amicorum tuorum numero dicebantur affuturi. Viuem conueni; qui respondit, siquid in mentem veniat quod cupiat scire Erasmum, opportune se missurum literas: nequid essem sollicitus. Si ad me

335. fastienda *MS.*

---

320. Chrysostomi] See Ep. 2258. 6n.

320–21. Episcopius] He also brought a letter from Erasmus, c. 11 Nov. 1529: see Epp. 2235. 8nn, 2236. 19–20.

323. Clenardum] See Ep. 291. 107n, Clen. E., and a new life by Prof. G. Cerejeira, Coimbra, 1926. He had perhaps matriculated at Louvain on 22 Dec. 1512 (EHR. xxxvii. 97), and by now had been teaching Greek and Hebrew there for some years. In 1528 his interest was sought by Alard of Amsterdam for the projected new edition of Rud. Agricola's works: Agric^2. f^o. *^{3} v^o. Martens had published for him at Louvain a *Tabula in grammaticen Hebraeam*, c. 30 Jan. 1529. Rescius and Sturm a text of Chrysostom *De sacerdotio* to be read with his pupils, 18 Nov. 1529; and *Institutiones in linguam Graecam*, 28 April ⟨1530⟩.

327. lue] Perhaps the 'English sweat'; see Epp. 2209. 108n, 2223. 11–30.

330. Busleidii] brother of the Founder, and influential in the affairs of the Collegium trilingue: see Ep. 686.

334. praeda Antuerpiensi] See Ep. 1994^a. 67n.

341. Curtium] See Ep. 1347. 392n. The significance of the occasion is pointed out by Prof. de Vocht in an admirable biographical note to Cran. E. 83.

342. magistratu] He was now Rector.

343. insignia theologiae] The date given here for the degree is confirmed by the Acts of the Faculty: see de Jongh 55*, and cf. Ep. 2353. 17–18.

344. Viues] Now living in Bruges.
Laurinus] Marcus, the dean of Bruges, who might naturally be expected to come with Vives.

miserit, mittam vna cum meis. Meditatur hic orationes aliquot καὶ λόγους προτρεπτικούς, vt libros suos faciat vendibiliores. Simul agit cum Rutgero nostro Rescio de imprimendo commentario de causis corruptarum omnium disciplinarum, quaque ratione in integrum possint restitui. Maxima tanti promissi est expectatio. Rutgerus tamen non audet rem aggredi nisi ipsius autoris periculo. Exitus adhuc est in incerto. Laurinum in singulas horas expectamus.

Haec scripsi sexto idus Iulii. Fere ante duos menses venit ad me Leodio quidam frater Gulielmus Harlemus, vehementer conquerens de quorundam calumnia, a quibus apud te falso sit accusatus tanquam hostis nominis Erasmici; testatus omnia sacra et prophana se esse innocentem, magisque aduigilaturum ne in illo haerere possit huiusmodi suspitio in posterum; me quoque, tantum non ad genua prouolutus, orans vt tibi se excusarem. Quid peccarit nescio; sensi illum admodum vereri stilum tuum. Pollicitus sum me deprecatorem fore, modo reipsa declaret falso esse delatum sese. Oro in praesentia vt tam supplici ignoscas, si non est noxa capitalior. Si posthac quicquam, nihil moror; vtere iure tuo.

Venit tandem Laurinus, sed negabat se quicquam habere quod tua referret scire. Idem responsi a Lodo. Viuete et Barlando est redditum. Praeterea huncipsum nuncium iussi adire Petrum Aegidium, siquid forte ipse vellet, aut haberet ad te ex Britannia. Martinus Dauid, vetus hospes tuus, admodum queritur se negligi, quod tan diu nihil literarum abs te. Viues habitis duabus orationibus publice huc euasit, vt ostenderet priuatim sese suos commentarios esse praelecturum mercede. Res videtur illi redire ad incitas. Haio etiam hic haeret. Bene vale.

Louanii pridie Idus Iulii.

Tuus toto pectore
Conradus Goclenius.

2353. FROM JOHN OF HEEMSTEDE.

Breslau MS. Rehd. 254. 88. — Louvain.
LB. App. 358. — 14 July 1530.

[An original letter, autograph throughout: contemporary with Ep. 2352. For Heemstede see Ep. 1646.]

---

348. orationes] He delivered two, to advertise his forthcoming book; see ll. 373–5, and Ep. 2353. 1.

350. cum Rutgero] as printer: see Ep. 546.

commentario] The *De Disciplinis*. It was ultimately undertaken by Hillen, and appeared at Antwerp in July 1531: see Vi. E., f. 29.

357. Harlemus] Not known to me.

369. Barlando] See Ep. 492.

371. Aegidium] at Antwerp.

372. Dauid] See Epp. 532. 32n, 1254.

373–4. orationibus] See l. 348n.

376. ad incitas] A phrase applicable to those 'quos vrgeret extrema necessitas': see *Adag.* 3667.

Haio] Cammyngha (l. 298): who instead of going home to Friesland, turned south to Italy. See Epp. 2262 introd., 2351. 113.

Avdita nunc Ludouici Viuis ad iuuentutem oratione, commodum in ipso scholarum egressu reperio meum Goclenium, qui se mane diluculo nuncium aliquem certum ad Erasmum dicit missurum, et rogat, quandoquidem multo iam tempore nihil ad te scripseram, vel breuiusculum ad te dem epistolium, animi in te mei indicatiuum: id quod euestigio maxima cum animi mei voluptate feci. Quid enim mihi dulcius quam obiter manu et corde salutare eum absentem quem praesentem tantum non numinis vice colerem? Atque vtinam mea salutatione incolumitatem tibi ab omnipotenti Deo queam impetrare! vtinam tuam iuuentutem in omnium profectum possem reuocare! At quoniam id non possum, id me velle aequum est quod potest fieri, nimirum vt Dominus Iesus diu te seruet Ecclesiae suae incolumem.

Scripsissem paulo prolixius ni alio me vocassent occupationes domesticae. Vnum tamen illud non possum praetermittere, fuisse quendam Praedicatorem Eustachium, qui in scholis theologicis die Martis proximo, dum laurea corona theologica M. Petrus Curtius donaretur, ridicula incultissimaque oratione, me quoque in frequentia illa audiente, linguas hostilissime est persequutus; quas tu multa cum gloria bene fortunantibus superis in tuto propemodum collocasti. Male pereant (propemodum dixeram) insulsissimi asini, incognitas res tantopere vituperantes.

Laurinus, amicus noster tuique amantissimus, abiuit hodie Louanio. Linguae docentur strennue, et maxime Latina. Exultaret tuus animus si ad professionem concurrentem videres iuuentutem, maxime vero dum docet noster Goclenius. Ego tui non quibo vnquam obliuisci, commendaboque te Domino Deo dum vixero.

Datum Louanii apud Cartusienses, pridie idus Iulii, anno supra sesquimillesimum tricesimo. Bene cupio meo Quirino.

Ioannes Heemstedius,
Cartusianorum Louaniensium procur⟨ator⟩,
toto pectore tuus.

Excellentissimo theologiae professori, D. Erasmo Roterodamo, preceptori meo colendissimo.

6. amimi *MS*.

---

1. oratione] See Ep. 2352. 348–50, 373–5.
3. nuncium] See Ep. 2352. 312–18.
16. Eustachium] a Fine († 16 April 1538) of Sichem, near Diest: also de Zichenis or de Riuis. He matriculated at Louvain from the Collège du Lis, 31 Aug. 1499 (EHR. xxxvii. 92), and stood fifth in the promotion of 1500. Joining the Dominicans in 1508 (ibid. 96), he was D.D. 1 Sept. 1517, and spent his life at Louvain, as a leading member of the Faculty of Theology; of which he was dean in 1525, 1530, 1532. His only publications were some controversial works against Luther and Erasmus. The oration mentioned here was no doubt delivered as dean. See de Jongh pp. 167–70; who points out that 'Linguae' are not attacked in the *Apologia* against Erasmus (Ep. 2264 introd.).
17. die Martis] 12 July 1530: cf. Ep. 2352. 341–3.
19. linguas] For these as a centre of contention at Louvain cf. Ep. 934. 3n.
24. Laurinus] See Ep. 2352. 354, 368.
31. Quirino] Talesius.

2354. From Cornelius Crocus.

Breslau MS. Rehd. 254. 55. — Amsterdam.
EE². 86. — July 1530.

[An original letter, autograph throughout. The year-date is confirmed by the mention of Crocus' *Farrago* and by the expectation that Erasmus would be at Augsburg.

Cornelius Crocus (c. 1500—1 Oct. 1550) of Amsterdam was already teaching in 1522: see Ep. 2260. 82n. After a visit to England, during which he was admitted to minor orders by Bp. Fisher (Gabbema 47), he was now established at Amsterdam as rector of a school. He was zealously orthodox, and composed an Oration on the life of Christ, delivered at Amsterdam in 1528; an *Epistola* on the Epistles of James, Cologne, M. Novesianus, Dec. 1531; *Piae Precationes*, s.l., 1532; Colloquies for school use, dedicated to his friend and fellow-citizen, Nic. Cannius (Ep. 1832), Cologne, J. Gymnicus, 1534; a *Dissertatiuncula* against the Anabaptists, Antwerp, M. Caesar, 6 April 1535; a sacred comedy, *Ioseph*, Antwerp, Jo. Steels, 1536, performed at Antwerp 1535, to celebrate Charles' victory in Africa. His last publication was to edit two *Epistolae* of Jac. Latomus, Antwerp, G. Bont, Jan. 1544, in support of orthodoxy.

He was invited to a chair at Coimbra, but refused; being unwilling to leave his aged mother. Later he resigned his post at Amsterdam, and went often to Louvain. A visitor who met him there described him as simple and modest, and devoted to his studies.

Having resolved to join the Jesuits he left Louvain on 14 May 1550, for Rome. At their house in Paris he was urged to wait till September because of the heat; but he insisted on pushing on, and died soon after his arrival. See various references to *Mon. Hist. Soc. Iesu*, given in NNWB. iii. 267–8.]

S. P. Nae ego Fortunam ipsam fortunis facile anteeo meis, τρισπόθητε Ἔρασμε, quem quidem tu epistola dignatus sis, eaque autographa. Equidem hunc viuere semper optaui diem, quum aliquo tuorum numero esse contingeret. Principibus enim viris non placuisse modo sed innotuisse etiam, non infima laus est. Quamquam satis placere existimo, quem primum epistola amantissime scripta, mox etiam salute impertisti (parum hoc est; imo cui amorem abs te eum defers quo te cessurum neges); nullo quidem meo merito, sed quod te, quum optimis quibusque eruditio singularis abunde commendet, tamen vnicuique facilitate ac humanitate summa complectendum exhibes atque colendum. Recipi a te et optaui semper et, si fas est, speraui saepe; at obuium habere sic vltro et spem meam et votum longe superauit. Diui namque prohibeant vt istorum similis sim, qui nisi quae terris semota suisque temporibus defuncta vident, oderunt ac fastidiunt; sic fautores veterum vt recentia omnia nullo discrimine non dico damnent, sed penitus exosa habeant, et ob hoc ipsum te quoque, qui velut alter Prometheus splendidum sapientiae lumen coelo petitum caecis mortalium tenebris intulisti, quod noctuinis inuisum esse oculis vetus iam minimeque adeo mirum est.

Quod me hortaris vt in pulcherrimo literarum stadio cursum coeptum peragam, eodem me optimorum quorumque vocant exempla. Sed quo minus aliena iam desyderemus, tua facit

3. viuere *sup. lin. add. MS.*

2. epistola] Not extant.
4. Principibus] Cf. Hor. *Ep.* I. 17. 35.
20. noctuinis] Plaut. *Curc.* 191.

eminentissima praestantia, natalis soli contagiis vna superior, velut signum e sublimi Hesiodiae viae cacumine aeditum; vt quod hactenus nobis mirari licuit, nec aliud licuit, in aliis, nunc etiam velut e propinquo nobis polliceri audeamus, quum te, coeloque soloque eductum eodem, ad tantum euasisse fastigium cernimus. Itaque in hac quam ingressus sum via, etiam atque etiam insistere certum est, tanto nunc alacrius quanto plus animi tuae addiderunt literae; nec committam vt frustra ad nos scripsisse videare.

De Sordidorum farragine Paraphrasi in Vallam addita tantum habeo scribere. Priorem illius partem, ad ordinem vsque elementarium, aedi passi sumus, partim improbis impulsi hortatibus, partim eo consilio vt ecquid argumentum hoc probaretur in vulgus, leuiore alea iacta periculum faceremus; sedulo tamen a Paraphraseos aeditione dehortati. Posterior olim mihi Louanii tumultuarie modo annotata est, quum vixdum a limine salutassem meliores literas (id quod ipsa res satis indicat), meque inscio Farragini nostrae adiuncta, non sine risu doctiorum; sed fecit mihi D. Alardus verbis synceritatis suae fidem. Ego tamen cum piscatore ictus sapiam. Christus te diu seruet incolumem, publicum orbis Christiani decus.

Ex Amsterodamo, mense Iulio 1530.

Cornelius Crocus Aemsterodam tibi deditissimus.

Summo literarum pietatisque vindici, Des. Erasmo Roterodamo, Friburgi Brisgoiae aut Augustae Vindelicorum.

2355. To John Rinck.

Epistolae Floridae p. 98. Freiburg.
K. p. 108: N. p. 1028: Lond. xxvi. 32: LB. 1124. 19 July 1530.

[The year-date is amply confirmed by the contents. For Rinck see p. 382.]

ERASMVS ROTER. IO. RINCKIO S.

Salve plurimum, quantum viuit hominum candidissime. Etiamsi tam vile fuisset munusculum quam illud tua facit modestia, tamen animus iste tam aureus ac gemmeus, et epistola nihil spirans nisi meros amores, poterat illud ita commendare vt pro quamuis magno acciperetur. Nunc quum tale sit vt vel a Rege non indecore donari potuerit, tamen quae tua modestia est, rogas vt boni consulam. Mihi potius rogandus eras vt libellum extempore fusum ac velut abortu eiectum boni consuleres. Sed hac in parte video mihi rem esse cum Hercule, quem in tuo poculo conspicio. Quam enim ille viribus et claua fuit inuictus, tam Rinckius officiis aut beneficiis superari non potest. Nec male quadrat in te aquilae symbolum, quod habet

---

2354. 25. natalis soli] See Ep. 996. 43n.
26. Hesiodiae] *Op.* 287–90.
34. Sordidorum] See Ep. 2260. 81n.
43. Alardus] See Ep. 433.
44. cum piscatore] See *Adag.* 29.
2355. 2. munusculum] See Ep. 2277. 6n.
3. epistola] Not extant: acknowledging the *Consultatio* (Ep. 2285).

tuus clypeus. Nemo tam velox esse queat ad bene merendum quem tu non praeuoles. Solus animus mutuus mihi sufficiebat. Epistola tam amica magni muneris loco esse poterat. At his non contenta tua benignitas addidit poculum, et opere et precio non vulgare. Do manus Herculi, nec contendam vltra, nisi hoc solum, ne videar amando inferior.

In principum conuentu quid agatur, hactenus ad nos amici perscripserunt. Proposita sunt capita rerum: primum, vt Germani ferant suppetias aduersus Turcarum rabiem; deinde, vt sectarum dissidium tollatur, si fieri possit, absque sanguine; tertium, vt eorum qui se grauatos putant habeatur ratio. Ad haec peragenda vix sufficeret Synodus οἰκουμενικὴ triennis. Quid sit futurum nescio: nisi Deus interueniat fabulae, nullum video exitum. Et nisi res fuerit acta ex consensu omnium prouinciarum, exitura est in seditionem. Quidam sperant cum Luteranis rem posse transigi, quod et hi petant moderata, et Pontifex paratus sit etiam magna concedere. Nam habet Augustae Card. Campegium hominem perhumanum, qui bis ad me scripsit. Episcopus Augustensis censet aequum vt concordiae causa quaedam concedantur: quo nomine apud quosdam dicitur audire Luteranus, quum nihil sit illo viro sanctius integriusque. Luterani exhibuerunt fidei suae summam. Huic negocio praeest Melanchthon, qui suis ad me litteris declarat sese non omnino desperare. De Zuinglianis primum Caesar non sustinuit audire; nunc aiunt impetratum vt illi quoque fidei suae rationem exhibeant. Hac gratia missus est Hedio: nam, vt audio, Capito constanter detrectauit eam prouinciam.

Multi me litteris hortantur vt adsim Concilio, Caesar tamen nondum vocauit; et, si vocet, habeo excusationem iustiorem quam vellem. Nam quum quartum iam mensem aegrotem, nondum possum conualescere. Primum, ex ventis quibusdam blandis sed pestilentissimis orta sunt alui tormina, qualia nunquam expertus fueram; ea vomitum extorserunt, gracili corpori, vt scribit Hippocrates, grauem. Ex vomitu ruina stomachi, cruciatus et inedia conciliarunt insomniam. Neque parum molestiae addiderunt medici. Torminibus successit apostema durum, quod aliquandiu porrectum, dextrum ventris latus occupauit. Mox insiliit in vmbilicum, hac specie quasi serpens os in-

27–8. Lutheranis *N*. 33. Lutheranus *N*. 33–4. Lutherani *N*.

30. scripsit] The first letter was from Innsbruck (Ep. 2332. 37–8); the second perhaps answered Epp. 2328, 2341.

31. Augustensis] No doubt in the letter mentioned in Ep. 2332. 26–8: cf. Ep. 2362, and LE^2. 1691.

35. litteris] Not extant: perhaps answering Ep. 2343.

38. Hedio] See Ep. 1459. He was evidently a Strasburg delegate.

Capito] He had gone to Augsburg on 20 June, with other delegates from Strasburg; see Zw. E^2. 1051n, VE. 608–9.

40. hortantur] See Epp. 2333–5, 2339: in Epp. 2331–2, 2347 Erasmus replies to invitations.

Caesar] This statement, which is corroborated by Ep. 2365. contradicts the rumour of an Imperial invitation; for which see Ep. 2339. 13n.

42. aegrotem] For similar detail cf. Ep. 2343. 5–22.

46. Hippocrates] *Aphorism.* 4. 6, 8: where Erasmus seems to have confused two sections.

fixum habens vmbilico, medio corpore intorto, cauda peteret pubem. Paulo post flexit se in latus laeuum, vt pene cingeret vmbilicum. Stimuli cruciabiles nec noctu nec interdiu dabant quietem.

Adhibitus est chirurgus, vt hic sunt, alicuius nominis. Is reclamantibus omnibus, nihil discernens inter vomicam et apostema durum, quod lenientibus ac frigidis resoluendum ac dissipandum erat, violentis emplastris me tantum non enecauit. Puto leuius cruciari qui agunt in igni purgatorio. Exulcerauit mollia quaedam, apostema tantum coxit. Interim pollicebatur omnia magnifica. Rupto hulcere ferro, e molli effluxit sanies; e duro per quod ferrum egerat, nil nisi sanguis. Ante triduum dimisi hominem, curatus at non sanatus. Manet enim idem apostema, mitiore licet cruciatu. Reuocandi erant medici. Quum vehementissime affligerer morbo, famulus quem vnicum habebam (nam alter repetierat patriam), subito correptus est sudore Britannico. Hunc ad modum Dominus dignatus est nos inuisere.

Animus iamdudum gestit hinc emigrare quopiam. Oppidum est sat elegans, sed non perinde frequens, vtpote submotum a flumine, studiis aptius; incredibilis omnium rerum charitas, genus hominum parum hospitale, vt aiunt: nam mihi hactenus nemo fuit admodum molestus. Sed nusquam video tranquillum portum. Durandum est hic donec appareat quo vergat Concilii exitus. Quidam diuinant futurum vt in primis agatur de pecuniis exigendis; haereseon negocium reiiciatur in Synodum vniuersalem; sacerdotibus, episcopis, monachis et abbatibus eiectis ac spoliatis dentur bona verba.

Opinor tibi iam conspectos libellos qui nuper aliquot in meum caput prouolarunt. Qui mouet hoc organum, tibi, ni fallor, notus est. Antehac inter mihi iuratissimos amicos coryphaeus, vix ferebat a quoquam nominari Erasmum citra praefationem honoris; nunc hostem agit plus quam capitalem. Quis credidisset in illo ebriolo latere tantum veneni? Huiusmodi permulta me vehementer alienant ab istorum instituto. Oderunt quicunque dissentiunt, et tamen negant esse liberum arbitrium. Si Deus nondum mihi gratiam illam impartiit de qua sese iactant, erat quur pro me Dominum interpellarent, non erat quur odio prosequerentur. Variant amicorum sententiae. Alii censent ne legendas quidem istorum naenias, quibus hactenus subscribit animi mei sensus: rursus qui versantur in coetu principum, suadent vt acriter respondeam. Quid facturus sim nescio; certe quietem flagitant et hic animus et haec aetas et haec valetudo.

Habes epistolam languidam, nimirum a languido. Si Dominus reddiderit vigorem, spero futurum vt aliquando nos inuicem complectamur. Interim cura vt quam rectissime valeas.

Datum Friburgi prid. Natalis D. Margaretae. Anno M.D.XXX.

71. Sed *J*: At *K*.

---

64. famulus] Quirinus Talesius: see Ep. 2343. 20n.
65. alter] Nic. Cannius; see Epp. 2348. 8–19, 2352. 1–8.
68. non perinde frequens] Cf. Ep. 2330. 24, 2332. 68–9.
69. charitas] See Ep. 2192. 118n.
77. libellos] Cf. Ep. 2329. 90–91nn.
78. Qui mouet] Geldenhauer: see Ep. 2293.

2356. To Viglius Zuichemus and Charles Sucquet.

Leiden MS. Papenbroek 2 (a). Freiburg.
LB. App. 359. 31 July 1530.

[An original letter, autograph throughout: with the address-sheet missing. Van Heussen, Leovard. p. 128, gives readings which vary from LB. for this letter and four others (LB. App. 369, 370, 372, 374), also addressed to Viglius; from MSS. communicated to him 'ex museo eruditi ac Erasmo cumprimis addicti viri'. In some cases he evidently has misread the MS., in others he gives rightly what had been misread or misprinted in LB. For three he reproduces the endorsements showing the date of receipt: which strengthen the impression that he was using original autographs. Against this is his statement that the words 'summa cum laude' (l. 37) were missing in his MS. Nevertheless, as three of the originals still exist, I incline to think that he had access to a group of letters preserved by Viglius, which were then, 1719, in a private collection; perhaps that of Papenbroek (†1743), from whom this MS., also those of Erasmus' letters to V. Zuichem of 14 Ap. 1531 and 8 Nov. 1533, came into the Leiden Library.

The year-date is sufficiently confirmed by the connexion with Ep. 2348. On 6 Oct. Viglius wrote from Bourges to a friend in Paris, Marcus Carinthus (Brussels MS. II. 1040[1], f. 23): 'Ab Erasmo, vbi redii, literas recepi, eumque post longam et periculosam valetudinem conualuisse sum gauisus. Ea porro in causa fuit vt nihil potuerit in communem vtilitatem ad nundinas proximas pro more suo elaborare. Tantum editus est ab eo liber seu Apologia aduersus Argentoratenses ⟨Ep. 2324. 4n⟩, quos ad classicum excitauit Gerardus Nouiomagus.

'Quid Carporum princeps moliatur haud ignorat. Inter stipendiatos ipsius, quorum opera aduersus Erasmum vtatur, dicitur esse Hispanus quidam Sepulueda. Oro vt intelligam quid hominis sit, et si qui alii celebres sunt qui cum illo Beddae volunt gratificari.']

S. Frustra lacessitis Cannium litteris vestris: qui mense Ianuario, ni fallor, nos reliquit, nec adhuc rescire potuimus vbi locorum agat. Dies aliquot oblectauit se Argentorati apud Gerardum Nouimagum, qui mihi ex amicissimo factus est hostis capitalis. Totum Argentoratum et omnes ecclesiastas concitauit in me. Quintus iam liber prouolauit in caput meum: vtinam esset apud Ducem Gelriae! Huius conuictu perfruitus contulit se Coloniam. In hoc itinere duos fere menses exegit: id ex amicorum litteris cognouimus, nam ipse syllabam non scripsit cuiquam. Suspicor illum lustrasse ecclesias Euangelicas in Saxonia et in Hessia.

Incredibilis quedam relinquendi nos libido ceperat, adeo vt suo sumptu fuerit abiturus, quum ipsum expedissem iam adornata ad prandium mensa impransus abierit. Mihi dixit causam, quod ab auunculo vocaretur ad sacerdotium: aliis dixit aliam causam. Nihil enim illo vidi vafrius. Petrus Barbirius, qui iam dudum decoxit, plusquam Punica perfidia intercepit mihi pensionem Curtrac⟨ensem⟩. Ea de re quum scripsissem aliquot prolixas epistolas, non ante commisi Cannio quam stipulatus an esset petiturus Flandriam. Annuit. Rogaui num haberet satis viatici.

1. Cannium] See Ep. 2348. 18–19; for his actual misfortunes see Ep. 2352. 1–4.
2. Ianuario] Cf. Ep. 2261. 76–7.
6. Quintus . . . liber] See Ep. 2329. 90–91n.
7. Huius] *sc.* Nouimagi: the intervening sentences being a parenthesis. Cf. Ep. 2143. 5–8.
16. Barbirius] Cf. Ep. 2332. 54–6.

'Satis' inquit, 'vsque ad Antwerpiam. Illic inueniam satis.' 'Vis' inquam 'tuo sumptu negocium hoc suscipere?'. Ille alacri vultu 'Quid ni?' inquit: 'plura tibi debeo'. Ego credens illum ex animo loqui, dedi illi septem coronatos aureos. Iam sex menses abest, nec quisquam ⟨potuit/ scire quo se bonus ille vir receperit. Miror quibus artibus vos incantauerit, vt hominem tanti faciatis. Per illum vultis apud me commendari. Ipse semper eguit apud me commendatore. Bebellius edidit Epigrammata Greca a diuersis versa, inter quae sunt aliquot Cannii, sed aliquot puerilibus viciis respersa. Adeo vero sibi placebat vt mi⟨hi/ non dignaretur ostendere.

Mense Martio cepi graui⟨ter/ egrotare, vix etiamnum reualui. Quum maxime ⟨seui/ret morbus, Quirinus, qui mihi iam solus aderat ⟨, subi/to correptus sudore Britannico ⟨decubuit. Coactus/ sum alium huius ciuitatis asciscere.

Ambobus gratulor quod Alciato tantopere placetis, Sucqueto proprie quod frequenti auditorio summa cum laude profitetur leges Caesareas. Hortarer vos vt in isto stadio gnauiter institutum cursum perageretis, ni vererer audire illud Homericum, *σπεύδοντα καὶ αὐτὸν ᾿Οτρύνεις*. Bene valete, iuuenes charissimi.

Apud Friburgum, prid. Cal. Augusti. 1530.

Paulo ante Cannium reliquit nos Caminga: nam amici in hoc ipsum miserant nuncium proprium. Pollicitus est se rediturum mense Maio. Reliquit tamen apud me sexaginta coronatorum *μνημόσυνον*. Rursum valete.

Si isthic adest Petrus Castellanus, iuuenis apprime doctus, ei salutem dicite meis verbis diligenter.

Erasmus Rot. vester.

38. gnauiter *LB* : grauiter *a*.

---

28. Epigrammata] edited by Cornarius (p. 250), Aug. 1529; with translations also by Alciati, Luscinius, More, Lily, Erasmus, Sleidan, Ursinus Velius, and on pp. 225, 226, 240 by Cannius.

32. egrotare] See Ep. 2332. 1–25.

33. Quirinus] Cf. Ep. 2343. 20n.

36. Alciato] Cf. Epp. 2168. 6n, 2276. 31–42.

39. Homericum] *Il.* 8. 293–4.

42. ante Cannium] This statement contradicts Ep. 2261. 76–7; the earlier statement written when Cannius had gone, but Cammyngha not yet, is clearly correct.

Caminga] See Ep. 2073.

45. *μνημόσυνον*] Evidently the debt of Ep. 2325. 1–6.

46. Castellanus] See Ep. 2213.

APPENDIX XXI

THE OLAH CODEX

(Esterhazy MS.: Repos. 71, fasc. 23)

FROM 10 to 15 August 1922 Prince Paul Esterhazy most kindly allowed us to reside in his palace at Eszterhaza, rich with memories of Haydn, and placed in gardens where at evening the rare hawk-moths hovered over the verbena borders. There, with the assistance of his librarian, Dr. Stephan Hajnal, we were permitted to work upon the Letter-book compiled for Bishop Nicholas Olah (see Ep. 2339), a collateral relation of the Esterhazys in the sixteenth century, and to collate anew the text which Dr. Ipolyi had printed in *OE* forty-six years before.

The volume consists of letters copied on loose gatherings of leaves, bound in faulty order. The letters occupy 582[1] numbered pages; and there are fifty-five blank leaves. They were bound together, probably not much later than 1538, in an old vellum cover, taken from a volume of Baldus on the Digest, cast out of some library, inscribed by an early hand 'Baldus super quarto FF.C. 26°'. This binding still survives as the inner cover of the book. On an unnumbered leaf at the beginning is written in a sixteenth-century hand: '*Epistole familiares N. Olahi ad Amicos &c.*' Below comes a donatory inscription: 'Sopronii die 13 mensis Iunii 1681. Per Magnificam olim Dominam Susannam Gyulaffi, Magnifici condam Domini Stephani Liszty relictam viduam Valentino Szente donatum. Per eum vero Celsissimo D. Domino Comiti Paulo Eszterhazi, hodie concordi vniversorum Statuum et Ordinum voto et desiderio in regni Hungar. Palatinum electo, tanquam libri huius Domino Proprietario restitutus et humillime praesentatus per Valentinum Szente m.p'.

The book contains some 600 letters, of which 16 are letters of Erasmus and 21 letters addressed to him. Of these 37 letters[2] of the Erasmus correspondence, 7 belong to the year 1530, 4 to 1531, 7 to 1532, 12 to 1533, and 7 to 1534.

The MS. is, in the main, the work of two copyists, who may be distinguished as A and B.

A, a bad writer and an inaccurate copyist,[3] has written pp. 1–55, 239–300, 308–30, 565–76, 577–9.

B, who writes a good, pretty hand, has copied pp. 55–80, 81–176, 177–238, 301–7, 331–410, 411–30, 431–88, 489–562 (i.e. 423 out of a total of 582 pages: viz. the whole of 55–238, 301–7, 331–562).

---

1 '587 written pages' *OE, Praefatio* ⟨iii⟩.

2 Pp. 93, 99, 116, 223, 224, 225, 226, 228, 229, 230, 232, 234, 288, 331, 333, 341, 342, 344, 345, 347, 349, 350, 351, 352, 354, 355, 356, 358, 361, 551, 557.

3 This inaccurate copyist is responsible for one Erasmus letter only (p. 288); the rest are written by a more trustworthy scribe B.

In addition, a third copyist, who may be called C, has written the four pages numbered 579–82; and Olah himself has written pp. 238, 562–4, 576–7, and has set headings to the letters on pp. 177–8, 579. Here and there he has corrected his scribes, especially altering *c* to *t*.

The earliest letter in the book is that on p. 177, dated 13 Nov. 1527 (written by B). The address at the end of it is scratched out, and Olah has adapted it to form the heading of the letter. He has also supplied a heading to the letter immediately following, which belongs to the year 1531 (p. 178). Perhaps, therefore, these two letters were meant to serve as a model for Olah's copyists.[1]

The gap between these two letters, of 1527 and 1531, is filled by two series of letters, of which the first, written by A, fills pp. 1–55, and covers the period 14 May 1529 to 30 March 1530; while the second, written by B, and filling pp. 81–126, covers the period 30 March 1530 to 23 Dec. 1530. Both series are arranged in chronological order, the letters copied by B beginning at the date at which those copied by A end—it seems possible that Olah employed the two copyists to work simultaneously (perhaps towards the beginning of 1531).

There are two other chronological series of letters. One of them is, like the preceding, divided between A and B, B copying on pp. 141–76 letters covering 2 Feb. 1531 to 18 May 1532, and A carrying on (pp. 239–300) from 20 May 1532 to 11 Jan. 1534. The other series, written by B, gives letters of the period 1 May 1533 to 29 Nov. 1533, the chronological order being not perfectly exact (pp. 411–30), together with three letters of 1533 on pp. 139–41.

The rest of the work was nearly all done by B, on a changed principle, the letters not being arranged chronologically, but grouped according to the persons to or by whom the letters are written (each group being, within itself, roughly chronological).

Thus, B wrote: pp. 331–410 (letters of 1528–34), pp. 431–88 (letters of 1530–4), pp. 178–238 (letters of 1531–4), pp. 489–541 (letters of 1533–4), pp. 541–62 (letters of 1534–5), pp. 126–39 (letters of 1535), pp. 55–80, beginning on the page on which A finished his first series of letters (letters of 1532–6), pp. 301–7, (letters of 1536).

A reappears on pp. 308–30 (letters of 1537), pp. 565–76 (letters of 1537–8), pp. 577–9 (letters of 1538).

The four pages written by C contain three letters without date, pp. 579–82, to the first of which Olah has supplied the heading.

Olah himself is responsible for a letter of 20 June 1536 (p. 562), two letters of 1538 (pp. 563, 576–7), and one letter of 4 March 1539 to Iacobus Tuberus[2] (p. 238, left half-blank by B).

[1] Though Olah sets the heading also for the letter on p. 579.

[2] Wrongly assigned in *OE* (p. 205) to 1532.

INDEX OF CORRESPONDENTS AND SOME BIOGRAPHICAL NOTICES

(*A fuller Index will be provided at the end of the final volume.*)

The figures in larger type indicate letters of Erasmus, those in smaller type letters written to him, and a few others. The figures following Roman numerals denote pages.

INDEX OF ERASMUS' WRITINGS

(*The references are to letters, and in a few cases to notes.*)